10. An satisfaceret qui, etiam si toto Missæ tempore cum aliis consularetur, luderet &c. hoc non faceret continuo, sed interpolato, modo ad Missam attendendo, & modo consulariando &c. Respondet satisfacere in hoc casu, dummodo attente assistat consecrationi, & alii que in Missa principalia sunt. Idem Leander *Part. III. in 5. præcept. Ecclesiæ tract. 11. de audit. Missæ. disp. 1. quest. lxxviii.*

11. An qui ex vi præcepti, & voti penitentia obligatur audire tres Missas satisfaciatis his omnibus obligationibus audiendo eas simul? Respondet satisfacere. Quia præfatus audire vult audit tres Missas. Quod vero faciat eodem, vel diverso tempore, unico, aut pluribus

adi-

12. aibus, hoc nihil obest. Idem Leander *loc. cit. quest. lxx.*

13. Probabiliter respondeo, licitum esse typographicis in diebus festis characteres componere, seu ordinare. Idem Leander *loc. cit. tract. 1. de observ. fest. disp. xv. quest. xviii.*

14. Maxime probabile iudico accedentem ad audiendum Sacrum tempore quo prædicto dicitur, & non extet aliud celebrandum, minime teneri reliquis illius Missæ interesse. Ioannes Sanchez in *disp. selectis disp. xv. num. 5.*

15. An opinio que dicit satisfieri, si successive audiantur due mediæ partes (Missæ) sit adhuc probabilis: ut ver. gr. si quis ad elevationem unius Missæ veniat in templum, & postea audiat sequentem Missam utque ad elevationem tantum? Dicendum est, opinionem illam adhuc manere probabilem. P. Claudius La-Croix *Tom. I. Lib. III. part. 1. de observ. fest. num. 611.*

16. An autem ille qui per longum tempus confiteri, Missam audiat, varie sentit sententia... Alii habitant... Alii absolute negant... Alii absolute affirmant... Alii distinguunt... Omnes hæc sententia sunt probabilis. Idem La-Croix *loc. cit. num. 655. §. 6.*

17. Multi negant, propter lucrum notabile posse omnino Missam; affirmant tamen Azor. Bass. ord. Tamb. num. 7. Gob. a num. 472. qui etiam putat, si lis tennis fortunæ, & excusari ob lucrum duorum ducatorum; si sit vere pauper, unius ducati: qua hoc lucrum respectu illorum est notabile, quo non censetur Ecclesia velle eos privari. Idem La-Croix *loc. cit. num. 681. §. 6.*

18. Si Missam negligat, ut iter agas cum aliquo socio, qui faciat expensas itineris, aut multum habebat, excusant te Suar. Diezill. & alii cum Gobat. Immo, & secundum aliquos, sola derelictio sociorum itineris videtur esse causa sufficienter excusans. Idem La-Croix *loc. cit. num. 682. §. 7.*

19. An qui ex vi præcepti, & voti habent ius omittendi Missam, si hæc audita velere non possunt... Admittit aliqui, etiam si posses veteram omittere sine notabili damno, tamen plerisque non posse; & idem te posse cum illis ut privilegio consuetudinis. Idem La-Croix *loc. cit. num. 682. §. 9.*

20. An peccet mortaliter qui die festo

Cour. Theol. Tom. V.

mandat sex famulus, ut singuli una hora laborent? Respondeo, si mandet ut laborent simul, seculo scandalo, est veniale tantum. Idem La-Croix *loc. cit. num. 580.*

20. Excusari item, saltem a gravi peccato, peravit operis, seu temporis. Ut de grave non videtur una hora laborare (die festo).... Immo durum videtur, mortalis dampnare, si quis duas aut tres horas impendat. P. Hermannus Bulembau *Lib. III. tractat. 11. cap. 111. dub. 2. prima casus*, apud Claudium La-Croix eisdem interpretem *Lib. III. part. 1. num. 583.*

21. Tamquam certum respondeo, non teneri fideles ex vi præcepti colendi Deum in festo ad exercendum intra illum diem aliquem actum internum divini cultus. P. Leander a S. Sacramento in 5. præcept. *Eccles. part. 111. tractat. 11. disp. 11. quest. lxxii.*

22. Qui ad Missam non accessit ante præstationem, non tenetur ad requiem. P. Martinus Torcella *Tom. II. Summ. tractat. 1. disp. 1. cap. 1. num. 19.*

23. Præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro satisfaci qui duas Missas parces audit, non sumi a duplici celebrante, sed divisiim. Idem Torcella *ibid. num. 26.*

24. Præcepto Sacrum audiendi satisfaci qui extrane compolitus, inere voluntaria destrahitur. Idem Torcella *ibid. num. 21.*

25. Esti digni reprehensione sint qui sacrificio Missæ ludendo, ridendo, & confabulando assistunt; dummodo tamen consecrationi, & consumptioni attenti sint, tantummodo peccatum veniale committunt... Quatenus peccatum grave tantummodo committunt in eo qui toto tempore Sacrificii ad ludens, ridens, & confabulans. Idem Torcella *ibid. num. 28.*

26. Opinio DD. dicentium, præceptum Missæ usque ad annos pubertatis, vel circiter non obligare, probabiliter non cadit. Et idem dicendum venit de præceptis etiam confessionis, & communionis annualis. Idem Torcella *ibid. cap. 111. a sum. 7. ad num. 23.*

27. Distantia unius leucæ, vel trium milium passuum excusat ab obligatione Missæ sam audiendi, etiam hominem robulum. Idem Torcella *ibid. num. 15.*

IV. Plures alias recensere possem similes propositiones, quas brevitas gratia prætereo. Ex his enim quas descripti, colligere facile lector valet, quanta cautione legent-

A 3

legendi sunt Auctores qui dicuntur benigni quoniam istud principis est quibus tractatis elidunt assertiones, cetera dubia que in seclorum occurrit observatione, resolvunt. Quod porro de recentis propositionibus, aliisque affinis dicendum sit, infra suis locis iuxta sanctorum Patrum, & Conciliorum doctrinam, quoad fieri poterit, statuum.

§. III.

Reverentia prepositioes que aliquibus videtur nimium severa.

V. 1. **G**ratia peccati qui cum peccati natalis affectu Missæ lætentiis dominicis, & festis diebus interstitit. Natalis Alexander. Tom. II. Ethel. dogm. & mox. Lib. II. de Decal. reg. 13.

2. De precepto de sanctificatione spirituum sabbati magis violare centumque dominicis, aut festis diebus lætenti peccatum committunt, quam qui quodvis corpus mortale, alias bonum & licitum, faciunt. Idem Natalis Alexander loc. cit. reg. v. Genet de 3. præcepto Decalogi. tract. 10. cap. 11. quæst. 14.

An propositiones illæ severitatem sapiant, an vero suaveri Patrum, & Conciliorum doctrinam continent, infra docebimus. Lege epistolam IIII, ejusdem Natalis ad calcem Tom. II. Lege distict. III. cap. v.

CAPUT III.

Quomodo præceptum sanctificationis sabbatum ad Decalogum pertinet. Quomodo cultum præcipit. De illius translatione in diem dominicum: & an simul aliquando cum festo dominico celebratum fuerit.

I. **A**D Decalogum pertinere præceptum sanctificationis sabbatum, Scriptura sancta testatur Exod. xx. Memento ut diem sabbati sanctifices: Inter Decalogi mandata numeratur, ut morte, & naturale, non ut ceremoniale, seu legale sit. Morale porro, & naturale est præceptum illud, quæ ex parte aliq[uo]d tempus designat quo supremo Numini exterior cultus offeratur. Quod per seipsum explicat D. Thomas 2. 2. quæst. cxxxii. art. 4. ad 1. Præceptum de sanctificatione sabbati, inter alia intellectum, est partim morali-

le, partim autem ceremoniale. Morale quidem est quantum ad hoc quod homo appetit aliquod tempus vite sue ad vacandum divinis. Insuper enim homini naturalis inclinatio ad hoc, quod cultibus rei necessarie deputetur aliquod tempus, sicut corporali refectio, somno, & aliis hujusmodi. Unde etiam spiritali refectio, quæ mens hominis in Deo reficitur, secundum declinationem naturalis rationis, aliquod tempus deputatum ad vacandum divinis, cadit sub præcepto morali. Ceremoniale, seu legale dicitur præceptum illud variis rationibus, quatenus scilicet et diem sabbati per alio præscribit, & creationem mundi repræsentat, & viginti quatuor horarum spatio solemnitas illa celebratur. Audiamus Angelicum hæc omnia explicantem loco laudato. Sed inquitur in hoc præcepto determinatur speciale tempus in figuram creationis mundi, sic est præceptum ceremoniale, Similiter etiam ceremoniale est secundum illi gratiam significativum, prout sunt signum quicquid Christi in seipso, quæ sunt septima dies. Unde præceptum de sanctificatione sabbati ponitur inter præcepta Decalogi, in quantum est præceptum morale, non in quantum est ceremoniale. Hinc conligitur, præceptum hoc, prout ceremoniale est, non obligare Christianos; quoniam, promulgata evangelica lege, præcepta legalia abrogata sunt. Utrum autem obligaverit præceptum illud ante legem Moysi in terra legis naturæ, admodum Catholicus Politus in Genesio, Cornelius Fibera, & alii. Sed probabilis negant Fibera Lib. I. c. 13. c. 13. cap. xv. Brenxi Lib. II. de iur. lib. 1. cap. xxv. Politus in Genesio, cap. 11. quæst. Catechismus Romanus in 3. Decalogi, præcepto. 4. Ratio clara videtur. Nam Moyses Dei iussu præceptum sanctificationis sabbatum, ut diem Domino sacrum indicxit. Igitur ante id tempus festum illud minime institutum erat. Quod ex eo etiam constare potest, quia, si sub mundi initio iussisset Deus, homines diem hunc ut sacrum custodire, omnes nationes, & gentes sabbatum observarent. Patet autem, nullam aliam gentem, præter Iudæos, sabbatum ut diem festum coluisse.

II. Sabbatum nomen hebraicum est, quod latine requies, seu cessationem significat, & pluribus modis in Scriptura accipitur. Primum pro septimo die, in quo Deus ab omni opere quiescit. Secundum pro toto hebdomada per figuram synecdochem, in qua pars pro toto adhibetur. Et iuxta hæc significationem Pharisæus dixit Luc. cap. xviii. Ist-

imo die in sabbato, nempe in hebdomada. Tertium pro quolibet die festo sabbatum, iuxta illud Lev. xxiii. A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Quartum pro quolibet hebdomada die. Et sic prima sabbati est primus dies post labatum, & secunda sabbati secundus dies, & sic de reliquis. Quapropter in Evangelio Matthæi cap. xxvii. legitur: Ihesus sepelitus sabbati, quæ locutio in prima sabbati: & Lucæ xxvii. Una autem sabbati quæ die diluio. Accipitur etiam pro die dominico. Habetur enim Actuum cap. xv. Una autem sabbati cum convenissent ad frangendum panem. Quod sic interpretatur Augustinus epist. lxxxvi. Una enim sabbati appellabatur dies, qui nunc dominicus appellatur; quod in Evangelio apertius invenitur. Nam dies resurrectionis Domini prima sabbati a Martine, & cæteris autem tribus una sabbati dicitur. Iuxta hæc expolitionem facile intelligitur textus ille Matth. xxviii. Vigilate autem sabbati, quæ locutio in prima sabbati, prout Martini Magister ad alios Martini videtur legentium.

III. Cur Deus sabbatum Iudæis præ alio die præcepit? Varia omittit inæpta & absurda interpretamenta, & eorum qui dixerunt, iudicio Deum voluisse Iudæos ab omni opere die sabbati abstinere; ut inflatus Saturni, qui quo talis dies pignus, evitarent; (quod interpretatio superstitiosam redoluit.) & aliorum, qui afferunt, Iudæos vicibus inquitum laborale, quem morbum Egyptii Sæbæ vocabant, quæ in armitate septimo die eum vacillat liberati, diem illum ut tantum colucent, laborantique compellere: 3. quod inane experimentum est Apionis Alexandrini. Respondendum igitur, primum, causam enim esse quam Scriptura læta assignat, scilicet ut Iudæi creationis beneficium recolere: Hinc quidem habentur Exod. xx. Sed enim diebus fecit Dominus celum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requiescit in die septimo: iudicio beatus Dominus dies sabbati, & sanctificavit eum. Altera causa est, ut Iudæi liberationis a captivitate Egyptiaca recordarentur; sicut etiam habetur Deuter. v. Memento quod & ipse servieris in Agypto, & eiverit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extenso: Ideo præcepit tibi ut observares diem sabbati. Plures alios causas assignant alii, quæ de re videtur Hieronymum in commentariis ad cap. v. Amos Prophetæ.

IV. Quæritur I. Quomodo cultum in præcepto sanctificationis sabbati Deus præcipit? In panem (id est ad corpus Christi mandandum) dicitur Resp. D. Thomas dicit. Deum iussisse exteriorum cultum, & c. quæst. cxxxii. art. 4.

in corp. In tertio præcepto Decalogi præcipitur exterior Dei cultus sub signo communis beneficii, quod pertinet ad omnes, scilicet ad representandum opus creationis mundi, a quo reverentia dicitur Deus septima die. In eum Iudæos diem septimum mandatum sanctificandam, iussit deputandum ad vacandum Deo. Et ideo Exod. xx. præmissis præcepto de sanctificatione sabbati, assignatur ratio: quia sex diebus fecit Deus celum, & terram, & in septima die requiescit. Hoc ipsum confirmat Catechismus Romanus de tertio præcepto III. Partium. I. Hoc legis præcepto exterior Dei cultus qui Deo a nobis debetur, velle, atque ordine præstabitur. Est enim hic veluti prioris præcepti socius: quoniam quem intus inquisimus pie colimus, sibi, & ipsi addiciti, quam in eo positum habentur, non possimus eum non exteriori cultu venerari, atque gratias agere. Ex his satis aperte colligitur, falsam esse opinionem eorum qui sustinent, cultum interiorum, seu cultus caritatis, & contritionis de peccatis, a Deo præcipi in hoc suo tertio mandato. Quomodo enim præceptum illud de sanctificatione sabbati imperat actus virtutis religionis, ut evidens per se est. Diligito autem Dei ad virtutem caritatis, & contritio de peccatis ad virtutem poenitentiae spectant.

V. Quæritur II. An hoc præceptum affirmativum sit, vel negativum? Resp. Est affirmativum: quoniam Deus in hoc præcepto reverentia iubet sanctificationem sabbati. At enim: Memento ut diem sabbati sanctifices. Imperat tunc sanctificationem istius diei, cultumque ipsi exhibendum. Ance mandatum, a quo tributum Deo offerendum præscribit, inter necessitas mandata recentis potest? An ex aliante Iudæi celebrant sabbatum, quoniam aliquo sabbato exteriori Deum colerent? Quinam autem præcise fuerit actus ille quo Iudæi cultum Deo offerbant, ex lege non constat. Indefinitus ergo erit, ex populi arritio fluctuans.

VI. Quæritur III. Cur sabbati solemnitas in diem dominicum translata sit? Resp. Cum ex ipsa naturali lege aliqua temporis pars assignari debeat qua Deo cultus offeratur, Apostoli elegerunt primum hebdomada diei veluti cæteris aptiores, quem Ethnici dixerant diem Solis, ipsi vero diem dominicum appellabant. Illius diei dominice celebritas observatur penes Christianos Apostolorum tempore. Illius meminit S. Iohannis Apocal. 1. Eni in Spiritu dominica dies, & aliter. Meminit quoque S. Lucas Act. xv. Una autem sabbati cum convenissent ad frangendum panem (id est ad corpus Christi mandandum) dicitur Resp. D. Thomas dicit. Deum iussisse exteriorum cultum, & c. quæst. cxxxii. art. 4.

causæ plures exhibentur. Primo, quod die illa mundus initium accepit. Secundo, quod eodem die Christus a mortuis resurrexit ad vitam immortalem. Tertio, ne Christiani quod commune cum Iudeis habere viderentur. Quarto, quia eodem die Spiritus sanctus super Apostolorum collegium visibilis apparuit. Quinto, hac eadem die Apostoli omnes predicandi gentibus Evangelium a Christo susceperunt. Has rationes recenset *epist. ix. olim lxxxvi. cap. i. S. Leo*, qui diem hanc dicit *resurrectionis dominice vocat*, his verbis. *Hic qui confiterenti sunt, iniquitatem benedixit, nisi in die resurrectionis dominicæ, retribuat... quæ tunc dicitur in dispensationum mysterio est consecrata, ut quisquid est a Domino insignitus constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hoc mundus summi christi exordium. In hac per resurrectionem Christi & mors interitum, & vita accepit initium. In hoc Apostoli a Domino predicandi omnibus gentibus Evangelium tubam sumunt, & ascendunt in universo mundo sacramentum regenerationis accipiunt. In hoc, sicut B. Iohannes Evangelista testatur, congregatis in unum Discipulis, resurrexerunt, cum ad eos Dominus intrasset, resurrexerunt, & dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. In hac denique promissus a Domino Apostolis Spiritus sanctus adventus, ut eorum ipsi quædam regula insinuat, & traditum novumque, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacrorum benedictionum, in qua collata sunt omnia dona gratiarum.*

VII. Quæst. IV. An festum diei dominicæ iuris divini sit, vel ecclesiasticæ? Resp. Panoritanus cap. 111. de For. cum aliis quibusdam iuris divini contendit. Sed Theologi communi consensu docent esse iuris ecclesiastici cum D. Thoma 2. 2. quæst. xxxi. art. 4. ad 4. ubi hæc habet. Dicendum, quod observantia diei dominicæ in nova lege succedit observantia sabbati, non ex vi præcepti legis, sed ex constitutione Ecclesiæ, & consuetudine populi christiani. Hoc idem tradit Catechismus Romanus III. Part. in 2. Decalogo præcept. num. 19. *Placuit autem Ecclesiæ Dei in diei sabbati cultus, & celebratis in dominicum transferretur diem. Quod clara quoque ratione confirmant Theologi tere omnes. Docent enim, Christum Dominum in sua nova lege nulla alia nobis imposuisse præcepta divina, præter ea quæ fidem, sacramenta, & sacrificium spectant. Celebritas autem diei dominicæ, nec ad fidem, nec ad sacramenta, nec ad sacrificium pertinet. Ergo festum*

illud Ecclesiæ indicendum reliquit. Ut autem veritas plenus eluceat, animadvertendum, verum utique esse quod iuris naturalis, & divini sit, non solum debere determinatum esse tempus quo Deo debitus cultus exhibetur; verum etiam quod dies aliqui designantur ad cultum hunc Deo tribuendum. Quoniam tertium Decalogi præceptum, ut morale est, etiamnum perseverat. Nisi autem aliqui dies determinati essent, quibus Deo vacandum foret, non posse præceptum communitè ab omnibus observari. Quod autem hi dies sint feria prima, vel secunda, vel tertia, Ecclesiæ potestatis Deus reliquit; non tamen sequitur iuris esse divini: quia Apostoli non omnia ex mandato Christi Dominici, sed plura ex Spiritu sancti afflatu decernerunt. Ex quibus colligitur, Ecclesiam absolute posse præceptum de observatione diei dominicæ mutare; estque re ipsa nunquam id præstat. Namquam siquidem Ecclesia ea mutat que immemorabilis, & universalis consuetudine confirmata sunt, atque divinis mandatis quammaxime consentanea.

VIII. Quæst. V. An, facta laudata translatione sabbati in dominicam diem, situm aliquis esset veritas sabbati observatio? Resp. Difficultas proposita longiorum requiret dissertationem. Paucis tamen cum expediam. Iam cap. 1. improbatum fuit error Ebionitarum, qui sabbata, & omnia facta veteris testamenti æque ac festiva novi fœderis, celebranda estimabant. Nunc autem, cum de solo sabbato sermo recurrit, brevissimum dico, quod, licet Hebræorum legalia, & ceremonialia antiqua fuerint, lege evangelicæ promulgata: atramen sabbati festum non illico in omnibus Orientis Ecclesiis abolitum fuisse, sentiri eroditi non pauci, quos inter Ludovicus Thomassinus de dierum festorum celebratione Lib. II. cap. 11. Idque colligitur ex constitutionibus apostolicis. Nam Auctor illorum canonum, & constitutionum hæc scribit Lib. II. cap. lix. *Convenite diebus singulis mane, & vespere ad evangelium Psalmos, & dominico autem die sabbati, & dominico. Clarior hoc præcipit Lib. VIII. cap. xxxviii. Petri, & Pauli nomine. Ego Petrus, & ego Paulus constituimus ut scribi quique diebus opus faciant, sabbato autem, & dominico die vacent in Ecclesia propter doctrinam religionis. Diximus enim habere quidem sabbatum rationem creationis mundi, dominicum vero resurrectionis. Nihil facilius foret dictum quam*

CAPUT IV.

De aliis festis, præter diem dominicum, et præcepto Ecclesiæ celebrandis.


UT clarior omnium celebratio que in Ecclesia catholica ex præcepto celebrantur, cognitio habeatur, primum festa que ad Christum Dominum, deinde que ad B. Virginem, & postremo que ad Sanctos attinent, recensendo. Sed antequam id prælo, decretum Urbani VIII. exscribam, quod in Bullario habetur Tom. V. Primum tamen ejusdem decreti paragrammum omitto, cum minime necessarium ad institutum nostrum. In aliis autem paragramphis habentur que sequuntur.

§. 2. Nos itaque volentes ex debito pastoralis officii providere, & sanctificationis festum verum deceptis firmare præceptum, institutionem Ecclesiæ in hac consuetudine festivitatis, habitis prius fragmentibus per doctos, profique viros, quos ad hæc specialiter deputavimus, consultationibus, & ut videtur gratiarum postulare, motu proprio, & ex certa scientia, meritaque deliberatione nostra, nec non de prædictæ apostolicæ plenitudinis potestate; hæc perpetuo vultura constitutione, de toto etiam venerabilis sacrum nostrorum sancti Romanæ Ecclesiæ Eminentissimorum Cardinalium, sacris ritibus Præpositorum, apostolicæ auctoritatis decernimus, & declaramus, infra scriptis observantias dies pro festis ex præcepto celebrandos esse, quos nempe vel tantis sacavit antiquitas, vel universalis Ecclesiæ probavit consuetudo, vel omnium gentium unanimis pietas veneravit.

III. Dominicos scilicet dies totius anni, Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis cum duobus sequentibus feriis, Ascensionis, Pentecostes cum duobus pariter sequentibus feriis, sanctæ Trinitatis, Solemnitatis Corporis Christi, & Inventionis sanctæ Crucis, nec non festivitatum Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis Beate Virginis, Dedicacionis sancti Michaelis Archangelis, Nativitatis sancti Iohannis Baptistæ, sanctorum Petri, & Pauli, sancti Iohannis Evangeliste, sancti Iacobi, sancti Andree, sancti Thomæ, sanctorum Philippo, & Iacobi, sancti Bartholomæi, sancti Matthei, sanctorum Simonis, & Iude, & sancti Mathiæ Christi Discipuli Apostolorum: item sancti Stephani Protomartyris,

laudatum Librum apocryphum esse; & propterea nullius auctoritatis. At convenit inter eruditos, existisse codicem quendam canonum Ecclesiæ in Oriente quatuor primis sæculis, cui libro consequentibus annis leges recens late auctoritabant. Porro in laudato canonum, & constitutionum libro non pauca repereruntur que a Apostolis accepta sunt referenda; plurima vero, que tertio, & quarto sæculo fuerunt condita. Dicendum igitur, in quibusdam Orientis Ecclesiis, temporibus, & regionum habita ratione, permissam in aliquod tempus fuisse sabbati celebrationem, tum ve Hebræi, qui christianæ religioni nomen dederant, turbarentur: tum ut splendidi cum honore synagoga ad sepulcrum efferretur.

IX. Ceterum in plurimis ipsius Orientis Ecclesiis sabbati celebrationem abrogatam fuisse, testis est Epiphanius Constantiæ in insula Cypri Episcopus hæresi lxxvi. sabbatum illud lege præscriptum ad Christi usque adventum perseveravit, quo sensum abrogatum, magnum nobis sabbatum videtur, qui ipse Dominus, requies, & sabbatum nostris. Ad Ecclesiam occidentalem quod attinet, compertum est, post noni fœderis promulgationem nunquam in ea sabbatum observatum fuisse; quemadmodum & de Ecclesia Alexandrina testatur vel ipse Socrates, hæresi hie infestus, Lib. V. cap. xxi. quamquam minime sibi conatit, dum aliorum, omnes orbis Ecclesiis, præter Romanam, & Alexandrinam, sabbatum celebrare: quod manifeste falsum est. Quarto tamen labente sæculo, Synodus Laodicæna in omnibus aethiopia induci qui sabbatum colerent. Hoc tenent statum can. xxxv. *Non oportet Christianos inducere, & in sabbato utari, sed eo die operari. Dicit autem Antiochicus presbyter, utiari, si modo possint, ut Christiani. Quod si convenit fuerit ut iudicantes, aethiopia sint apud Christum. Hoc quoque tempore conditus videtur canon Iepuagalimus Apostolorum, quo decernitur, nefas esse Christianis cum Hebræis convenire aut in ieiuniis, aut in festorum observatione. Si quis tenuerit cum Iudeis, vel cum ipsis dies festos agit.*



tyris, Sanctorum Innocentium, sancti Laurentii Martiris, sancti Sylvestri Pape, & Confessoris, sancti Ioseph etiam Confessoris, & sancta Anna, Despara respicitur Spousi, & Genitrice, solemnitate omnium Sanctorum, atque nomis ex principalioribus Patris in quocumque regno, sine provincia, & aliarum prout principalis in quacumque civitate, oppido, vel pago, ubi hoc patronus haberi, & venerari cœntur.

IV. §. 3. Ad religiosorum vero diem observantiam, quæ hæcenus sine in antea Ecclesia, hæc in quæritatione, aut regno, provincia, diocesi, aut loco, quomodocumque, sine ex precepto, sine ex consuetudine, sine ex devotione, Christianales tamquam festis celebrantur, nequaquam ex precepto ipsos tenent, dicta auctoritate, tenore presentium, respectu etiam decernimus, & declaramus. Ne autem dies festi a locorum Ordinariis nisi aliis quibus fuerint, aut populorum imperantibus delectis, tamen multiplicari cogantur, eisdem Ordinariis in Domino mœnibus, ut ad necessarios ubique serventur æquivalentes de cetero perperis futuris temporibus, ad immissione sub precepto notiorum festorum studiant observare. Ut verba que supersus expressis sunt, serventur que decernuntur, ac devotissime colantur; eisdem Ordinariis antiquorum canonum observantiam ad memorialem recedamus, in concedendis licentis laboranti diebus festis; que quidem licentis non aliter quam ad formam predictorum canonum, nisi prœmittitur, concedenda, nullis gratis, libere, & sine ulla proferre, aut patto, directe, vel indirecte concedantur sub penis eorum gravioribus, nullo, successoreveque vicarii arbitrio infringendis. Non intendimus tamen per hæc nostram consuetudinem aliter tractari circa immissione in aliis temporibus, quod ad hunc effectum referimus in eisdem formis, & terminis in quibus erant antecessoribus promulgationem. Datum Roma apud sanctum Petrum anno Pastoratus nostri dominici 1624. Idibus Septembris Pontificatus nostri anno xx.

V. Ex recitato decreto clare colligitur, omnia festa que in eodem expressa non sunt, esse omnino antiquata. Et eorum accedo sententia que asserunt, abrogata etiam festa que prius ex voto observantur. Quoniam summus Pontifex derogatione utitur universalis, que sicuti quancumque legem, & consuetudinem, ita quocumque votum quodlibet delat.

CAPUT V.

De festis que Christi Domini mysteria spectant, quæ ex precepto celebrantur.

I. Primum omnium festorum, que Christi Domini sanctissimam vitam spectant, est eisdem Nativitas. Festum enim Incarnationis, seu Annuntiationis, quod alioque primum esse habendum, inter festa beatissime Virginis Mariæ recentiori solet. Ex Apostolis ipsi originem duxisse festum Nativitatis Christi Domini colligitur ex Clemente Lib. VIII. Constit. & ex Isidoro, qui Lib. II. de offit. cap. xxx. ait: Natalis dies Domini in Patribus veteris sublimitatis institutus est. Tamen solemnitate istam sero Gæci persequere, ut testatur Chrysostomus Tom. I. sermo xxxi. ubi de natalis Christi die verba facit, hæc habet: Nativitas decimas annis est, et quæ hinc inde demanifestis nobis tangit. Assertit nihilominus, in Occidentem tempore celebratum fuisse: rationemque prodit, quia scilicet in urbe Roma servabantur monumenta descriptionis Iudeæ, Annelidimporante facte; & idcirco Romana Ecclesia eoptime laude potuit natalem diem Christi Domini. Ex his liquet (ait ibidem) descriptionis primis tempore natum esse. Et cum veteres historiarum codices, qui Romæ publice observantur, lecturæ habeant, perspicue etiam tempus huius descriptionis accurate discere poterit. Adhuc, neque diffidat. nam illi ipsi qui illic commorantur, multantes, & ex antiqua traditione ipsam celebrantes, ad nos ipsos ista veritatem expresserunt. Festum illud eodem die celebratur, ut in mysterium fuit peractum, scilicet die xxxi. decembris. Dies iste dominicus fuit. Si autem festo esse, tur non semper die dominico, sed quolibet hebdomade die festum celebraret, consule Durandum Lib. VI. Ration. xv.

II. Secundum festum est Circumcisionis. Solemnitas hæc cum octava die Nativitatis confundi solet. Illud verutamen indicat Concilium Turonense II. anno 567. celebratum. Siquidem, postquam pronuntiavit dies omnes inter Nativitatem & Epiphaniam festus esse, tres profolos recenlet, quorum potremus fuit calendæ ianuarie, quibus Missam de Circumcisione celebrari iubet. Et quia inter Natale Domini (inquit can. xvii.) & Epiphaniam omni die festositates sunt. excipitur illud videlicet, quo ad

cat.

calendæm Gentilium consuetudinem Patres nostri statuerunt, privatas in calendis ianuarii fieri liturgias, ut in Ecclesiis psallatur, & hoc octava in ipsi calendis Circumcisionis Misser, Des precepto, celebratur. Si Synodus lateranensis antiquorum Patrum vestigiis insulere, innot certæ Circumcisionis festum vel ea arate antiquum fuisse. Iam tunc ergo contentum quidam, recens in Ecclesiam invehitum esse festum illud.

III. Tertio loco succedit festum Epiphaniæ, seu Theophaniæ, aut Bethphanie. Epiphaniæ significat apparitionem, qua Christophus, media stella, Magis se adorandum manifestavit. Theophaniæ etiam dicitur, quod eadem die, multis revoluitis annis, novo modo mundo apparuit IESUS, cum a Ioanne baptizari voluit; eiusque divinitas declarata fuit Patris testimonio. Theophaniæ enim apparitionem Dei prodit. Quare Clemens pro illius festivitate ratione dicit Lib. VIII. cap. xxxiii. quod in illa die declarata sit divinitas Christi testimonio Patris in baptismo, & Spiritus sancti, qui in specie columbæ descendit ostendit enim cui tributum erat testimonium. Addit etiam Isidorus Lib. II. de his diebus esse, eodem die peractum fuisse a Christo celebrare illud miraculum, aquæ conversum in vinum; & cum miraculum istud peractum fuerit in domo in qua mystice celebrantur, festum hoc vocatur etiam Bethphania.

IV. Festum quartum est Pascha, quod nomen hebraicum est, & significat transitum, non quocumque, sed illius Angeli, qui Ægyptiorum primogenita percussit. Varias alias denominationes nomen hocce in Scriptura habet. Accipitur primo pro agno, quem quatuordecim immolabant, & eadem Hebræi in memoria illius agni patres eorum comederunt pridie illius die; quem in quatuor Ægyptiorum excusserant. Utopiarum legantur non die ægyptiorum. Tertio pro immolatione agni passivi a quatuor Evangelistis accipitur. Tandem Ecclesia catholica Pascha usurpat pro tribus primis diebus quibus ex precepto celebrat Christi Domini a mortuis resurrectionem: que est omnium solemnitarum potissima. Etenim inquit Apollonio: Si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: ad hoc enim estis in delictis vestris. Traditio propter delicta vestra, & resurrectionis prope justificationem nostram, ut quomodo Christus resurrectus a mortuis per gloriam Patris, ita nos in vivitate vite amobimus. De antiquitate istius solemnitatis non est quod dixerimus. Primum liquemus eam ab ipsis Apostolis duxisse primordia. Secundo Ecclesie

seculo diffidum maximum excitatum fuit Occidentales inter & Asiaticos. Illi quatuordecim die post æquinoctium verum celebrandum esse Pascha contendebant; illi dominicæ æquinoctium consequente ne iudicium redolere viderentur. Acce, & ingubre diffidum duobus ferme feculis Ecclesiam exagitavit, donec in Concilio Nicæno I. decretum fuit, dominicæ post verum æquinoctium solemnitas paschalis ad universa Ecclesia celebranda esse.

V. Quinto loco ponitur Christi Domini Ascensio in celum solemnitas, quam ab Apostolis ipsi rependendi esse tenent negaverunt. Anne ambigendum, Apollonio, & Discipulis, qui Christum ascendentem in celum conspexerit, tanti triumphi solemnitas celebrare censent Theologi quidam, cum ipso Christo sanctorum Patrum multitudine ad Celum convolante.

VI. Sextum festum est Pentecostes: quod Hebræi in memoria legis divinitus date peragebant; Christiani vero ob visibilem Spiritus sancti super Apostolos, & Discipulos apparitionem celebrant. Et quancumque ad Spiritum sanctum hoc festum pertinere videntur; nihilominus tamen Christo Domino consecratum est: tum quod ipse illius adventum promittit; tum quod hæc die eius Evangelium publice per univertum orbem ceoptam fuerit promulgari.

VII. Septimus dies festus est sanctissime Trinitatis, recens in Ecclesiam introductus. Solemnitas hæc non modo ubique cultu diuere. A quibusdam Ecclesiis observabantur dominicæ, que Adventum anteverit, & ab aliis octavo die Pentecostes. Ab Urbe Ecclesia non agebantur, quod Trinitatis laudibus commentes vocabat precibus, & sacrificiis, ut testatur Alexander III. quilibet enim dominicus dies Trinitati postsum conlectus censibatur. Qui de causa Micrologus asserit, singulis olim dominicis Trinitatis prædicationem in Missa decantantur litam fuisse. Et etiamnum illud diebus in matutinis horis ultimum responsum, si festum aliud non occurrat, de Trinitate recitatur; sicuti & Symbolum fides. In maiorem tamen sanctissime Trinitatis reverentiam, & venerationem Ioannes XXII. & Urbanus VIII. quatuordecim primo dominico die post Pentecostem decreverunt eisdem festum colendum esse.

VIII. Sacrosanctæ Eucharistiæ mysterium feria quinta post octavam Pentecostes celebratur. Hoc festum post duodecim secula

ab

ab Urbano IV. institutum fuit peculiaris constitutione, quæ incipit, *Transiitius de hoc mundo ad Patrem*: quam confirmavit Clemens V. Quamquam vero festum illud ceteris enumeratis recentius sit, uberiori tamen celebrari lætitia, & solemniori apparere solet. Officium, quod ab universa Ecclesia recitatur, & a Lazaro Angulano sive Thoma compositione fuit illud Urbani institutum, tantam redolens dulcedinem, tantam spiritalitatem, & adeo ecclesiarum ac divina quodam charitate mysterium ineffabile explicat, ut omnium mentes admiratione defigat, animique summo perfundat gaudio.

IX. Tandem inventio sanctæ Crucis, quæ die tertia maii colitur, inter festa ad Christum pertinentia numeratur. De historia istius inventionis non una est scriptorum sententia: quorum tamen momenta expendere hic minime mater. Quod Helena Constantinii Imperatoris mater Crucis sanctæ lignum invenire, ad substantiam factum quod attingit, vix in discrimen vocari potest. Quæ enim contra reconperitur, nullus sunt pondus. Historia istius, non ratio, sed occasio sui instituenti festum in honorem sancti illius ligni, ex quo infinita beneficia in universum genus humanum permauerunt. Verisimile est festum illud incepisse Sylvæstri Papæ tempore.

CAPUT VI.

De festis quæ ad B. Virginem, ceterosque Sanctos pertinent.

I. Festis Christi Domini succedunt Desparæ solemnia. Primum festum huic dicitur, quod in Urbani constitutione recentior, est illius Purificatio. In hac festivitate duo recoluntur, & Iesu Christi oblatio, & Virginis in templo prædicationis. Secundum divine Mariæ festum est Annuntiatio, quæ Archangelus Gabriel a Deo missus Virginem relevavit mysterium Incarnationis Filii Dei in eisdem purissimo utero, quo circa festum etiam Incarnationis appellatur. Tercius dies istius, Virginis consecratio, est illius Assumptio in cælum: cuius insinuat in ipis Apollolis, vel temporis Apollolorum proximo accepta referret. Festum quartum est Nativitas epulorum, cuius initium incertum est. Satis tamen antiquum esse, convenit inter Theologos. Quintum festum sub præcepto, a Clemente XI. anno 1708. lato, celebrandum, est Conceptio Virginis immaculatae.

II. Similique Martyribus ornata fuit Ec-

clesia, eisdem religioso cultu profæqui cepit. De fide enim est, in Sanctiorum honorem aliquos dies festos ab Ecclesia institui potest: de quo plura diximus ubi de cultu Sanctorum sermonem habuimus. Quod autem respectu Ecclesiæ Sanctos suos venerata sit, testatur Clementis Romanus, rationemque prodit Lib. VIII. Constit. cap. xxxiii. *Quia & magistri nostri fuerunt ad docendum nos de Christo, nosque Spiritum sanctum delevit, & Christum vita sua anteposuerunt.* Quod confirmat Tertullianus Lib. de Corin. milit. iniquem: *Ex antiqua maiorum traditione pro natalitiis omnia die fecimus &c.* Fidem, modumque istius institutionis peroptime explicat Augustinus Lib. XXII. de Civ. Dei cap. x. *Nos Martyribus nosse, non temple, sicut dicit, sed memorias, sicut hominibus moribus, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus; nos ubi erigimus altaria, in quibus sacrificaverunt Martyria; sed non Deo & Martyri, & nostro, sacrificium immolamus: ad quod sacrificium sicut homines Dei, qui mundum in veris confessores creaverunt, susceperunt & hoc amittunt; non tamen a secedunt, qui sacrificia, inscruentur. Deo quippe, non istis sacrificia; quævis in memoria sacrificet votum: quia Dei Sacerdos est, non illorum. Ipsum vero sacrificium corpus est Christi: qui non essent ipsi, quia hoc sunt & ipsi.* Ex his Augustini verbis evanescunt perceptis omnia hæreticorum commenta, quibus blasphemis festos dies Divis dicatos superstitio-nem redolere, & idololatram.

III. Primum autem festum quod in Urbani VIII. decreto recentior, est *Dedicatio sancti Michaelis Archangeli*, quod celebratur die 29. Septembris ab universa Ecclesia in memoriam sancti cuiusdam Angelus. Eius festum a Bonifacio II. communiter repetitur. Secundum est Nativitas S. Antæ Baptistæ, quod prædicat videtur Archangelus Gabriel Luc. I. *Et natus in Nativitate eius gauderunt.* Antiquissimum est festum istud, testatur Augustinus epist. cxxix. Tertium est martyrii Apollolorum Petri, & Pauli: cui succedunt celebratio aliorum Apollolorum, Andree, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Philippi & Iacobi, Bartholomæi, Matthei, Simonis & Judæ, ac Martini.

IV. Inter festa Martyribus consecrata primum sibi vindicat locum festum Protomartyris Stephani, quod antiquissimum esse in Ecclesia, patet ex cap. Pronuntiandum de Consecr. dist. III. & cap. Consequens, de Feriis: & illius distincte meminit Clemens Lib. VIII. Constit. cap. xxxiii. Sanctorum quo-

CAPUT VII.

De iis qui potestatem habent dies festos instituendi.

quoque Innocentium celebratam veratam esse in Ecclesia, constat ex Origene hom. lxxi. in diversis, ubi inquit: *Horum memoria semper, ut dignum est, in Ecclesia celebratur.* At semper fuerit vi præcepti celebratum festum illud, dissentiant Auctores. Post Urbani constitutionem nulli occurrat difficultas. Sub eodem præcepto colitur festum sancti Laurentii, de quo plures sermone habuerunt Patres, & Leo, Ambrosius, Augustinus, Petrus Chrysologus, & alii.

V. De festis Confessoribus certo non constat fuisse semper in Ecclesia aliquod festum sub præcepto ab omnibus Christi fidelibus celebrandum. Quamvis enim festum sancti Sylvæstri in laud. cap. de Conf. & cap. ult. de Fer. continetur, non hinc tamen eruitur fuisse universale, & ex præcepto impolitum; quemadmodum tunc est post decretum Urbani VIII. Secundum Confessorum festum est illud dicatum sancto Patriarchæ Iosepho, quod nunc pariter sub præcepto celebratur. Tertio loco ponitur festum sanctæ Agnæ genitricis Desparæ. Ultimo tandem loco nominatur festum omnium Sanctorum, quod ante Augustini tempora institutum fuisse putant aliqui propter sermonem qui sub Augustini nomine de hoc festo legitur. Sed iam concessit sermonem illum suppositivum esse. Et communis Doctorum sententia est, celebratio hinc capisse tempore Bonifacii IV.

VI. Præter recentia festa, ab universa Ecclesia celebranda, addit Pontifex Urbanus, in quolibet regno, seu provincia, & civitate, aut oppido posse festum unius, ex principalibus Patronis sub præcepto colendum deligere. Quamquam istud regna, provincia, civitates, oppida, plures sentiunt, ut Patrom veneretur, non omnium, sed unius tantum respective festum ex præcepto celebrare tenentur. Dissipant autem Theologi, num sicut regnum, ita & provincia regno fluida possit sibi peculiariter eligere patronum cuius festum sub præcepto colendum sit. Probabilior mihi videtur opinio affirmativa. Sædem potest quodlibet regnum, quod & provincia quæque; cum in decreto regnum, provincia, civitas, & oppidum nominentur. Nec obstat, quod provincia per partem sit, quæ, ut aliquibus videtur, facit festum distinctivum, esse illud, offeratur. Quoniam, si quandoque valent prodit festum; lapis etiam alium, in favorabilibus, ut in prædicta evenit. Huic præcepto colendi festum Patroni, principales loci adscripti sunt etiam Regulares.

I. Extra disputationis aleam in primis est, Concilium generale, & summum Pontificem posse dies festos instituere, & habent enim, ad spirituale regnum quod attingit, potestatem universalem super omnes fideles; festorum autem institutio ad iurisdictionem pertinet spiritalem. Poterunt igitur festa indicare, quæ ubique terrarum obligent christianam populum. Neque de hoc difficultas est penes Catholicos, quicquid fabulatur heterodoxi.

II. Quæst. I. An Episcopi facultate possent instituendi festa in suis diocesi abque Cleri, & populi consensu? Resp. Episcopi iure communi possunt dies festos instituere in propria diocesi, ut constat ex cap. Pronuntiandum de Conf. dist. III. & cap. Consequens, de Fer. & ex verbo Ecclesie ubi. Iudicium in controversiam vocant Theologi; an Episcopus in hac institutione dependeat a Cleri, populique consensu? Sententia mihi probabilior videtur, vi iuris communis non posse Episcopos sine Cleri, & populi consensu festa indicare. Quoniam in cap. Pronuntiandum dicitur: *Illas festivitates quas singuli Episcopi in suis Episcopatus cum populo colantur.* Et cap. Consequens hoc habetur: *Ceterisque solemnitatibus, quas singuli Episcopi suis diocesi cum Clero, & populo dixerint instituendi celebrantur.* Sanctus Antonius II. Part. III. tit. cap. v. post enumerationem festorum ante prædictum, inquit: *Indicatur etiam ex illis verbis cap. Pronuntiandum, quod Episcopi festi non possunt indicare festa celebranda, nisi populus acceptis.* Sententia D. Antonii accedunt Angelus verb. For. Tabien. num. 10. Sylvester verb. Doct. n. 3. Azorius Tom. II. cap. xxvi. inquit. 111. Suarez Tom. I. de Relig. Lib. II. cap. xi. num. 8. Bonac. disp. v. post. 1. num. 3. Sanchez in Conf. Lib. V. cap. 11. dub. 5. num. 6. Casuarvans Lib. IV. variat. cap. xix. num. 9. Augustinus Barboia III. Part. de post. Episc. alleg. 165. num. 36. & alii plures. Hoc iane elicitur ex iure, Episcoporum facultatem limitare. Hæc autem limitatio hæc naturæ congruentia, quod ex festorum institutione politice civitatis, negotia interumpantur. Sicut enim forum, & manalia opera cessant diebus festis. Neque alienius momenti est quod ex decreto Urbani VIII. oppo-

nunt Salmanticensis. *trist. xxiii. par. 6. §. 1. num. 119.* scilicet Pontificem solis Episcopis prohibere fellorum institutionem, nulla populi, aut Cleri facta mentione. Ideo enim Pontifex solis Episcopis verat, quia eorum est, non populi, vel Cleri, indicare festam. Il sunt qui, tamquam superiores, Cleram, populumque congregare, vel admittere debent de fellorum institutione. Quapropter is verat Pontifex, & non Clero, aut populo, quorum dominus est assentiri, vel dissentire. Ceterum nec verbum in laudata constitutione habetur, vel oblique ostendens, quod si vellet Episcopus indicare festam, ad prelatum valeat obsequi Cleri, penultime contenta: quem aliquam iura expresse requirunt. Ibi autem contentum obinet ut Episcopi soli sine Cleri, & populi consensu festos dies instituant, omnino servanda est.

III. *Quæst. II. An Principes secularis valetis sine auctoritate Episcopi dies festos instituere, ad quorum observationem populus sub gravi culpa tenetur?* Resp. S. Antonius II. *Par. 16. ex. cap. vel. §. 1.* inquit: *Legisime feria sunt, quas Imperator instituit, vel propter collectam quam fecit, vel quia regem dicit, vel quia et filius natus est, & similia. Et dicitur regnum, quæritur, & subieci manducantur. Nullus poterit Principum hoc iudicare potest. Et de fer. I. Nul. . . Si cruce, vel dominus indicit, iam mandat aliquod festum sub certa pena celebrari, penam quidem posse exigere, & violatoribus, sed culpam non incurrit: quia non perit ad eos festa precipere. Sententia D. Antonini solentium committit Doctores, qui allerant cum eodem, posse quidem Principes laicos festos dies indicare, in quibus ludibrii, & laboribus, operibusque mechanicis, feriati, publice lætitiæ, & exultationis vacant, non tamen festa precipere posse, ut publicum Dei cultum, & animarumque bonam inspiciant. Quoniam sub hac exceptione ad spirituum pertinent jurisdictionem. Quando autem Principes congium indicaverint quædam festa celebrari, ob aliquam gravem necessitatem, & ad implorandum divinum auxilium, potere debent a Pastore ecclesiastico, ut ea indicat.*

CAPUT VIII.

Quam obligationem præceptum observandi dies festos imponit; Et quando eiusmodi obligatio incipiat.

L PRæceptum servandi dies festos obligat sub mortali, etiam præciso scandalo, & contemptu. Hoc assertio certa est; & contrariam propositionem proscriptam Innocentius XI. quæ est quæmodi: *Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, lapsis fœdulo, si abste contempserit. Caramuel in sua Theologia Regularium disp. cxi. hæret, & subdubitat, an quinque Ecclesiæ præcepta obligent solum sub pena, & non sub culpa: atque plures Doctores referunt pro opinione affirmante, quinque Ecclesiæ præcepta penæ tantum, non culpe adtingere fideles. Sed, quæ hæc de re dicit Caramuel, nos in tractatu de legibus ad examen revocabimus. Nunc subiciat innere, præceptum sanctificandi festa ex universal nobilium persuasione obligare sub mortali. Hæc enim res facta est. In questione autem facti evidenter constituit telum multitudi. Cum itaque omnes fideles pro orbem diffusi in hoc convenient, quod deur talis gravis obligatio servandi festa; consequitur, certissimum esse eumdem obligationem. Vide ea. quæ dicta sunt cap. 1. num. 7. adversus hæreticorum errores.*

II. *Quæres, quo tempore incipit dies festi obligatio?* Resp. Hanc quoque esse questionem facti, in qua experientia, seu consuetudini standum est. Porro res ipsa constat, præceptum servandi festa, & ieiunia a media nocte incipere, & durare usque ad alteram median noctem proxime sequentem. Quæ certe consuetudo & facilius est ad servanda festa, & etiam rationabilior videtur, præceptum ut Christianorum ritus distinguatur a ritu Iudæorum, qui a vespere usque ad vespem servant sabбата sua. Nil tamen impedire quominus Pontifex pro universa Ecclesia, & Episcopus pro sua diocesi, valeant festa precipere vel a vespere usque ad vespem, vel ab aurora usque ad meridiem, vel a meridie usque ad vespem. Hæc enim determinatio ecclesiastica est, quæ, gravi occurrente causa, mutari optime potest.

CAPUT IX.

De iis qui ad observandos dies festos tenentur: Et postquam de adventis, vespertinis, peregrinis, & sagis varia quæstionibus serventur.

I. **O** Mnes fideles utriusque sexus, cum rationis usu potantur, ad observandum præceptum de fellorum sanctificatione obligati esse, vis est qui in dubium revocet. Tempus quo nati sunt rationis assequuntur, est septimum præterpropter. Quare, si ante septimum rationis lux in mentis puerum affugiat, ut in optime educatis, & acri ingenio præditis ulvenire solet, hi fellorum præcepta observare obligantur, ut communissima Doctorum sententia docet. Ratio evidens est: quia lex, seu præceptum est vinculum rationis, ut inquit Angelicus *quæst. xvi. de virtut. art. 3.* Ergo, quando comque ratio adit, lex ligat. Si autem, septennio expleto, dubium occurrat, an rationis radis splendat, tenetur puer ad observationem dies festi: quia in dubio iuror pars est eligenda. Et si, septennio nondum expleto, si non levia appareant dictionis, cogendi sunt pueri ad Missam audendam, ut docent Auctores gravissimi.

II. Infantes, usu rationis destituti, cum non sint levis capaces, pariter non sunt præcepto sanctificandi festa adstricti: idemque dicendum de omnibus amentibus. Infideles quoque ab hoc præcepto soluti sunt. Quandoquidem, cum non sint Ecclesiæ membra, nec Ecclesiæ legibus subiacent, neque in rebus Ecclesiæ possunt communionem habere. De his D. Paulus I. *Cor. v. inquit: Quis enim nobis de iis qui foris sunt, iudicabit? Nomen de iis qui foris sunt, vos iudicatis? Nam eos non servit Deus. Iudicabit. Quæ de causa nec catechumeni huius præcepto obnoxii sunt. Ad Missam illi admittuntur usque ad offerendum, diciturque Missa catechumenorum: sunt enim & illi extra Ecclesiam.*

III. *Quæst. I. An peregrini teneantur celebrare festa sine patria, seu territorii, & adventis?* Resp. Festa in duplici genere considerantur. Alia sunt quæ ab universa Ecclesia observantur, ad quæ celebranda omnes, & ubique tenentur. Alia sunt propria alicuius territorii, seu diocesis. Nominè quoque peregrinorum non intelligimus vagos, qui nullibi proprium domicilium habent. Illi enim tenentur ad festa locorum in quibus resident. Neque sermo est de iis qui domi-

lilium mutant: quoniam illi, non peregrini, sed incolæ dicuntur. Peregrini, sui viatores illi reputantur qui extra propriam territorii, seu diocesis per modum transitus versantur. Istos autem ad festa sua patriæ non teneri, prohibitor sententia est: quam committit tam Iuriste, quam Theologi docent; quæ etiam probatur ex constitutione Bonifacii VIII. in vi. *Decret. cap. Ut animarum*, ubi Pontifex statuit, firmas extra diocesis propriam non subesse excommunicationis lætæ ab Episcopo in fures sine jurisdictioni subiectos, his verbis. *Statuo Episcopi, quæ tu omnes, qui factum commiserit, excommunicationis sententia promulgat, subditii eius extra eius diocesis existentes, minime ligari nosentur; cum extra territorium iuri digni non preceat impune. Ex quo clare colligitur, viatores, extra propriam diocesis in transitu permanentes, subiectos hand esse legibus propriæ diocesis. Ratio autem facti clara videtur. Quoniam indicitio felli diei in aliquo territorio directe non afficit perianos, sed loci illius bonum spectat; quatenus vel ob hæreticum quodpiam illi a Deo collatum, vel ex quopiam favore, gratiamque a Deo incolæ impetrent, eorum religiosum tali die Deo respondendum Episcopus decernit. Ergo præceptum eisdem obligat dimittat homines tali in loco versantes. Ex quo evanescit adverte sententia argumentum, videlicet peregrinos, & viatores subditos esse propriis Episcopis, etiam extra patriam suam exilientes. Nam verum est esse subditos illis; sed, cum præceptum servandi præfata festa in ipsis immediate latum non sit, eisdem non sit obnoxii. Quod autem opponi solet, heinc absurdum conseqi, nempe peregrinos istos nec felis lux patriæ, nec sollicitudinis territorii subiectos fore, statim refutandum.*

IV. *Quæst. II. An peregrini teneantur observare festa, & ieiunia illius loci ubi sunt in transitu?* Resp. *quæst. Teneri.* Quod probat auctoritate Augustini *Lib. III. confes. cap. VIII.* & referat cap. *Quæ contra* dist. xii. *Quæ contra nocet hominum sunt flagitia, pro momentum deiecitæ vitanda sunt; ut pactum inter se evitatis, ut gentis consuetudine, vel lege firmatum, nulla erit, aut peregrini libidine vincitur. Turpis enim omnis pax est, suo universo non congruens. Sed lubet referre aliud Augustini testimonium, quo clarus assertio evincitur: & habetur *epist. cxviii. infernusque est dist. xii. cap. Illa &c.* *Nec disciplina illa est in his melior gravi, prudentique Christiano, quam ut eo modo ager**

XII. Rationi sane repugnare videtur, Christianum hominem diem festum sanctificare, qui per mediam tantum horam sancte operatur; Nonne contra iuramentum recentioris Theologi docent, minime violare diem festum eum qui serviliter operatur, non modo mediam horam, sed infra duas horas? Cur? Quod parum pro nihilo reputatur. Una vero hora, immo quasi duæ horæ respectu totius diei festi parum reputatur. Cum ergo quis adversus præceptum, prout negativum est, duabus sere horis agit, illud non transgreditur, qui vero media sola hora divinis vacat, præceptum, prout affirmativum est, implet? Hic parum pro toto die, ibi parum pro nihilo reputatur. Cur hæc diversa pondera? Sic potius argumntari debemus. Qui totum, vel maiorem partem diei in popinis, ludis, vanis oblationibus, & rebus profanis impendunt, diem sanctum profanant; ut per se liquet. At qui diem sanctum profanant, peccant, Ergo peccant, qui die festo narratis exercitiis dant operam. Qui sancte agit per mediam horam, diem sanctificat; & qui profane agit per totum quali diem, diem non profanabit? Si autem profanant, nunquid non peccabit? Hocce ne solum dicitur crimen dies profanos inter & sacros, quod Christiani festis diebus in clariorem lucem somnum protrahant, quod splendiores induant vestes, quod compiores, oratione ferant in publicum prodeant, quod lautius epulentur, & dimidia horæ spatio in Missæ auditione impenso, reliquum tempus, nempe totum diem, satisfactionibus, orationibus, potationibus devoteant? Hoc profecto est quod D. Antoninus II. Part. tit. ix. cap. vii. §. 4. amaris lacrymis dicitur, iniquus: O miseranda cecitas Christianorum! quæ pira peccata faciunt, & graviora in diebus festis. Aliis diebus laborant, ut possint vivere; diebus festis, quando deberent laborare pro anima, & Deo vacare, implicent se in multis vitis. Similia de-

ditimus supra ex sancto Basilio. Nunc opera pia que agere debent fideles, explicanda sunt, præter ea que hæcenus indicavimus.

CAPUT VII.

Festorum sanctificatio postulat ut fideles in propria conscientia examine, librorum piam lecturam, agrorum visitationem, aque elemosynarum distributionem illis dies transigant; & quid de re uxoria suscipiant Patres, declarant.

I. Nihil aliud festorum non ex duxerat spectat, ut fideles Deo cultum offerant, & divina meditentur; verum etiam id præcipue requirit ut in propria conscientia examine, cõditisque compunctione verentur. Ideo enim a terrenis negotiis abstinere debent, ut sum, & unicam æternæ salutis negotium peragant. Et, quoniam præceptum ecclesiasticum hæc explicite non iubet; mandatum tamen illud generale, quod omnes adstringitur animæ nostre salutem ceteris omnibus præferre, emarata exercitia præscribit. Si enim festis diebus spiritualis vilificationis ratione non subducamur, eas ne inoperabilibus proflatis diebus? Anne læte æternæ salutis curam habere dicendus est qui neque feriatis diebus propria conscientie vulnera curare satagat? Sentiam ergo recentiores plures quidquid sibi libuerit. Dicant, præceptum illud non aliud præcipere, nisi abstinendum a servili labore, & Missæ auditionem. Ego, hæc in iudicio relicta doctrina, pro certo habeo, Christianos illos qui sacro tempore, Missa audita, toti sunt in terrenis negotiis, ab æternæ salutis via aberrare, graviter perditionis discrimini obnoxios esse. Idque manifesta experientia compertum est. Nam Christiani, quibus animæ salus cordi est, festis potissimum diebus conscientiam suam peccatorum confessione mundant, arguunt pio operum exercitio divinam iustitiam placare, Deumque sibi propitium pro virtutibus reddere student. Contra vero Christiani sine festis immemorati festis maxime diebus ventri indulgent, luxum, ludos, saltationes, ceteraque stulti mundi spectacula frequentant. Que hucusque dicta sunt, mirum in modum explicat S. Antoninus, qui pia opera, que veri Christiani festis diebus præstare

debent, queque Christiani sibi exercere solent, ob oculos ponit II. Part. tit. ix. cap. vii. §. 4. Debet ergo die festo iussu operibus spiritualibus uti, meditationibus, auditionibus divinorum, lecturis, & elemosynis, & huiusmodi; unde & cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendens in templum ait Hierosolymam, secundum consuetudinem tuam diei festo, & Christus cum eis ascendisset, & purus visisset, nisi ad adorandum Deum, & vacandum dicitur, ut lex iubet. Et inter cetera debent homines vacare compunctionibus, & contritionibus peccatorum suorum, recogitantes que egerunt aliis diebus, in quibus fuerunt occupati. Dicitur enim Levit. xvi. Sabbatum requiescitio est: affligitis animas vestras, scilicet per contritionem, secundum Originem. Item audiantur Missæ & divinarum officiorum, & predicamentum, de quo dicitur capite sequenti. Item admodum, & correctio proximorum, & præcipue familie sue. Theopylus laborat in Job, de quo scribitur in primo capite: Cumque in cubum transisset dies, mittebat Job, & sanctificabat eos, id est in capite hebdomadæ, quod est dominica. Dicitur autem sanctificare filios, quia illa die admonet eos, & corriget de adestibus, si quos infra hebdomadam fuissent, ut exposuit Thomas super Job. Vel etiam quod offerret orationes, & sacrificia pro eis. Item iussu dicit magis elemosynas. In eadem figuram legitur in Levit. quod duo agni offerentur die sabbati, aliis diebus unus tantum, scilicet in holocaustum. Totius etiam preparatio præcedit in die festo iussu filium ad vocandum patrem ad convensum amicum, pater tamen spectat mortuos, quem audit in electa creature, ut habetur Job. II. Sed quis est hic iussu celebrare festum vacando divinis, & laudibus eius, cum invenimus? Hactenus descripta sancti Archiepiscopi via illa opera que veri Christiani, sequum Dei antecedentes, præstare festis diebus debent. Deinde persequitur enarrare ludicras occupationes peccatorum hominum, qui diebus festis peculiariter cultum demonibus offerunt. Novus (lobidit) iussu occupatio hominum in festis est circa corpus? Mores vacent, & non parum temporis expendant in se vacando ad capiendum animarum famulum, & famulis ad præparandum eos accitibus festis; mercatoribus ad sciendos suos compositos, & mercatoribus, ad scribendum librorum, & litterarum inscriptiones homines ad audendum de Palatiis, vel spectacula vacent nulla cura filiorum, & familia, sed amores ludis dimittuntur ad faciendum mala:

& quod cum multo labore per hebdomadam lucrati sunt, in festis in ebrietatis, & ludis, non in elemosynis expendunt. O abusus perverfus hominum, & luctuosa temporis irreverentia, & negotium gratissimum demeritum! Aperte de his dicit Hieronimus Thron. i. Videtur enim huius, id est ebrietatis, humilitatis passivi animas, seu Ecclesiam, & derelictam labrata eius, id est festis, quæ scilicet non Deo, sed sibi vacant, vacare, & demeritum.

II. Hanc viam doctrinam habuit Antoninus ex ipsa Scriptura, Patribus, & Conciliis. Siquidem maiores nostri ad festorum diem cultum potiores consueverunt, pauperum egellati propiciere. In hunc finem ecologia, & oblationes offerrebat Christiani, ut iislen clerici, & pauperes sustentarentur. Mos ille sanctificandi festos dies ab ipso Apostollo initium duxit; ut testatur D. Paulus Cor. xvi. De collectis que sunt in sanctis, sicut ordinari Ecclesie Galatia, ita & vas fuerit. Per nosam sabbati nulli quisque vestrum quid se seponat, recedens quod in bene placuit, ut non, cum vacat, non collecta fuerit. Hanc sanctam consuetudinem, qua fideles, sacro auditu, & peracta synaxi, pauperibus stipem conferant, egregie sanctus Iustinus apol. 2. repræsentat his verbis: Satis, qui dicitur, die, (diem ille, quam nos dominicam, appellabant antiqui) omnium qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in unum locum sit convocati etc. Commentaria Apostolorum legitur etc. Precationes præfationes etc. Distributio, communicatio fit coram in quibus gratia ante fuerit, cuique presentibus, abundantibus per diaconos ministris. Ceteros qui copiosiores sunt, & volent, pro arbitrio quique suo, quod solum est, contribuant, & quod non colligunt, quod præpositum dependit, & aque inde die optantur, opus illi, & videtur, & sic qui proper modum, aut aliquam aliquam causam egent, quique in vicinis sunt, & peregre advenientes, & peregrinos, & pauperes dicant, indignitatem in omnino caratur est.

III. D. Ioannes Chrysostomus rationem assignat, cur potissimum dominico die Apostolus Paulus beneficentiam commendaverit, Tom. V. lect. xxxi. pagin. 321. & sequi. Quia dominus hanc diem oblationi deputavit. In die destruitur est infernus, extractum malitiosum, dispersum peccatum, conciliantur hinc Deo homines, nostrumque genus ad presentem, immo ad maiorem, redit dignitatem: Quisque hoc inspirationis, & admirabilis illud spectaculum, quod homo factus est in-

ra foret contraria opinio, posse puella, & vis deformis, possent levis debet Missam audire.

VI. Ignorantia, & confusio sunt due cause que excusare possunt ab auditione Missæ. Ut ignorantia excuset, debet esse omnino invincibilis. Si enim aliquo modo vincibilis est, omnino non excusat; sed dimittit peccatum plus minusve, juxta maiorem vel minorem negligentiam in inquisitione veritatis. Conscieto quoque, ut excuset, debet esse rationalis, & approbata. Hinc ratione confusio alicui videtur excusatur, que aliquibus fellis post mortem Missam non audiunt. De temporis quantitate distulimus est penes Auctores. Aliqui per tres menses, aliqui per integrum annum afferunt, posse viduas omittere Sacrum: idque probant ratione conscientiam. Ego has consuetudines, que per medium, aut integrum annum a templis lacris abesse viduas permittunt, tamquam minus rationabiles, reiecerim; si alicui inter Christianos obtinerent, quoniam nulla solida occurrere potest ratio, cur vidue, que iuxta Paulum Apostolum singularem devotionem præbere debent, sint a vinculo illius præcepti soluta. Sic docent D. Antonianus II. Part. tit. IX. cap. x. §. 2. *Quod vidue aliquibus diebus vel hebdomadis in morte vivorum maneat doctæ in signum tristitiae, unde & Missam non audiant, videtur tolerandum, si est de more patriæ. Sed quoad maneat per integrum annum, vel per tres menses, excusari non possunt, quia magis ab solto est. Conscieto, si enim puella nubes Missæ diebus festis non audiunt, irrationabilis est; & ab illis nobis videtur. Ipsi tamen excusantur, si invite domi detinuerunt. Sed parentes peccant, dum eas audire Missam impediunt; maxime cum ipsi ad ludos, choreas, si alique oblectamenta exundi libertatem concedant. Ita S. Antonianus loco laudato, *Puella nubes, que non exiit domo, quia non permittitur a parentibus, videtur excusari, si negligit præceptum, vel festos licent exiit, si permittitur. Non enim fas est solas domo exire, ut audiant, quia magis pericula possunt inde contingere. Sed parentes eorum, qui non permittunt accedere, imitentur conclusioni patriæ, non videtur posse excusari, si permittunt eas exire ad choreas, vel alia loca, vel stare ad lectum domus, vel foras, ut videantur ab hominibus. Non in ecclesiasticis non possunt consuetudo, que in ratione fundatur. Idem Corneptia. Conscietudinem quoque qua, quidam alterant, mulieres, dum parturunt mensuram, excusari a Sacro audiendo, ut abulium relictissim.**

VII. Quoad iugiter præceptum caritatis, & misericordie erga proximum, impleri debet,

etiamsi Missa omittenda sit. Debent utique, si fieri potest, ambo præcepta impleri. Sed, si alterum omittendum ex necessitate sit, illud omitti debet quod minus obligat. Fortius autem obligat præceptum caritatis quam præceptum audiendi Missam: illud divinum, hoc ecclesiasticum est. Hac ergo ratione excusantur qui infirmis medicinam lubimulant, qui occupantur in bonis proximi subducendis periculo incendii, grandinis, naufragii, & in quovis misericordie opere gravi, ac necessario, quod dilationem non patitur.

VIII. Quærit. I. An Christiani teneantur una ponere impedimentum audiendi Sacrum? Resp. In calce illius capituli qualdam quæntuliculas proponere lubet que dignæ nobis videntur peculiariter animadvertione. Ad propostum quæntulicam respondet in primis P. Sporer cum aliis, extra dispositionem esse quod quisque possit tempore remoto, nempe tres, aut quatuor dies ante diem festum, impedimentum ponere ea directa intentione, eoque sine, ut in sabilem se constituat ad Missam audiendam: *trōc. 111. in 3. p. cap. Desal. cap. 11. lex. 2. n. 30.* Quia talis utitur iure suo, & sua libertate. Neque intentio culpabilis est: quoniam hæc non idem ponit obiaculum, ut executionem præcepti impediatur; sed ut te eximat ab obligatione præcepti. Hæc doctrina, quam passim obtrudunt recentiores Theologi non pauci, non modo certa nobis non videtur, sed potius falsa apparet, & christiane sinceritati adversa. Enimvero Christianus quisque animam paratum ad obediendum Ecclesie legibus habere debet. Qui data opera latebris quarit, ut observantiam legis evadat; qui impedimentis dicitur se laque obstringit, ut imporetur, & omnino inopis evadat præcepti observator: qui, inquam, hæc incedit via, dicens non est revereri legem? Ubi iustitiam erga legislatorem obsequium? Ubi studium observandi legis? Quamvis præceptum solammodo die festo obliget, secus diebus profestis precedentibus; ad illud ministerium præceptum generale, quod omnes non Christianos obstringit, nobisque veter neque Ecclesie nostre matris eludamus, ne sophistici distinctivculis a legis declinamus observatio-ne. Quid enim præter hæc distinctio: non refugit observantiam præcepti, sed ab observantia præcepti se le eximit: quid, inquam, aliud significat repita hæc verborum multiplicatio, nisi manifestam voluntatem excusandi iniquam legem? Ad hæc iterum alibi fultus.

IX. Secundo loco concedimus omnem, neminem posse die ipso festo impedimentum ponere, quo postea, Sacro interesse nequeat; quoniam nequit impedimentum ponere eodem tempo-

tempore quo iugiter præceptum. Quin communitè alicuius, hoc impedimentum licite poni non posse tempore proximo diei festo, sed tantum tempore remoto. De eo postea disputant, nimirum quodnam sit dicendum tempus proximum, quodnam remotum. Laudatus P. Sporer loco supra citato subdit, nimis laxum concludere intra istum diem festum, seu contra vero tempus proximum extendere vique ad totam diem, que immediate præcedit ipsum festum, et nimis arctum. Quod clarius exprimitur hoc modo. Si tu alicui, non esse licitum ponere impedimentum tempore proximo diei festo, id est per totum diem qui antecedit festum, doctrinam nimis rigidam doces. Si contra status, posse quempiam ponere impedimentum tempore remoto, id est sub initium diei festi, laxam evulgas opinionem. Inter propositiones, que hominibus doctis, & piis nimis laxæ videntur, quæve dedimus *differt. 1. cap. 11.* hæc una est. *» Prædie festum licitè vel impedimentum nimis potest, ut nequiter aliter diei eodem sacrum habere, hæcque tam potentiam ortum prævidi. »* Alteram quoque prolixiorum, & consimilem propositionem ibidem recentui. Et P. Gobat loci ibi laudato hæc propositiones defendit; ego autem, tamquam nimis laxas, & tamquam improbabiles, salvo meliori iudicio, reitico. Quoniam, admissa hæc doctrina, actum esset de præcepto sanctificandi dies dominicos. Quisque enim diee labari posset se negotiis implicare; vel ad venandum, ut Tamburinus cum eodem Gobat asserit ibidem, in diluta memora perserere, vel ex pupa, libidine, ebrietate se le operumque ad intentionem, & sine ne Missam audiat, festinatio observet. Si autem hæc quæ pœcet adversus præceptum sanctificandi, hæc proterge valeat; cur non & altera? Omnes ergo poterunt in ea se conicere impedimenta quibus ab onere audiendi Missam, & sanctificandi festæ se le eximant; quod quam sit & rationi, & christiane religioni, que festorum celebratione maxime ipseidet, adversum, nemo non videt. Ut paucis rem hæc perstringam, nonquam, neque tempore proximo, neque tempore remoto, licitum est ea expressa, & directa intentione, ac sine impedimento ponere, ut præcepti observantia evadatur. Molto minus postea licet id prædiare pridie festum; quia nemini licitum est insidiarè parare observantiam legis, que bonum commune religionis, in tempore promoveret, qualis est lex sanctificandi festum.

X. Quærit. II. An ipsa acquiescentia licentiam temporale festivitatis causa sit negligendi audi-

tionem Missæ die dominico? Resp. Adfirmat. ve respondent non pauci recentiores: & citato capite secundo inter propositiones laxas hæc recentium opinionem, que propinat, ob notabile locum temporale licitum esse Missam omittere. Ut vero deprehendere quisque possit, quo progressa sit quantandam Theologice benignitas, describo caliam quem propinat, & resolvit P. Gobat *tract. 5. num. 493. his verbis.* *» Comissa N. enixa est prologum jam nullatum, summis desideris, ac longum jam tempore expeditum. Id si primus non taveris eius matris, donabit tibi pro evangelio duos ducatos; at non eice primus, nisi si negligas Sacrum: an heic negliges? Resp. »* Es aut honeste fortunæ, aut tenus? In neutro casu excusabit te Ariaga. Ego tamen in secundo, immo, si agatur de uno solo ducato, sique vere pauper, poteris presumere de benignitate Pontificis, adeoque que facultate interpretativa. Etenim licet erum unius ducati, seu aurei, est respectu pauperis notabile, & allicui ponderis. » Igitur Auctoris verba castrum, & resolutionem referre volui, ne quisquam suspicetur, me aliquid addidisse. Porro, si rationem tuius decisionis quæris, non aliam offendas præter auctoritatem Scripturæ. At que ratio infragari potest opinioni que, ut mihi videtur, sua nimia laxitate le ipsam conficit? Venalis ergo suat præcepta christiane religionis? Homo tenuis fortunæ, hoc est neque dives, neque vere pauper, potest ob duorum ducatorum pretium maximam lege religionis actionem, cui ex præcepto obnoxius est, missam facere; & si est vere pauper, ob unicum solum ducatum? Si infensillimam religionis nostre hostes, Lutherani, & Calvinisti, hæc legant, vel audiant, quam animo suo religionis nostre immensam concipiant, quæve estimantem? Missæ auditio die dominico character est principis Romane communionis, & unius ducati pretio poliponitur? Homines divites paucis in maiori, immo maxima parte, aut tenuis fortunæ suat, aut vere pauperes: poterunt ergo occasione licendi duos, aut unum ducatum Sacrum negligere omnes Christiani, exceptis divitibus, & aliis honeste fortunæ? Non modo laxitate te toleret, sed, ut ipse exterior, horrorem incutit opinio hæc. *Differt. 11. cap. 111. num. 11.* Impugnativus sententiam plurimum recentiorum, qui asserunt, magnum, & extraordinarium locum esse illam causam laborandi: servititer diebus festis. Quod si neque magnum licetam excusare audendum ab observantia diei festi; nimirum licum parvum unius ducati satis erit ut quis

possit presumere de voluntate summi Pontificis, remittentis debitum audiendi Sacri? Hæc restituisse, relessisse est. Vide ea quæ dicta sunt loco supra laudato.

XI. Quæst. III. An qui legitime casse impeditus Missam mittit, tenetur, si possit, alias preces offerre Deo? Resp. Negat La-Croix Lib. III. p. 1. cap. 1. num. 601. argue, satis esse ipsum abstinere a servilibus ea intentione ut collatur Deo, qui in sabbato quiescit. Marchantius 709. II. tract. 10. tit. 11. quæst. 112. adfirmat, peccare mortaliter eum qui legitime excusatus a Missa, multo alio cultu externo Deum veneratur. Huiusmodi subscriptio P. Sopor tract. 11. tit. 3. præcept. Decal. cap. 17. sec. 2. num. 36. Ad peccatum mortale quod attingit, non animam expressè asserere, illi principio mixto, quod, ubi manifeste, & expressè non comit peccatum esse mortale, illud haudquaquam constituere debemus. Dico itaque, præstatum Christianum peccare, an postea peccatum illud mortale sit, vel veniale, me ignorare fateor: neque enim ratio evidens occurrat, quæ evincere possit, esse mortale. Si tamen conclusum esse patet, in quod ex dubiis extremis propendunt, dicere potui, quem veniale peccatum mihi apparet. Assertio hæc nostra ex his quæ superiøre capite texta dicta sunt, manifesta est. Hi namque demonstrantur fuit præceptum rationum, Christianos præter Missæ audientiam ad alia pia opera Deo debito in præcepti divini, & vi præcepti ecclesiastici distinetur. Quamvis enim præceptum ecclesiasticum non subleat divinum mandatum, sed cultus indicat, quem Deus præcepit, declaratque partem esse debere Missæ audientiam; non tamen definit, neminem cultum a Deo præceptum Missæ audientiam compleri. Itaque vi præcepti ecclesiastici non alium cultum offerre debent, sed eum præter Missæ audientiam, et vi præcepti divini ad plura alia obstringunt: eo quod non in per præceptum ecclesiasticum sublatum debetum honorandi Deum exteriori cultus. Quamvis ergo Christianus impeditus Missam audire nequit, potest tamen aliis precibus, & orationibus Deo offerre; quæ cum ab hoc pendo Deo reddendo solentur? Quæ diem non debent tunc Christianum ullo ad exercitum Deum suum colere, & venerari, ad præceptum illud impediendum. *Remoto ut diem sabbati servaretur?* Pater capiti illi, immo dissertationi suam imponere verbis D. Augustini serm. celi. de temp. est. Lev. Oligi-

venus ergo diem dominicum, fratres, & sanctificemus illum, sicut et ipsi præceptum est de sabbato, dicente legislator. Exod. xx. A vesperæ usque ad vesperam celebrabitis sabbatum vestrum. Videamus nocturnum nostrum sabbatum sabbati sed a vesperæ diei sabbati usque ad vesperam diei dominici sequestrari a tali opere, & ab omni negotio, soli divini cultus votemus. Perpende Augustini verba. Libet nos animadvertere, ne feriat ab operibus otium nostrum vanum sit. Sola ergo ab operibus cessatio, iuxta Augustinum, inutilis, vana, & sterilis omnino est. Quoniam ideoque Deus præcepit ab operibus servilibus quiescere, ut liberius, & expeditius cultum, & oblationes ei litare possimus. Sed persequamur descriptionem textus D. Augustini. Sic quibus sanctificemus die sabbatum Dominici, dicente Dominus. Omne opus non facietis in eo sabbatum, ergo, cuiusmodi possibile sit, ad celebrandum, argo nocturnam celebrationem, & certum cum conventu Ecclesie pro peccatis suis Deum. Qui vero hoc non potest (ea affectio nostra) sabbatum in domo sua esse, & non negligat Deo servare votum, ac valde precibus servituti. In die vero nullas se a sacra Missam celebratione separare, neque in orationibus se occupare, & alioquin mancipetur officio, circumvagantibus campis, & silvas, claustrum, & echinorum ore exaltans, non gemens, nec orationis verba ex intimo pectore ad Deum profertis.... *Alibi quædam, quæ velle dolendum est, quæque cogitem celo, quæ sunt aliquid, & maxime potius ista vultis, quæ cum ratione ad Ecclesiam, quæ sunt dicere ad laudes Dei celebrandas, sed cogitatio delectationis, ut adhibere Missam, & ad coram sabbatum tenet: nec ei licet motum ecclesiasticum sequi propter illorum cultum, & exortum, quæcumque omnia pectus diei ad Dei officium, & reliquum diurnum spectum cum nocte simul ad eorum depositum voluntates. Nolite fratres meo dilectissimi, hoc facere, nullo hoc facientibus consentire: quia non solum qui hoc faciunt, sed etiam qui consentiunt, peccant.* Monstruolum reputat Augustinus unicum diei punctum Deo consecrare, ceteram vero tempus diei sacri prodicere, media diei hora divinis variare, & reliquum diem sacrum voluntatibus, oblectamentis, vanisque rebus operantem dare. Neque reponi potest, non aliud, nisi consilium, & plani adhortationem, Augustini verba continere; quoniam Augustinus præceptum divinum sanctificandi sabbatum exponit. Non ergo consistit solum, sed quæ præceptum ipsum imponit, patet.

LIBER SECUNDUS DE QUINQUE ECCLESIE PRÆCEPTIS.

DE SECUNDO ECCLESIE PRÆCEPTO, QUO CERTIS DIEBUS
IEIUNIA PRÆSCRIBUNTUR.

DISSERTATIO PRIMA. PRÆLOQUIUM.

NON omnes eandem Ecclesie præceptorum numerum constituit: quoniam alii quinque, alii sex enumerant. Diversitas inde oritur, quod qui sex admittunt, primum de sabbatorum sanctificatione in duo tribunt, quorum unum prohibet opera servilia, alterum Missæ audientiam præcipit. Qui quinque tantum computant, præfata duo præcepta sub uno comprehendunt. Ordinem quoque in his recensendis præceptis variant Auctores: nam præceptum ieiunii alii quarto, alii secundo loco constituunt. Varietas isthac nullius est momenti, nos autem breviori & trifidiori methodo inhaerentes, quinque præcepta Ecclesie numeramus; & secundo loco illud quod statim temporibus ieiunia præscribit, collocamus.

II. Tria integra volumina de ieiunio typis publicis editi, lingua vernacula duo, latina tertium. Primum inscribitur *IA QUARESIMA APPELLANTE* &c. Tanta tunc temporis excitata commotio est, ut controversia celebris (utrum ieiunio olim illi essent quæ ab apostolorum ciborum fastidium carnis vescuntur) ad supremum pontificium tribunal delata fuerit: & continuo emanavit diploma, quo præfati dispensati ieiunio subiecti declarati fuerunt. Cavillari Decretalium pontificum ceperunt benigniorum Ethices patroni, inquietantes, adhortationem illam continere, fecens præceptum: quæ effugia ut tollerent Pontifex summus *BENEDICTUS XIV.* aliud *BREVE* edidit, quo luculentius præceptum expressit. Quæ duo *BREVIATA* interpretatur sum altero opere insensio, *LA DISCIPLINA ANTICA*, e *MODERNA della Romana Chiesa inteso al digno* &c. Nec tamen idcirco acquiescere laudari homines adverte sententia fautores; sed ex Hispania plura Romanæ missa sunt polivata dissolvenda: ad quæ rescriptum dedit *BENEDICTUS XIV.* Archiepiscopo Compostellano directum. In quod rescriptum *Commentarium* edidit. Quartum denique Pastoralium pro exactiore ieiunii observatione edidit Pontifex immensus. Hæc quatuor pontificia diplomata isthac transcribere destinaveram; sed melius consultis Tom. I. Apparatus inferenda remitto, quia propria sedem habebunt in Bibliotheca

CAPUT L

Communis ieiunii notio, & variae species. Divina lege in Scriptura sacra præceptum est. Quid de eo sentierint heretici tum antiqui, tum recetates.

Ieiunium in sua generali significatione importat abstinentiam a cibo: ieiunare enim idem est ac non edere. Hoc nomen ieiunium quatuor modis accipitur, seu quadruplex est ieiunium, spirituale, morale, naturale, & ecclesiasticum: Ieiunium spirituale dicitur abstinentia a vitis, iuxta illud (Iacobi lvii). *Novum hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolve colligationes impietatis, scilicet seculares detrimantur.* Quapropter ait Augustinus tractu xxvi. in Ioannem: *Ieiunium magnum, & generale est abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus carnali.* Quod & Hieronymus confirmat cap. xviii. in Matth. *Ieiunium est non solum ab esu, sed a vitiis illicitis abstinere.* Ieiunium morale est abstinentia in cibis, potuque sumptione iuxta temperantiae regulas. Ieiunium naturale est abstinencia ab omni prorsus cibo, & potu. Ieiunium ecclesiasticum, de quo solo in presenti tractatu sermo erit, describi solet hoc modo: *Est abstinentia a plebibus relictionibus, veteraque ciborum genere secundum Ecclesiam regulas.* Dicitur abstinentia à plebibus relictionibus, quia in ista refectione sua essentia ieiunii ecclesiastici, ut suo loco fusiussè palam fiet. Nominè cibi est intelligitur que apta sunt ad alendum corpus, sive per modum cibi fumentur, ut panis, carum caeterus, ova; sive per modum potus, ut mel, lac, vitulum, chocolate, & similia. Sub nomine autem potus ea veniunt que referuntur non ad corpus alendum, sed ad iuvandam cibi digestionem, vel ad restituendam illi, ut lux vinum, aqua, cervisia, & id genus similia: quamvis enim hæc etiam aliquo modo nutriant, iuxta tamen naturam ad alios effectus ordinantur, prout flos loco dicitur. Quæ ad morbos pelendos referuntur, non cibi, vel potus, sed pharmaca nominantur. Regulas porro quæ in ieiunio Ecclesia servandas præscribit, infra explicabimus. Illud solum adnotare iuvat, ieiunium appellari ecclesiasticum, non quia nullum sit ieiunium nisi ab Ecclesia indicitum (plura enim sunt ieiunia libere suscepta, & ratione voti, vel professionis, ut monastica) sed dicitur ecclesiasticum,

eo quod observari debet iuxta regulas ab Ecclesia præscriptas.

Ieiunium secundum suam genericam considerationem præceptum esse a Deo, Scriptura sacra testatur. Quandoquidem Leviticis xi. hæc habentur. *Convertimini (inquit Deus) ad me in toto corde vestro in ieiunio, & in fletu, & in planctu.* Iona iii. Deus Ninivitis ieiunium indicit, quo animæ fordes eloceret, immaque iustitiam, eorum peccata scilicet placarent. *Et crediderunt viri Ninivitis in Deum.* & prædicaverunt ieiunium, & casti sunt facti a mane usque ad meridiem. Rex Iosaphat, pugnavit adversus Ammonitas, Moabitas & Syros, ieiunium populo præcepit II. Paralip. cap. xx. *Iosaphat autem simul precatus, totum se contulit ad rogandum Dominum, & prædixit ieiunium universo Iuda.* Hoc eodem sermo utus est populus, ut Holofernis arma propulset. *Clamavit enim populus ad Dominum instantia magna, & humiliaverunt animas suas in ieiunio, & orationibus, ipsi, & mulieres eorum.* Quibus Sacerdos Eliachim, qui ieiunium populo indicerat, vigiliam promissit, si in ieiunio, & precibus perseverarent. *Tunc Eliachim . . . venit quantum exaudivit Dominus preces vestras, si perseveraverit in ieiunio, & orationibus in conspectu Domini.* Iudith iv. *Either quoque, ut Iudith intercessionem ab hoste Aman parare subderet, ieiunium indicit præcepit. Esther hæc Mardochæo verbis mandavit: Vade, & congrega omnes Iudeos . . . Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tibus vestris. Et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo.* Esther xv. *Primam alia que ex Scripturis promere possem, missa facio, alibi relaturus.**

Il. Antiqui heretici non modo ieiunia non negabant, sed erroneis quibusdam momentis iniuxi plus illo multiplicabant. Recentes vero, ut Lutherani, & Calvinistæ, concedunt ieiunium præceptum fuisse in veteri fœdere; negant autem eisdem obnoxios esse Christianos, ieiis vinculo solutos: quia inquit Apostolus Rom. xii. *Scimus autem quædam quæcumque lex legitur, iniqui in lege sunt, legitur.* Nimis crassa est

est aberratio. Quoniam, abrogati cæremonialibus mandatis veteris legis, certum est consistere moralia, & naturalia, quælibet est illud quod ieiunium præcepit. Hoc constat ex ipso Evangelio Matth. vi. *In autem cum ieiunatis, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ut videaris hominibus ieiunare.* Veritatem hanc confirmat Augustinus episc. xxxvi. olim hæret. ad Calulanam. *Ego in evangelicis & apostolicis literis, totaque instrumento, quod appellatur Testamentum novum quomodo id revolvitur, nihil præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oportet ieiunare, & quibus oportet, præcepto Domini, vel Apostolorum non invenio definitum.* Iacobus Picensis Calvinista in sua Apologia pro Ecclesia reformata, seu veteri deformatâ, indice exarata, & Cantu in Rechia xviii edita anno 1726. cap. xv. art. 8. ut suo decepto populo faciem faciat, huldatur Augustinus textum truncatum exhibet, quo evincat, ex Augustini mente ieiunium non esse præceptum. *F mirabile, inquit Picensis, in detto di S. Augustinus. Deinde ultimum membrum recitari festus in italicam linguam verbatim promit. In non trovo in tutti i libri del vero testamento definito il tempo in cui si debba digiunare.* Dum hæretici, quæ iuris sunt, interpretantur, illis quodammodo ignoto, si a manifesta veritate, que sola divina luce, quæ sunt dabant, conspiciunt, aberrant. At ipsi veniant hæc non possunt, cum eos videam, quæ faciunt, quæve se se viderent, omni bonitate, & sinceritate pollicita aut denegare, aut impudenti fronte pervertere. Præceptum ieiunii, quod Augustinus in Evangelio se reperisse testatur, Calvinista silentio præterit; & tempus ieiunandi, quod in Evangelio minime præscriptum esse fatetur Augustinus, ac taceat Catholicos omnes, in medium adducit. Hinc autem inferi nullo modo in Evangelio præscribi ieiunium, eo quod dies quibus ieiunandum est, non sint definiti. Quod si e fax dialecticæ hæc promeret Picensis, tollerandum utraque foret; at, quod auctoritas Augustini, manifeste oppositum docentis id confirmare velit, fraudis & male fidei lesionem committat.

Iv. Duo testimonia opponere solent recentis heretici: Lutherani, & Calvinistæ. Primum deprorumpit illi ex Ezechio *Lit. vli. in Levit. cap. xxvii.* afferente, nunc quomodo a Deo præceptum fuisse ieiunium. Alterum ex Theodoro, qui in historia religiois refert, Marcianum dixisse Avito:

Scimus certatim ieiunium præscriptum. Hoc enim dicitur legis opus est; ieiunium vero præscriptum est, & arbitrii. Ad primum respondetur, Ezechium loca huiusmodi loqui de his que Decalogi præceptis habentur: recte prorsus asserit, ieiunium vi Decalogi non esse præceptum. Ad secundum ex historia Theodori responso patet. Marcianus liquidum; & Avitus de ieiunio monastico libere susceperit, non de ecclesiastico, in vicium colloquebantur. Verum falsus de hoc iuris.

CAPUT II.

De ciborum astrictis, ieiunium Ecclesie catholice rationem esse videri quam ab hisse. Hereticorum errores, Lathanis aberrationes refulgentur.

Quamquam anima non est vincere, omnia ieiunia que Iudæi obsecrabant, fuisse cum abstinentia a carnibus; utcumque tamen res illa in veteri lege te se habuerit, nihilominus etiam tum temporis aliqua saltem ieiunia carnum gloriæ excludisse, certum est. Idque colligitur ex Daniele Propheta, qui formam ieiunii describens, hæc habet cap. x. *Ego Daniel ingulam trimum hebdomadarum dicitur: partem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum; sed neque unquam unctus sum.*

Il. Sed, ut ut sit de Hebræorum ieiunio, certum est Christianos a primordis Ecclesie semper in ieiuniis fuisse, & potissimum quadragesimalibus, a carnibus abstinisse. Præsumitur vero id ostendo, hæreticorum erroris pacis recessum oportet. Atque ut ab antiquioribus incipiam, Ebionitæ, Encratitæ, Eustathianæ, Priscillianistæ, Apostolici, omnium animalium carnes immundas esse dicebant. Manebant non modo carnes, ut immundas, sed etiam vinum respuebant: quam hæretum, quod attinet ad vinum, secutus est Mahometus. In alium omnino contrarium extremum lapsi Iudæi Nicolaitæ, Valentianæ, & Iovianitæ, qui nullas omnino cibos, neque in perpetuum, neque ad tempus, neque aliquibus personis, interdici posse visitabant. Hanc hæresim applicatæ sunt heretici recentis, Lutherani, & Calvinistæ, alioquin eisdem improbus siquidem in ieiuniis non solum improbus ciborum delictum, sed etiam negant ieiunia esse opera meritoria; & catholicam Ecclesiam damnant, quod ieiunia lege obligante

in conscientia precipiat. Hos omnes errores panis profugimus. Et ut a primo amplius; Ecclesia catholica in ieiunio nonquam elum carnium admittit. Quod Patrum tum Graecorum, tum Latinorum testimonio evincit. Et ex Graecis quidem S. Basilus, ut communem Christianorum consuetudinem a profert abstinendam a carnibus ieiunii tempore. Hæc enim tenet hom. 1. de ieiunio: *Carnes non edis, a vino abstinere, vesperam expectas, ut elum sumas.* Theophilus Alexandrinus episc. 111. quam latine reddidit Hieronymus. Nequam in diebus Quadragesimalis carum edidit de ieiunio. Qui autem legum præcepta custodiant, carum elum in ieiunio reprobatur. Cyrillus Hierosolymitanus cateches. 49. inquit: *Per ieiunium abstinentiam a carnibus, non quod eas abstinemus, sed quod mercedem expectemus.* Chrysostomus hom. 1. in Gen. de ieiunio quidamque inquit: *Inter quatuordecim discipulis, et per diem multatione et medio tolluntur de hominibus. Inter carnis conditiones, et tamulitas cogitationum cessat. Denique Nicephorus Lib. XIII. vult. 111. cap. 55. et 1. narrat, Imperatorem Iulianianum gravissimam fame mactent, iussisse carnes venales Constantinopoli a Janis exponi secunda Quadragesime hebdomada. Populus tantum tanta religione abstinendam a carnibus sacro illo tempore excolat, ut fame potius parere vellet quam carnes comedere. Mortem sibi potius tolerandam, ac subleandam existimans, quam ut quicquam de parvis moribus, ac traditoribus immutaret, inquit Nicephorus.*

III. Inter Latinos Patres, primum profert Augustinus, qui dominica prima Quadragesime ser. 1. qui est 13. de tempore, hæc scribit. *Sed & illa est in Quadragesime diebus grandis utilitas, quod, dum etiam a licitis abstinemus, magis et magis abstinemus illicita vitare: qui enim abstinemus non a carnibus, quibus aliis diebus vitare, qui non abstinemus a vino, quomodocumque utitur, qui ego iherosolimitanus, qui abstinendo licet, in peccatis peccata fugiatis, qui omnino nunquam licent.* Item in sermone sequenti 13. Cesset luxuria, vina, vel carnes, non quod creaturam Dei inordinamus esse damnandam; sed qui toto animo nobis vivamus, saltem vel panes dicitur vivamus & Domino. Hieronymus in cap. x. Daniel. Docemur hoc exemplo, tempore ieiunii a cibis delicatioribus abstinere, nec carum comedere. Auget Lib. 11. in Iob ad indicium Origenis, inquit: *Quando ieiunamus, o viti, abstinemus nos, ut non gustemus carnes, neque vinum, neque superfluos escas.* Maximus Taurinensis hom. 111. de ieiun. quadrag. *Quide*

illud est, quod non veseris carnibus, & de ore tuo fordidus omni esca egredietur maledictum? Gennadius Massiliensis in libro de ecclesiasticis Dogmat. cap. 13. 11. *Sacra Deo viginti impis cogitare, aut pro amore castigandi corporis abstinere a vino, vel carnis, nil credere meriti auferere, non hoc hoc Christiani, sed Iovinianus est.* Quibus omnibus accedunt exempla sanctorum virorum. Nam Clemens Alexandrinus Lib. 11. Pedag. cap. 1. commendat Matthiam, quod semper ieiunabat, & cibis abstinere carnis vesceretur. Eusebius Lib. 11. Hist. eccl. cap. 13. 11. laudibus celebrat Iacobum Apollinum, quod a carnibus abstinentiam abstinere ieiunabat.

IV. Respondet Dallæus in suo de ieiunio Quadragesime Tomo Lib. 1. eiuusmodi allata testimonia evincere quidem liberum, licet necessarium, abstinentiam a carnibus. Cuius responsum fallaciter aperte editit decretum Concilii Toletani primi apud Bucecardum Lib. XIX. cap. 13. 11. *Quotiesque in Quadragesime diebus elum carnium præsumptim attendere, non solum est reus resurrectionis demerita, verum etiam alienus ab eiusdem dei sancta communionem: & hoc illi exsoluitur ad omni esca carum abstinentiam, quia sacris diebus abstinentie obsequio est disciplina.* Decretum Toletanum IV. & Concilium Toletanum VIII. Legis prohibentis carnes in Quadragesima meminit quoque S. Hieronymus Hippolytus Lib. 1. de div. offic. cap. 13. 11. inquit: *Non quia carnes male sunt, prohibentur, sed quia illarum epule luxuriam carumque: sunt enim fomes, & nutrimentum vitiorum.*

V. Obiicit t. heterodoxi auctoritatem D. Pauli 1. ad Cor. cap. x. *Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes, propter conscientiam.* Secundo idem Apollolus ad Coloss. cap. 11. ait: *Non quod videtur in cibis, ut in potu.* Tertio 1. ad Timoth. cap. 13. inquit: *Spiritus manifeste dicit, quia in necessariis temporibus descendit quidam ad attendendum, spiritibus carnis, & desideris demeritorum, prohibentium nubere, abstinere a cibis &c.* Tandem Marthei cap. xv. *Non quod intrat in esca, commutat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc commutat hominem.*

VI. Ad primum respondetur. Paulum loqui de carnibus idolis immolatis: & quia Corinthii religio si verebatur emente, vel edere idolotrya, que in macello vendebantur, ut Apollolus hoc illos scrupulo liberaret, præcipit: *Omne quod*

in ma-

in macello venit, manducate, nihil interrogantes, an sit nec in caro immolata. Ad 2. respondetur. Hieronymus episc. ad Algasium, Paulum loqui contra eos qui iudaicas ceremonias observare capiebant. Idque ex contextu D. Pauli clare colligitur. Ad 3. quoque respondet Hieronymus Lib. 11. adversus Iovinianum, qui ante Calvinum, & Dallæum citatum textum opponebat. *Reprobat quidem Apollolus (ait Hieronymus) eos qui prohibent impis, & iubent cibis abstinere, quos Deus creavit ad utendum cum gratiarum actione; sed & Marcionem designat, & Tatianum, & ceteros hereticos, qui abstinentiam indicunt perpetuam ad destruendum, & continentiam, & abstinenda opera Creatoris Nos autem & creaturam omnium laudamus Deo, & maxime sagina, abstinentiam luxuriam, temeritatem proferamus futuri. Eodem modo respondit Chrysostomus hom. 13. in 1. ad Timoth. & Augustinus contra Adimantum cap. 13. 11. ad 4. responso ex se patet. Nam cibi natura sua non commingunt animam; eam vero inficiunt, quoties manducatur contra præceptum Domini, ut lapsus Ade, & uxoris eius evincit.*

VII. Obiicit 2. Lutherani, & Calvinistæ, Ecclesiam catholicam prohibere carnes, alioque cibos ieiuniorum tempore, quod natura sua immundi sint. Idque ostendere conatur, quod iuxta Catholicos, carnes excitant præter concupiscentiam, & luxuriam nutritivas. Hoc autem assertum Tatiani, & Manichæi. Respondetur hæc esse parapsalque hereticorum calumnias. Cibi qui natura sua immundi sunt, semper tales sunt. Ideo Manichæi, & Tatiani, qui carnes, ut super nature immundas, reiciebant, semper ad eas abstinere. Catholicæ autem, excepto tempore ieiuniorum, carnes manducant. Facto ergo evincunt, le eas non respicere ut immundas. Quod carum elum luxuriam, & concupiscentiam provocet, affirmant omnes Patres experientia iustissime. Non ideo ieiunium immunda caro a Catholicis dicitur, quia non dicitur a Deo creata fuit, ut concupiscentias, & libidines excitaret, sed ut moderate sumpta carnes reficeret. Non ego immunditiam obsoni timo, sed immunditiam cupiditatis, inquit Augustinus Lib. X. Conf. cap. 13. 11. & lexentis in locis ostendit, Catholicos non abstinere a carnibus, quia immundis, sed quia carumdem moderata privato concupiscentiam subigit, corpique ipiritu facilius admittit. Quapropter Ecclesia non solum immoderatum usum carum vetat (immoderatus enim omnium ciborum u-

sus iure naturali, & divino vetitus est) sed certis diebus omnem carum elum interdicunt, ut validius concupiscentie pestilantiam cohibeat.

VIII. Ultimo loco recensenda, inique refellenda est Laurantii opinio. Is dissertationem edidit de veteri ciborum delictis in ieiunio Christianorum, in qua ab hereticis recedit, quod non damnet, led laudet abstinentiam a carnibus ieiuniorum tempore; a communem autem Catholicorum sententiam dissentit, quod pro Ecclesiarum varietate varium fuisse contendat servandi ritum, etiam quod attinet ad ciborum delictum. Propugnatio enim liberum & spontaneum fuisse carum elum. Flores Christianos in suis ieiunio ab eisdem abstinere memorat. In hac dissertatione omnes modis legitime prætergressus, & caritatis christianæ lege contenta, invehit in Patrem Nicolai Doctorem Parisiensem Ordinis Predicatorum, quod in Pathologia Rayneriana demonstravit, nunquam in ieiunio, postquam quadragesimali, licitum fuisse carum elum. Quam suam, & Catholicorum communem sententiam propagavit, firmavitque, edito apologico libello, hoc œconomica dissertatione, adversus laudatam Lantium, quem omni argumentorum genere ad incitas redegit, contrivitque, ut mea præsertim opinio. Tria pro in præfata sua dissertatione opponit Lantius, que aliquantulum fuci facere impetibus possunt; cetera omnia sine legitime evadunt. Primum quod opponit, est factum sancti Spiritus, quod narrat Sozomenus Lib. 1. Hist. eccl. cap. 11. *Cum iam inisset Quadragesima, ex itinere quidam forte ad eum venit illis diebus in quibus eum suis diebus peragere consueverat. Ad statuta diem cibum degustare, cum diebus superpositis sine cibo omnino renascens. Cumque Spiritus sanctus videret bene vale de via Iosellum. Age, inquit, o filia; primum vixi bene per te læva, deinde cibum et appone. Ubi vero respondit virgo neque panem in edibus esse, neque polentam (superacris namque fuisse cibum serum apparito propter ieiunium) Spiritum, cum prædictis Deo invocasset, ut utique petisset, dedit mandatum sibi, ut carnes scilicet, quot forte eum in edibus habebat late condidit, converteret: quibus cibus hospitium facit serum, acerbioribus, deque caribus appositis comedere coepit; hanc ut hospitium, ut ipsum intueret; qui, cum illud facere recitaret, dicebatque se Christum esse: Hæc ob causam (inquit Spiritus) minus*

70

recitare deberes: nam omnia invida mundicie Scriptura promittunt. Respondetur, ex hac historia penitus convelli Launoii opinionem. Hofpes, compiciens instructam carnibus mentem, opponit te carnes manducare basui posse. Cur? Quod Christianus sit. Christianus ergo carnum esse ieiuniorum tempore vetitus erat: alioquin vna fuisset excoletio. At Spiritum, precibus Deo oblati, & venia, seu dispensatione postulare, hospitem ut carnes manducet, horatur, turque proccat exemplo. Quoniam, necessitate cogente, obligare lex desinit. Urgebat autem tunc neccitas famis, qua precebat hospitem: cibi eliales desant. Non ergo alia via ponit hospiti fame periclitanti succurrere Spiritum quam carnum esse. Prævalet autem præceptum vite conservande debito abstinendi a carnibus ieiunii tempore. Idcirco lumine cæli peritus Spiritum, & caritatis lege imbutus, carnes ipse prius manducavit, ut foris hospitem ad manducandum impelleret. Si abstinere libera fuisset, ut Launoius contendit, non carnis esset, panem scilicet, polentamve; sed illico hospiti fello exitimine meliores epulas parasset: neque hospes carnes comedere refugisset, christiana professione allegata. Manifeste itaque consequntur, isam necessitatem fuisse illius comestionis causam. Quod vero iustar Dailleus, potuisse Spiritum in sua civitate cibos quadragesimales ab amica postulare, inane est: tum quod Socratenus non ait hoc in civitate contigisse; unde hoc accidere potuit, dum Spiritum ruri habitabat, anrequam ad Episcopatum evehoeretur: tum quod famis tormentum remedii dilationem non patitur.

IX. Secundum momentum quod Launoius obtrudit, desumptum est ex Epiphiano, qui in calce Librorum adversus hæreses varias ieiunandi rite describit, ubi hæc habet num. 22. Quadragesimam observare, atque in ieiunio perseverare consuevit Ecclesia. Dominicus vero nullo omnino, adeoque nec ipsius Quadragesimæ quidem, ieiunare solent. Præterea sex illis Paschatis dies xerophagiis, hæc est arido vincti, transigere populus omnis assuevit, hoc est panem dumtaxat cum sale, & aqua post vesperam adhibere. Deinde num. 23. hæc alia subdit. Sunt & alia in Ecclesia catholica instituta vivendi præstantia; mirum quod illi caribus procul abstinant, tam quadragesimæ, & ætium, quam piscinum, nec non vitæ, & casæ. Tum sunt alia vitæ genera, propter quod non vultis secundum suam laborem mercedem accipit. Igitur sunt qui e-

mnibus illis abstinent; alii quadragesimæ dumtaxat, sed vitæ, ac ceteris vescuntur. Alii etiam ad vitæ temperant, ova, & pisces adhibent. Alii etiam ova repudiant. Sicque qui fello pisces vitæ, quibus nonnulli etiam abstinent, qui tamen casum sibi permittunt. Alii vero casum non vitentur. Præterea quidam a pane abstinent; quidam ab arborum fructibus, & ceteris omnibus. Respondetur, ex hoc Epiphiani testimonio nihilominus in subsidium hinc opinionis colligere posse Launoium. Nam Epiphianus num. 22. loquitur de Quadragesima, rationemque ieiunii quod lex diebus septuaginta observatur, describit, alent, consuevit populum lex illis dies transigere xerophagiis, hoc est pane, & aqua. Deinde num. 23. ubi variis ieiuniorum ritis recenset, non de ieiunio ab Ecclesia præscriptis loquitur, sed de ieiunio que fideles ex arbitrio, sive devotione peculiariter observanda illi eliguntur. Quæ de casta inquit Epiphianus; Sunt & alia in Ecclesia catholica instituta vivendi præstantia, id est omnino libera, non præcepta. Nonne, si etiam nunc omnes ritus ieiuniorum percelleremus, que fideles observant ex libo arbitrio, proferre potsemus alios qui panem, & aquam sumunt, alios qui lacticia manducant, alios qui a caribus abstinunt, sed carnum vitæ sumunt? Si plura hæc de re capis, consule P. Nicolaum, iustus hunc Epiphiani textum explentem.

X. Postremum obicit Launoius testimonium Socratis, qui Lib. 7. hist. cap. xxiii. inquit: Iste etiam non de novum dicitur solum disceptat, verum etiam de abstinencia a cibis curam sequuntur rationem. Nam alii omnino ab omni animantium genere abstinent; alii inter animantium pisces solos convolunt; alii cum piscibus vitæ sumunt manducant; casque ex aqua, ut apud Moysen, nasce assunt; alii a fructibus arborum integumentis involant, & ab ovis temperant; alii arido pane solo vescuntur; alii ne illo quidem. Sunt qui, cum ad hanc vitam ieiuniorum, vitæ absternti generibus utuntur. Alia ratione apud alios genus ieiunatur. Cuius rei sunt causa prope infinita. At quoniam memo de ea præceptum, litterarum monumentis prodium, potest ostendere, præscriptum est, Apostolos liberam possessionem in eadem usque sumunt, & arbitrio permittit, ut quisque sic vitæ, nec necessitate inducitur, quod bonum sit, ageret. Hanc disparem rationem ieiuniorum in Ecclesia esse cognoscimus. Mirum sane est potuisse Launoium hoc Socratis testimonium obtrudere, quod Dailleus, ceterique recentes heretici obiciunt, ut ostendant, nullum fuisse

forte in Ecclesia præceptum ieiunandi, vel abstinendi a certo ciborum genere. Idque magis mirandum, quod Launoius nil ex historia suscipiat, nil vero criterio cribaturum; Socrati vero fabulas clausis oculis deglutat. Non est quod omnes impoluras, & commenta que citato capite Socrates narrat, expendam. Nec enim aut Launoius, aut Lutherani, & Calvinistæ omnia admittunt que ibi Socrates habet; sed plura & ipsi, tanquam sibi contraria, respicere debent. Mihi vero satis sit respondere, Socratem fuisse hereticum Nevatini, & Aetii infectum, Catholicique summpere infensum; nullam proinde mereri fidem in iis que de Catholicis enarrat. Nonne mendaciter revincitur apertissime, quod asserat, Romanos tres tantum hebdomadas ante Pascha ieiunasse, & Iohannem, non lecus ac dominico die, ieiunium non servasse? Præterquamquod non Ecclesie Catholicæ, sed hereticorum ieiunia eorumque diversitatem recensere Socratem si dixerimus, nil sane opponere Launoii potest.

CAPUT III.

Legæ naturalis, & divina ieiunium absolute acceptum præscribitur. Ecclesia & tempora quibus ieiunandum sit, designat, & ieiunium peculiariter præcipit.

actum bonum exerceret; dammodo abesse scandalum, aut contemptum consuetudinis ecclesiasticæ. Ecclesia enim illa ieiunia improbat quæ ex superstitione, errore, aut contemptu ecclesiasticæ consuetudinis fiunt; scilicet illa quæ ob aliquem optimum finem, vel ad propulandam aliquam calamitatem peragerentur. Quare, si aliqua necessitas urgeret, Episcopus posset, etiam paschali tempore, congrua ieiunia indicare.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE ESTUDIOS

DISSERTATIO II.

D E I E I U N I O .

Superiore dissertatione ea expedivimus quæ Catholici communi consensione docent adversus heterodoxos circa ieiunium. Eorum errores brevi sermone, prout instituti ratio postulat, convellimus. Illud nunc reliqui est, ut quæ circa ieiunium ipsum Catholicis inter disputantur in utramque partem, edisseram. Quod dum prætulo, methodo mihi præstitere insulam. Primum omnium quid evitandum sit præfaciam: siquidem centum ob oculos ponam nunc propositionum quæ olim a quibusdam evangelicæ Moralitatis tractatoribus propagabantur, & nunc ab Ecclesia præscriptæ sunt; tum aliarum opinionum, quæ quibusvis præscriptæ nondum sint, nimiam tamen, ut nobis videtur, præferant laxitatem: deinde regulas observandi ieiunii præferibam.

C A P U T I.

Census propositionum quæ in ieiunii materia ab Ecclesia præscriptæ fuerunt, quæque licet non præscriptæ, nimiam præferunt laxitatem.

§. I.

Propositiones de ieiunio ab Alexandro VII. summo Pontifice anno 1666. damnatæ.

- I. **F**rangens ieiunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat; puta, quia non vult se subicere præcepto.
2. In die ieiunii qui sapis medicum quid comedit, est mortaliter quæsitatem in fine concedens, non frangit ieiunium.
3. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunii; nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum ieiunio.
4. Excusantur absolute a præcepto ieiunii omnes illi qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiam si iter necessarium non sit, & etiam si iter unius diei consistat.
5. Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in Quadragesima obliget.

II. Has omnes propositiones ad examen revocabimus suis locis: quoniam licet præscriptæ fuerint rationes tamen, quibus Auctores eadem propagabant, universales cum sint, adhiberi solent ad alias similes propositiones defendendas, ut licitas, quæ tamen in præfatis damnatis assertionibus continentur, ut, data occasione palam hæc.

§. II.

Census propositionum quæ ab aliquibus Auctoribus catholicis defenduntur, quæque nimis laxæ videntur.

- I. **D**ormire quis nequit, nisi sumpta vespere cæna: tenetur ne ieiunium ref. Minime. Si sufficit mane collationem lam lumen, & vespere carnare, tenetur ne ad id. Non tenetur. Quia nemo tenetur perire ordinem refectionis. Ita Pilius, Eusebius Theol. Moral. tract. 1. exam. 13. cap. 111. non. 67. Leander tract. v. disp. viii. quest. xxx.
2. Qui in die ieiunii dat operam ludopitæ, venationi, vel astibus veneris, ex intentione, ut factus impotens non ieiunet, non peccat contra præceptum ieiunii. Rocafull. in præxi Theol. Moral. Tom. II. lib. III. cap. 16. non. 155. apud Dianam coord. Tom. II. tract. vi. resol. 18. ubi ait non. 1. Hanc sententiam impugno, quatenus ait, dantem in die ieiunii licet voluntarie operam ludopitæ, venationi, quod peius est, & nimio cultu la fradem ieiunii, ea intentione ut effectus impotens, non ieiunet, non peccare ullo modo contra præceptum ieiunii, neque etiam quando apponit tale impedimentum ieiunii, cum illa cyphra intencione, ut postea non ieiunet. Hanc sen-

tali die ieiunaret. Die autem dominica (inquit) ieiunare scandalum est magnum, maxime postquam innotuit detestabilis, nullumque fidei catholicae, Scripturis quoque divinis aperte contraria Manicheorum heresis, qui sunt auctoribus ad ieiunandum istum tanquam legitimum constituerunt diem, per quod factum est ut ieiunium diei dominice horribiliter haberetur. Si quis tamen ex sua devotione ieiunare vellet tum diebus dominicis, tum tempore paschali, nullum peccatum perpetraret, sed

actum bonum exerceret; dammodo abesse scandalum, aut contemptum consuetudinis ecclesiasticae. Ecclesia enim illa ieiunia improbat quae ex superstitione, errore, aut contemptu ecclesiasticae consuetudinis fiunt; scilicet illa quae ob aliquem optimum finem, vel ad propulandam aliquam calamitatem peragerentur. Quare, si aliqua necessitas urgeret, Episcopus posset, etiam paschali tempore, congrua ieiunia indicare.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE ESTUDIOS

DISSERTATIO II.

D E I E I U N I O .

Superiore dissertatione ea expedivimus quae Catholici communi consensione docent adversus heterodoxos circa ieiunium. Eorum errores brevi sermone, prout instituti ratio postulat, convellimus. Illud nunc reliqui est, ut quae circa ieiunium ipsum Catholicis inter disputantur in utramque partem, edisseram. Quod dum praetabo, methodo mihi praestiterit insulam. Primum omnium quid evitandum sit praefationis: siquidem centum ob oculos ponam nunc propositionum quae olim a quibusdam evangelice Moralibus tractatoribus propugnabantur, & nunc ab Ecclesia proscriptae sunt; tum aliarum opinionum, quae quibusvis proscriptae nondum sint, nimiam tamen, ut nobis videtur, praefertant laxitatem: deinde regulas observandi ieiunii praescribam.

CAPUT I.

Census propositionum quae in ieiunii materia ab Ecclesia proscriptae fuerunt, quaeque licet non proscriptae, nimiam produunt laxitatem.

§. I.

Propositiones de ieiunio ab Alexandro VII. summo Pontifice anno 1666. damnatae.

- I. **F**rangens ieiunium Ecclesia, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat; puta, quia non vult se subicere praecepto.
2. In die ieiunii qui sapis modicum quid comedit, est mortaliter peccatorem in fine conceditur, non fraudat ieiunium.
3. Omnes officiales, qui in Republica corporatim laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunii; nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum ieiunio.
4. Excusantur absolute a praecepto ieiunii omnes illi qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei consistat.
5. Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova, & lactinia in Quadragesima obliget.

II. Has omnes propositiones ad examen revocabimus suis locis: quoniam licet proscriptae fuerint; rationes tamen, quibus Auctores eadem propugnabant, universales cum sint, adhiberi solent ad alias similes propositiones defendendas, ut licitas, quae tamen in praefatis damnatae assertionibus continentur, ut, data occasione palam fiet.

§. II.

Census propositionum quae ab aliquibus Auctoribus catholicis defenduntur, quaeque nimis laxae videntur.

- I. **D**ormire quis nequit, nisi sumpta vespere crebra: tenetur ne ieiunium ref. Minime. Si sufficit mane collationem lam lumen, & vespere comare, tenetur ne ad id. Non tenetur. Quia nemo tenetur praesertere ordinem refectionis. Ita Piliarius, Eusebius Theol. Moral. tract. 1. exam. 13. cap. 111. num. 67. Leander tract. v. disp. viii. quest. xxx.
2. Qui in die ieiunii dat operam ludo pili, venationi, vel astibus veneris, ex intentione, ut factus impotens non ieiunet, non peccat contra praeceptum ieiunii. Rocafull. in practi Theol. Moral. Tom. II. lib. III. cap. 16. num. 155. apud Dianam coord. Tom. II. tract. vi. resol. 18. ubi ait num. 1. Hanc sententiam impugno, quatenus ait, dantem in die ieiunii licere voluntarie operam ludo, venationi, & nimio colloquio, quod peius est, & nimio colloquio licet ieiunium, ea intentione ut effectus impotens, non ieiunet, non peccare ullo modo contra praeceptum ieiunii, neque etiam quando apponit tale impedimentum ieiunii, cum illa cyphra intentione, ut postea non ieiunet. Hanc sententiam

sententiam docet etiam Martinus a S. Iohanni 28. Ut de eo quod rem facti fecerat, obiter duo proferam verba, quibus sinceritas quorundam Caluillarum ubique, data occasione, comperita fiat; referam quod scribit Azorius loco proxime laudato. " Oslavo juniorum. " Leander *traci. v. disp. viii. quæst. xix.*

3. Dicendum nobis est, quod per se, & uniuersaliter loquendo, femine quinquagenarie libere maneant a lege iuniorum. " Leander *traci. v. disp. viii. quæst. xix.*

4. Religiosi sexagenarii, & Religiosæ quinquagenarie non tenentur ad ieiunium iuxta Legem. " Pasqualius *destr. 250. nom. 3.* Tamburinus *de us. abbatis disp. xii. quæst. v. num. 7.* Sed libet referre rationem quam in fauorem mulierum obtulit Leander. *quæst. xix.* " Femina, ut communis sensus fateatur sententia, post quinquagesimum annum, nullo modo, possit generare ob defectum virtutis naturalis. Ergo in hac ætate iam vere reputanda sunt leues, & consequenter libera a ieiunio Ecclesie. " II. 5. Qui noctu dormit per notabile tempus non potest, nisi cœnet, nimis otiosum esse se ieiunare. Ita Fagnan. *loc. cit. Io. Sanch. diff. 54. num. 13.* Layman *Lib. IV. cap. 111. num. 4.* Neque hunc obligo mane ieiunare, leque iero plane retere: quo pacto iam ieiunium factum tenent. Non obligo, ut ex lapsu dicitur patet, conservare. Non obligo, inquam, licet id commode facere queat: quia nemo in ieiunando est obligandus ad extraordinariam rem media, & ad relinquendum suum ius commediendi circa meridiem. " Tamburinus *Lib. IV. cap. v. §. 7. num. 14.* Videt quantum ius iuratum? Etiam commode ad vesperam cenam discere, sumpto circa meridiem sentaculo, possit Christianus, de quo loquitur, eum ad ieiunium non obligare. Cur? Quia non est obligandus ad extraordinariam remedia; neque iure commediendi circa meridiem spoliandus? Extraordinarium ergo remedium est ad vesperam ieiunium soluere? Et tamen id familiare pluribus Ecclesiis fuit nostris partibus: familiare etiam non est & pluribus Christianis, & aliis gentibus. Non tenentur ergo relinquere suum ius manducandi circa meridiem, etiam dum commode possit, ut ieiunium præceptum observet?

III. 6. Dico detingere, propter auctoritatem Doctorum esse prohibita, nullasque *ritibus, atque adu. futores,* obligati ad ieiunia: quia Eugen. vel concessit (aut) illi privilegium non ieiunandi, vel declaravit eos non comprehendere a lege ieiunii. Ita Trull. *loc. cit. num. 9.* citans Pap. & Sa. Azor. *p. l. 7. cap. xviii. quæst.*

VIII. " Hucusque Tamburinus *loc. cit. numer. 28.* Ut de eo quod rem facti fecerat, obiter duo proferam verba, quibus sinceritas quorundam Caluillarum ubique, data occasione, comperita fiat; referam quod scribit Azorius loco proxime laudato. " Oslavo juniorum, & plerique artifices, iustitiam equam ieiunii exculpationem habent? Respondeo eos habere. Tales sunt fabri, sive ferrarii, sive lignarii, sive cementarii, agrorum cultores, & ceteri huius generis operarii, & artifices; his enim cibus non sufficit semel tantum in die sumere, sed ob immodicos, & nimios corporis labores. . . . Et addit Rosella, Eugenium IV. concessisse, aut potius declarasse, ut officii qui laboriosus ante exerceant, & agrorum cultores, sive divites sint, sive pauperes, liberi sint a lege ieiunii. " Lique Azorius hic sermone minime habes de omnibus indiscriminatim artificibus, sed solum de agrorum cultoribus, de fabricis ferrariis, aliisque id genus, quibus propter immodicos, nimioque laboris unica relectio non sufficit. Et illos, a iur quidam, ab Eugenio IV. iussit declarare a lege ieiunii solutos. Porro quam recte, ac valide auctoritas Azorii adducatur a Tamburino, sive a Scriptoribus qui ab eodem locuntur, pro omnibus artificibus, iudicet quis ieiunium solutos, colligant que fides quod tribuere communitate debeant illi Auctorum cenam quem supra nos nos Casistia offendunt. Si enim tempus, & otium suppetere omnes singillatim considerent; patres sane reperiret qui non plures Azorius illis faceret opinionibus in quarum prædium citantur. Quod de Eugenio IV. referunt, nullo producto documento, nullam meretur fidem. D. Antonius, Eugenio suppar, nec verbum habet de hoc privilegio: quod retulisset certe, si existisset. Quare mirari satis non possum autem Leander, qui *traci. v. disp. viii. quæst. lxx.* nullo adducto documento præter assertionem Nayari, qui pariter nil producit in confirmationem eisdem privilegii, tamquam factum manifestum obtrudit, Eugenio IV. dispensasse omnes artifices. Imputatque Pasqualium contrarium adiuuantem de quo hic loco scribit.

IV. 7. Caramuel in sua Theologia fundam. mentali quærit *num. 1537. & 1538. edit. Rom.* an in ius matrimonium sit causa iudicantis ad omittendam ieiunium? Et ratio dubitandi est, nam futores, factores, bar-

biton-

bitonfiores, & alii mechanici solent a ieiunio excultri; cum tamen certum sit magis debilitas horum, venient exercendo, do, quam in ieiunio, fastidio, ieiunando, Deinde, laudato Diana, atque alio casu matrimonii ipsum ieiunium narrato, non amplius in persona propria, ut fecerat in editione priori Francofordiensi, sed alienam iudicant personam, ne videtur ex propria sententia loqui, sic persequitur. " Hos duos casus viris doctis decidendos propono. Si respondeant severe; repetes, an tantum probabiliter fringant? Qui enim probabiliter fringit, ipsissimus probabiliter sanat. Si dicant severam certam, benignam improbabilem esse, debebunt hanc ipsam improbabilitatem demonstrative persuadere: non enim improbabilitas alicuius sententia probabiliter potest probari. Si benignam esse certam, aut probabiliter dicant, volent scire, qui sint in mundo qui debeant ieiunare. Sutores, factores, barbitoriores, futores, ferrarii, & similes. Prædicatores, Lectores, Confessarii &c. Advocati, procuratores, scriptores &c. etiam mulieri: iter agentes, prædicantes, & lactantes? Qui ergo manent? Sane citius, & qui nullum munus habent. At isti omnes, aut fere, coniugati sunt. Quomodo igitur tenentur ieiunium ecclesiasticum, si etiam iam coniugati exulantur? Adicit vero hanc exim. decisionem: Respondeo nihilominus coniugatos hoc solo nomine non excultri. Illius autem sine decisionis nullam monstrare fundamentum: neque argumenta que pro laxa opinione opponunt, resolvit. Constat ergo laxa opinio, iustitiam frangit probabiliter: quoniam iuxta Caramuelem, non potest improbabilitas alicuius sententia probari, sed debet demonstrative persuadere. Porro, ut dictum est, Caramuel oppositam tantum asserit opinionem, nullo vero modo, nec teni probabiliter, sedum valida demonstratione cum firmat. Ergo laxam opinionem, iuxta assertionem contrariam, inconclusam relinquit: Quam ergo (ut ille ait) tenet ieiunium ecclesiasticum, si etiam coniugati exulantur? Quisque sibi in animo inducat, hinc legi Monachos sistem, religioseque viros subiectos esse. At misericors Caramuel & illes iugo legis subducere entitur *num. 1539. his verbis.* " An Religiosi tenentur ieiunare? Legis titulum, mirasque, in dubium reduci rem tam claram. Teneri? Ecclesiasticos aut, & præcipue Monachos, qui maiorem perfectionem sunt professi

At ego te non incuso; sed hunc Religionum propro. Multis, inquam, a ieiunio excultrantur; ad omnes Religiosi sunt mulier, nec in mundo sunt mulier qui contenti quam Muscardi, & Benedictini præcipue: ergo Monachi non tenentur ieiunare. Quæ ratio idem de ceteris Religiosis evincit: nulli enim qui non continent plus quam seculares. Puto quidem consequentiam legitimam, minorem certam, & maiorem probam citando Sanciani, Dianamque. " Proditur autem utriusque rationibus, concludit Caramuel: Ergo, si etiam Religiosos excludimus, qui erant in Ecclesia Romana qui tenentur observare ieiunium? In priori editione hæc alia lex vocabula reperiantur, quæ sublata sunt in hac postrema Romana: *Volò non severe, sed sincere erudit.* Hæc vix inducere laxitatem conatur Caramuel: similiaque ad omni censura se le constituitre immutem: quoniam personam, qui debent ieiunare, sed referentis Diane sententiam, excitat; & umbra illa cito evanescit, si id quod de Diana ille prædicat, in memoriam revocemus. Caramuel autem in epistola ad Dianam, quæ in præfatio Theologiae fundamentalis Francofordianæ editionis habetur, hæc in Diane eisdem doctrinæ laudem estatur. Diana est *Aguius De talibus peccata mundi.* Deinde paulo inferius subdit. " Sequitur hunc Agnum, nimirum *Dianam;* quocumque tenit. Certi enim sumus, tanto illius dogmata Theologiae sunt firmiter numero, ut querenti an hoc, vel illud liceat? sufficit respondere: *Diana non dicit.* " Sufficit ergo iuxta Caramuelem quod Diana docuit, Religiosos solutos esse a ieiunii lege ratione carnis, ut opinio illius probabilis sit. Diana in posteriore editione recenset hanc Caramuelis opinionem *Tom. IV. tract. vii. resol. 26. his verbis.* " Sed, pace viri amicissimi, hæc argumenta aperiant viam ad opinionem simpliciter *contra præsum opinionem Religiosorum.* Et, cum hanc sententiam viri docti referant, alii referant, alii in astrum hilem ierant. Et quidem Pater Societatis Iesu iocose, & facetiosè respondit: Sicut sententia Caramuelis est vera, mallem Societatem esse adstrictam ad canendum in choro, nam essem deobligatus a ieiunio. " Persequitur deinde Diana amicissimi Caramuelis argumenta refellere. Sed ego persequar alias recentere non minus laxas propositiones.

8. " Non peccant capones, qui in die ieiunii nolunt suscipere hospites nisi ce-

nant:

nent: quia non intendunt violationem ieiunii; sed intendunt iuram. "Pasqualigus *deciſ. 367.*

9. "An poſſint parentes miniſtrare cenam filiis nolentibus ieiunare; quando ad id tenentur?..... Reſpondeo poſſe, immo & teneri: quia ad parentum munus pertinet providere filiis de victu; non vero regere conſcientias ipſorum (maxime quando ſunt in etate proſecta.) Ita ut debeant peccata ipſorum punire, & hoc modo impedire: unde ſubminiſtrando cenam faciunt quod ſuorum miſerum eſt. Nec per hoc cooperantur peccato filiorum; cum cenam de ſe ſit indiſtincta, utpote ordinata ad ſuſtentationem nature; & potius eſt bene, vel male exhiberi. Unde quod male a filiis adhibetur, imputandum eſt malitie ipſorum, non parentibus exhibentibus cenam. "Leander *tract. v. diſp. xxi. quaſt. xxi.*

10. "Domini non tenentur negare cenam famulis nolentibus ieiunare, etiamſi tenent id famulis proſuturum. "Pasqualigus *deciſ. eccl. xxi. num. 7.*

11. "Excitantur a ieiunio qui labore aliquo defatigantur, quavis illum in alium diem commode diſſerre queant; & etiam ſi data opera, ut non ieiunent, hoc agerent; etiamſi in fraudem ieiunii id agerent; nullius negotii cauſa ieiunando ſed ſolo deſiderio non ſervandi ieiunium. "Sanctius in *ſelectis diſp. 1a. numer. 14.* apud Dianam *coord. tract. 19. reſol. xlv. Tom. II.*

12. "Excitantur a ieiunio qui nodu caſeſen non poſſunt niſſeruent. "Leander *tract. v. diſp. viii. quaſt. xxix.*

13. "Qui aſſumit media illicita, & ita laborat, ut ſit incompatibilia cum ieiunio, excuſatione non ſervandi ieiunium, non peccat contra præceptum ieiunii. Pasqualigus *deciſ. eccl. xxi. num. 6.*

14. "Qui non habet vinum, aut quod ſolet loco vini adhiberi in regionibus, ubi adeſt penuria vini, neque teneretur ieiunare: quia eo ſubſtrato, ſubſtituitur magna reſtitutio; & que plurimum torboris aſſerit. "Pasqualigus *deciſ. eccl. xxi. num. 5.*

15. "Si precibus, aliove modo poſſet conſulx removere alterum a peccato debitum, adhuc tamen non teneretur niſi hoc remedio; atque adeo poſſet non ieiunare, & ſic reddere. Ita Thom. Sanchez Ratio eſt, quia perſonalis obligatio reddendi eſt ex iuſtitia, que non obligat, niſi ad reddend-

um perſonaliter debitum; non vero ad conquirenda, vel ponenda remedia; nealter petat. "Tamborinus *Lib. II. in Decal. cap. v. §. 7. num. 37.*

16. "Cathedraſice legentes magno cum plaulu eximuntur a lege ieiunii.... Ad idem affirmandum eſt de legentibus unam, aut alteram leſionem *offententis*, aut oppoſitionis cauſa. "Leander *tract. v. diſp. viii. quaſt. cxviii.*

17. "Si quis excipiat hoſpitiu vicium magnum, non videtur poſſe ſine gravi incommodo ſervare ieiunium. Nam, ſi non parat cenam, hoſpes cenabit ſe non excipi cum illa magnificencia que ſibi debetur; & proinde concipiet malum animum erga hoſpitium. Si vero parat cenam, & legitime accumbat, & non comodat, aut faltem parat, etiamſi prædeſtinet ieiunium obligans; hoc imputabitur ad quandam importantiſſimam correptionem aliorum, aut quod ægre ferat expenſas cenæ: unde vice meriti, quod mediante hoſpitiu deberet acquirere apud talem magnum, aut Principem, potius ipſum offendit. "Pasqualigus *deciſ. eccl.*

18. "Concionatores, qui in Quadrageſima concionantur ter, vel quater in hebdomada, communitur, & regulariter exculantur, ita ut in nullo die Quadrageſime teneantur ieiunare.... Quia hoc videtur requiritum ad robur necellarium ad bene, & fructuoſe concionandum. "Thomas Sanchez *Lib. II. caſuſ. cap. 1. diſp. 13. num. 6.*

19. "Diſpenſatur ad carnes edendas liber eſt a ieiunio. Hinc illi qui conceditur ob diſpenſationem, carnes, licet ſero cenare, immo plures in die ſeſcicare. "Tamborinus *Tom. I. Lib. II. in Decal. cap. v. §. 1. num. 2.*

20. "An difficultas in ieiunando ſit ſufficiens cauſa ad diſpenſandum in ieiunio? Probabilis reſpondeo, eſſe ſufficentem cauſam ad diſpenſandum. Leander *tract. v. diſp. x. quaſt. xxxii.*

21. "Teneodum eſt quod labor ingenti eximat ab obligatione ieiunandi. "Pasqualigus *deciſ. eccl. xxi. num. 2.*

22. "An labor voluntarius ſuſceptus, ſi ſit magnus, extinguit obligationem ieiunandi? Probabilis reſpondeo extinguit. "Leander *tract. v. diſp. viii. quaſt. cliv.*

23. "An labor voluntarius poſſit aſſumit in diebus ieiunii ſemper, quantum, & quoties liberetur? Probabilis reſpondeo, poſſe aſſumit ſemper, & toties

quo-

quoties liberetur. "Idem Leander *loc. cit. quaſt. clv.*

24. "Probabilis reſpondeo eſſe exemptum a ieiunio, nec peccalle adhuc in cauſa conſuetudinis, qui talem laborem adimpleret ob inuoluntarium ſuam (ob quæſionem concubinarum, aut alium malum ſuam.) "Idem Leander *loc. cit. quaſt. clvi.*

25. Non tenentur parentes cogere filios ad ieiunandum, quando nollent ieiunare, etiamſi conſtare quod non haberent cauſam excuſantem.... Quia, licet parentes debeant habere maiorem curam filiorum quam ſerorum... non tamen habent ſupra ipſos iuriſdictionem ſpiritualem: & ideo in ordine ad ſpiritalia non poſſunt ſupra ipſos exercere aliquam vim coercitivam, nec punire, quando delinquant in ſpiritalibus. "Pasqualigus *deciſ. eccl. xxi. num. 4.*

26. "Si probabiliter, vel certo moraliter ſciant tabernarii quod hoſpites peccent cenando, DD. (Navar. Tolet. &c.) permittunt quod illis cenam miniſtrentur... Quia miniſtratio illi, immo & ultroſe invitatio, non ſit directe ad non ieiunandum; ſed ſolum ex intentione lucris invitatur ad cenam. "P. Dominicus Viva in curſu theologicæ-moralis *Tom. I. part. 11. quaſt. 2. art. 4. num. 7.*

27. "Dicendum eſt, ſenes ſexagenarios, quavis fortes, & robuſtos, liberos eſſe ab obligatione ieiunii. "P. Sebastianus Geribaldi in *Theol. Moral. Tom. I. tract. viii. cap. 11. diſp. 1. §. 1. num. 95.*

28. "In ſeculis autem probabiliter... deſinit obligatio ieiunandi, inchoato anno quinquageſimo. "P. Viva in curſu *Theol. Moral. Tom. I. part. 11. quaſt. x. art. 6. num. 8.*

29. "An qui ex iuſta cauſa non tenetur ieiunare, poſſit ſine peccato invitare amicum, quem licet ſumpſiſſe prandium, & obligatum ieiunare, ad locum cenandum? Reſp. nullo modo peccare qui orbanitatis in cauſa alium iam paratum, & alibi cenatum, invitaret ad cenam. "P. Geribaldi *loc. cit. diſp. 1. num. 123.*

30. "Certum eſt ientaculum ſumi poſſe; dumtaxat vero, an hi cibi ſubſtantiales ſint excluſi. Igitur prævales libertas illos aſſumere. Sic diſcutit Tamborinus, cuius ſententiam non ampliſſerit, niſi putarem conſuetudinem iam introductam, ut etiam exigua parte piſcis maioris, cum pone veſci poſſent in debita quantitate octo unciarum; quam ſi quis parum excederet addendo unam, vel alteram unciam, nonniſi venialiter peccaret. "P. Viva *loc. cit. art. 3. num. 3.*

31. "Non eſt legale prohibitio veſci carnis abſque diſpenſatione, conſolatione; neque; etiamſi necellitas dubia tantum excuſetur. "P. Martinus de Torrecilla *Tom. II. tract. 1. diſp. 19. cap. 11. ſect. 1. num. 74.*

32. "In privilegio cruciatæ pro ſecundis carnis diebus prohibitis, conceditur quod, etſi cauſa ſufficiens non excuſetur ad eam velandam, dum tamen ſufficiens ſit ad Papa diſpenſat, medicus ſpirituſialis diſpenſare valeat. "Idem Torrecilla *ibid. num. 73.*

33. "In ieiunii collatione, vel reſectiua colla ſerotina bene unctæ, ultra conſuetudinem octo, gravem adhuc non inferunt tranſreſſionem. "Idem *ibid. ſect. 3. num. 8.*

34. "Ieiunans, ne potus noceat, poſſet toties quoties aliquam parvitate lucere; etiamſi quælibet parvitas dimidiam unciam attingat. "Idem *ibid. cap. 19. numer. 9. & 9.*

35. "Non tranſgreditur ieiunium iterando parvitate cibi neque ad gravitatem, ſi ſumatur, ne potus noceat; dummodo in fraudem legis non fiat. "Idem *ibid. num. 15. 36.* "Generatim ſenes, ſive viri ſextageſarii, ſive ſenæe quinquagenariæ, ieiunium non tenentur. "Idem *ibid. cap. vi. num. 7.*

37. "Opera etiam ingentia, & mentis concuſſa a ieiunio exculant. "Idem *ibid. cap. vi. num. 15.*

CAPUT II.

Præceptum ieiunii eccleſiaſtici explicatur. Trina includit, nimirum unicam reſectiorem, que pars principalis eſt, abſtinentiam a carnibus; & tempus pro unica reſectiione præſcriptum.

I. Ieiunii generatim accepti notionem, variæ ſpeciei initio illius tractatus expoſui. In præſentia ieiunii eccleſiaſtici naturam ſub extarum inſubo. Et primo que extra diſpenſationem penes Catholicos ſunt, paucis perſtringo. Quamvis ex quo ad mores ſpectant, vix poſſint unius definitione comprehendere, quia communiter plures includunt circumſtantias; nihilominus ieiunium eccleſiaſticum deſcribi ſolet hoc modo: *Eſt paſſivaſtius vitius, abſtinentiæ eborum unius formam ad Eccleſia præſcriptam. Hoc eccleſiaſticum ieiunium iuxta omnes*

mes Catholicos est aclus virtutis, ut supra probatum est. Virtus potro hæc est abstinencia, que in materia ciborum mediū consistit. Constat autem, ieiunium ecclesiasticum ciborum materiam moderari. *Ubi notandum est* (inter D. Thomas 2. 2. quæst. cxxxv. art. 2.) quod ieiunium est abstinentia aclus.

II. Unanimi quoque assertione docent Catholicos omnes, Ecclesiam rite, & valide præcepto suo compellere fideles ad observandum ieiunium: qua de re in dissertationibus superioribus capite tertio dictum est. Rationem tradit Anglicus iniquis loco laudato art. 3. *Sicut ad faciliorem Principes potest præcepta legalia tunc naturalia determinari, ita et de his que pertinent ad utilitatem communem in temporalibus rebus; ita etiam ad Prælatos ecclesiasticos pertinet ad hæc præcepta que ad utilitatem christianam fideles pertinet in spiritualibus bonis. Dicitur est enim, quod ieiunium utile est ad deletionem, & continentiam corporis, & ad elevationem mentis in spiritualibus.*

III. Præceptum illud suapte natura, excelsa etiam inobedientia expressa, graviter obligat: tunc quia præcepta Ecclesie secundum omnes Catholicos graviter obligant: tunc quia materia illius gravis est: tam denique quia ab Ecclesia in definitum est, & in Concilio Gangrensi can. xix. ut quo hæc habentur: *Si quis ieiunia que communiter ab Ecclesia constituta sunt, dissolvat, anathema sit.* & ab Alexandro VII. qui hæc propositionem damnavit: *Frangere ieiunium Ecclesie, ad quod tenetur, non peccat venialiter, nisi ex contemptu, vel ignorantia hæc actus, potest quis non vult se subire præcepto.*

IV. Disputant Theologi, num præceptum illud affirmativum sit, an negativum. Utraque pars suos habet defensores. Res est leve momenti. Attamen, quod venialissimum nobis videtur, est, partem affirmativam esse, & partem negativam. Quod affirmativum sit, videtur manifestum: eorum præcepta stricte videmus pariter, unicam refectionem, ciborumque defectum; que omnia poliviva sunt. Consequenter postea prohibet sumere plures refectiones, carnis velicæ, & ante præscriptum tempus ieiunium solvere. Et hæc est communissima sententia.

V. Explicatis istis que extrinsecus quodammodo ieiunium spectant, ad est enucleanda accedimus que ieiunium ecclesiasticum consistunt. Tria unum ad ieiunium ecclesiasticum requiruntur, unica resectio, abstinentia a carnis, & tempus definitum.

Atque ut a primo aspicemur, certum est unicam comestionem partem esse ieiunii ecclesiastici, ne dicam illius essentiam: de qua iam iam, Neque duntaxat ieiunium ab Ecclesia præscriptum, sed quodcumque ieiunium unica temper refectione peractum fuit. In veteri fodere semel in die comestio Iudæorum, quoties ieiunio operam dabant, colligitur evident ex ipsa Scriptura. Dicitur enim Lib. Iudic. cap. xx. vers. 26. *Omnes filii Israel venerunt in domum Dei, & sedebant sicut coram Domino, ieiunaveruntque die illo usque ad vespem.* Idem legitur II. Reg. cap. 1. vers. 12. *David vestimenta sua sedit, & comestum non sedit, & ploravit, & ieiunavit usque ad vespem.* Hanc potro ieiuniorum formam non mutarunt, sed servaverunt Apostoli; quin & severius observarunt primi Christiani. Iiolum enim plures nec semel in die comederunt, sed interdum biduo, aliquando triduo, & nonnumquam integra hebdomada sancta ab omni cibo abstinabant, ut refert Epiphanius in expositione fidei. *Immo vero nonnulli ad biduum usque ieiunia perorant. Alii totam hebdomadam usque sequuntur dominicæ castitatem sine cibo transmittunt.* Id tamen ab Ecclesia non præcipitur, ut scilicet biduum, vel triduum abique omni cibo transcurrant fideles; sed quicque, pro sui majori fervore ardebat, abstinentiam suam ad duos vel tres dies producebat. Id tantum in præcepto semel in die comederent ii omnes qui ieiunare tenebantur. Illius rei rationem hæc prodit Angellus 2. 2. quæst. cxxxv. art. 6. *Discendum, quod ieiunium ab Ecclesia institutum ad comestionem referendam; ita tamen quod nihil solvere. Ad hoc autem sufficere videtur unica comestio per quam homo possit vivere satietate; & tamen concupiscentie aliquid detrahatur, dimittendo fructum vite.*

Et hoc Ecclesia moderatim statutum est, ut (semel in die a ieiuniorum comestio). Hoc vero præceptum nota fuit ab Ecclesia in aliquo suo canone expressum, sed acceptum a Patribus antiqui testamenti consuetudine universalis Christiani impleverunt. Quare Caietanus in commentariis ad hunc articulum ait, quod unica comestio magis videtur in præcepto ieiunii præsupposita, tanquam convenienter intellecta, quam expressa. Fallo itaque Salmasius tract. xxi. esp. 14. proci. 3. §. inu. 442. Caietanum laudans pro contraria opinione. Secundum requiritur ad ieiunium ecclesiasticum, nempe abstinentiam a carnis, supra demonstravimus. Tertium denique, nempe

tempus determinatum, quod primo fuit vespere, deinde novæ hora, & demum circa meridiem, de quo infra, etiam manifestum est. Neque in hoc dissident Catholicis; quævis Lutherani, & Calvinistæ obganniant, Catholicos non observare ieiunium, eo quod refectionem non producant ad horam vespertinam. At suo loco ostendemus, hæc temporis conditionem ab Ecclesia arbitrio pendere: est enim quid accidentale ipsi ieiunio, & præter eius essentiam.

VI. Quævis, an unica comestio, & abstinentia a carnis ieiunium constituantur, & quantum ad his duobus partibus sit pariter? Resp. Omnes conveniunt in hoc quod hæc duo, scilicet unica comestio, & abstinentia a carnis; ad substantiam ieiunii ecclesiastici pertinent. Et, cum res facti sit, non alia requiritur ratio quæ illi essentia, nisi voluntas præscriptum ieiunium. Manifestum autem est Ecclesiam semper rursus præcepisse ieiunium; hæc duo, nempe unicam comestionem; & ab eia carnium abstinentiam. Et de hoc nulla ferme est inter Catholicos, si Latincum exceptis, difficultas. Secundum vero quæritur partem, quem scilicet ex duobus partibus sit in ieiunio præcipua, in controversiam vocant, & in utramque dispartem. Revertentes Calvisæ communiter iullunt, abstinentiam ab eia carnis esse partem principalem; unicam vero comestionem minus principalem ieiunii ecclesiastici. Quoniam, inquit, abstinentia a carnis magis deprimat concupiscentiam, magisque in Deum elevat. Sed Salmasius in hoc, xxviii. cap. 1. v. ubi plures iudicat Theologos recentiores. Contraria sententia non modo probabilior, sed unice vera mihi est. Et quoniam in istis sumis qua ceteri facti spectant, quævis a voluntate legislatoris pendunt; rationes, quas vocant a priori, haud possunt in medium producere. Ex facto igitur colligenda res est, & ex mente legislatoris. Si factum spectamus, competens est, ieiunium cum in veteri, tum in novæ lege, unica semper fuisse refectione solum. De abstinentia autem a carnis non ita certa res est. Et quamquam etiam in veteri leges plures sanctos viros in suis ieiuniis a carnis abstinentia legimus; non tamen fideles omnes talem abstinentiam servasse; tum oppositum plures docent. Et sane ex Scriptura habemus, Iudæos omnes semel in die ieiuniorum tempore comestio; nequaquam vero colligit ex Scriptura potest, verum illis fuisse carnium esum. Quid quod Iudæi, & alie nationes etiam in suis ieiuniis semel comederunt, quin

a carnis abstinent? Ergo iuxta communem omnium gentium existimationem non essentiales, & possibilia ieiunii in unica sita est refectione; qui postea accessit ciborum delectus. Hinc Dionysius Carthusianus in II. sent. dist. xv. quæst. 91. hæc scribit: *Respondendum, quod ieiunio Ecclesie unice est abstinentia ab esu carnis, ut in decreto habetur. Ecclesia ergo catholica fidelibus illud ieiunium imperavit quod a Patribus accepit, quod iuxta omnium existimationem unica perficitur comestio: ad maiorem vero ipsius perfectionem addidit abstinentiam a carnis, & in Quadragesima a lacticiis, & quandoque a vini potu, ut infra dicturi sumus. Ratio quoque suffragatur. Quandoquidem magis cohibetur appetitus, & reprimitur concupiscentia per unicam refectionem, quam per abstinentiam a carnis; quemadmodum per se patet, & nec in loco supra ostendemus. Licet autem iudicio illa absolute accepta inepia videatur (quod enim refert in morum materia quod una sitam partem sit principalem, altera secundariam); nihilominus, quoniam Calvisæ tam recentium plures propugnant, dispensata a carnis, a lege ieiunii solum esse eo quod ieiunium essentiam iuxta ipsos constituitur abstinentia a carnis, qua sublata destruitur ieiunium; idcirco paulo supra discutendo res erit. Nuac tantum addimus. Calvisæ tam opinionum ortum duxisse a diffidio quod sextodecimo seculo Catholicos inter & Lutheranos, ac Calvinianos seruit. Lutherani, & Calvinistæ nullum ciborum delectum in ieiunio admittendum esse contendebant. Contra Catholicos propugnant, Christianorum ieiunium præter unicam comestionem, carnium esum semper concessisse; & hæc a carnis abstinentiam semper esse a primis Ecclesie saculis, individuali fuisse ieiunii comestio. Eo res devenit, ut decursum temporis Calvisæ alique docere ceperint, abstinentiam a carnis non modo esse ieiunii partem, sed essentiam ieiunii constituturæ. Hæc enim via magis se recedere putarunt ab hæreticorum errore.*

CAPUT III.

Quos cibos sub carnium nomine Ecclesia prohibeat: & quoniam peccatum, quandoque illud peccaret si qui carnes comedunt.

Plures sunt cibi de quibus dubitatur, an sub nomine carnis, quam debet seiumiorum prohiberi Ecclesia, comprehendi debeant. In primis pisces censentur, quoties Barbofa, in cap. Deique dist. xv. num. 2. nomine carnis venitur etiam lac, & ova, & quod lac sit opus albus, ova vero carnis liquida. Sed hoc opinio communiter reprobat. Diversi siquidem preceptis prohibentur etiam lacticionum, & eius carnium.

II. Plura sunt animalia de quibus, an piscibus accendi sint, vel non, in utramque partem disputatur. Regulam universalem tradunt communiter Doctores ad discernendum, quænam pro caribus, & quænam pro piscibus habenda sint. Ea animalia quæ diu extra aquam vivere solent, inter carnes computari debent. Aves, si licet aliquæ nutriantur in aquis, carnium nomine veniunt. Hinc corvi marini, falco, & similes, quamvis piscium laporem habeant, diebus seiumiorum comedi minime possunt. Idem dic de chameleone, de oleibus coctis cum caribus, & de carniis insculis, & de sanguine omnium animalium terretrium, arietum, & agnorum &c. nec non de sagmine, & lardo. Locustæ, ranæ, limacæ, testudines, & concha diebus seiumii licite comedi possunt: quia in communi excommunicatione non pisces habentur.

III. Qui tempore seiumii carnes recentissimas comedunt, peccant mortaliter iuxta omnes, nisi materia parvitas excuset. Dari enim etiam in hoc precepto parvitatem materiam, quemadmodum datur in precepto naturali non jurandi, & in aliis, communiter docent Theologi. Id solum quantitas pro parvitate vocatur, quemam carnis quantitas pro parvitate materiam habenda sit, P. Matthæus Stæz in suo Tribunali Pontificie Part. III. Lib. I. quest. 111. artic. 3. num. 527. hæc scribit: *Missi qui hæc scribo, placuit olim dicere, mediani circiter libram esse magnam materiam, parvam quidquid infra illam. Et hoc idem, quod de mente legislatoris sanè bonique quam potest, præsumendum sit: neque visco existimandum, ita illum voluisse restringere conscientias, ut peccato mortali se obstringerent illi*

qui non tantum carnis comedentes, quantum in isto præcepto sufficeret eis qui caribus moderatè vesci solent. Hoc autem videtur esse mediani circiter libram. Hanc opinionem retractavit, ut nimis laxam, sed hæc opinio rectè considerata malo non placet; cum videatur ex æquo laxior. Quare num. 528. hæc addit docens, nam quantitatem quæ dimidium partem quadrantis libra, seu quatuor loti ferè exæquat, sufficere ad peccatum mortale; nam vero quæ hæc notabiliter minor est, peccati venialis limites sepe non excedit, sed se scandalo. Sumit libram Germanico more, quæ sedecim uncias constat. Quare definit, parvitatem materiam esse infra duas uncias cum notabili decremento. Paucis, unam unciam statuit esse parvitatem materiam. Una enim uncia, ad duas comparata, est notabiliter minor. Hæc opinio, comparata ad primam, est notabiliter minus laxa: sed absolute adhelesæ est. Paucaliquis decis. xli. numer. 3. dimidium unciam carnis pro parvitate materiam statuit. Mirum est Auctorem istum tantam carnis portionem pro parvitate materiam assignare; cum deinde decis. xli. m. 5. doceat, mediani unciam chocolata esse materiam gravem, & eum qui illam in aqua iter usum lavaret, frangere seiumium, & mox iter peccare: de quo suo loco. Nunc dicere sufficit, hæc Paucaliquis opinionem communiter vel ab ipse benignioribus Casuistis reprobari. Vide Leandrum tract. v. dist. 11. quest. xxi. Hic assignat octavam unciam parvam, & exiguum frustum, ut illud quod coquit, & cerne sumere solent ad ciborum laporem discernendum: quod licite faciunt. Precisa quantitas assignari vix potest. In hoc omnes conveniunt, quod parvitas carnis que comeditur, debeat esse satis exigua, ut pro parvitate materiam iudicari debeat.

IV. Quest. I. An in aliquo eventu licitum sit carnes comedere seiumii tempore? Respondetur. Qui nullum alium cibum habet, licite vesci potest caribus: quia preceptum ecclesiasticum non obligat cum periculo vitæ, vel salutis. Quid, si nulli alii cibi præter panem suppeterent? Paucaliquis decis. 49. num. 3. & 4. defendit in hoc casu posse quemam carnis vesci, etiam si unico die id contingeret. Paucaliquis adheret Leander tract. v. dist. xi. quest. xix. si sermo sit de magnatibus, & nobilibus, affectis epulis selectioribus, secus dicendum, inquit, de rusticis, aliisque similibus, qui vix antiqui saturantur pane. Hæc opinio laxa mihi videtur. Nullus siquidem, dummodo saluus sit, & peculiari debilitate non laboret, nota-

notabile patitur detrimentum, si unico die pane solo vescatur. Quis hæc unius diei inedia ad lumen conferat. Patentur triqued detrimentum aliquod molles fæces, fecas corporis sanitas. Finis proximus seiumii est corporis moderata conflictatio, sensumque marcerio. Quid ergo obrudendum corporis molestiam, ut a lego seiumii fideles tollant? Solum detrimentum notabile salutis fati esse potest ad constituendum licitum usum carniis seiumii tempore. Cum ergo iuxta communem excommunicationem quilibet, quamvis delicatus & mollis, dummodo sanus sit, & medicorum robatus, non de refici possit solo pane, quin salutis corporalis incommodo obnoxius sit; distinguenda sunt hæc duo, sanitas detrimenda, & delicati corporis eructatio. Primum excusat, secus secundum. Qui vero affluens selectioribus dapibus, per piores dies careret omni cibo præter panem, abundaret vero caribus, eisdem vesci posset quoniam, si solo pane pluribus diebus aleretur, probaret sanitatis læe damno non exiguo subiretur. Fideles, transientes per infidelium, & hæreticorum provincias, diebus prohibitis esse licite carnes queunt, quoties grave periculum illis imminet; fecas, si aliquæ gravi damno abstinere valeant. Idem dicendum de remanentibus in hæreticorum, & infidelium interitibus. Catholici, qui famularum hæreticis, caribus vesci minime possunt, seculis gravi damno, aut periculo: quidquid in contrarium dicitur La-man Lib. II. tract. viii. cap. 111. num. 3. quoniam, cum alii cibi suppetant, & periculum damni abest, nulla assignari potest vera causa excusans. Catholici enim domicilium habentes in infidelium regionibus obstringuntur preceptis ecclesiasticis: quia hæc non locum, sed personam sequuntur. Nec Layman hoc negare potest.

V. Licitum est carnes suppeditate & perpetuo amantibus, & pueris ante completum septennium: De perpetuo amantibus res clara est: quoniam non sunt legis capaces, & amantia est moribus gravissimus, qui carnes indigere potest. Pueri quoque ante expletum septennium a caribus abstinere. Si tamen ante septennium rationis lumen affluerit illis, debent a caribus abstinere: quia preceptum Ecclesie obstringit omnes lumine rationis partios. Immo, quamquam ante septennium rationis lumen non sint; at tamen in hæc abstinencia exereeri eos perpetuum erit, ut facilius, inante precepto, illud oblitare valeant. Quando vero dubitatur, an lumen rationis advenit; iudicandum est respici advenisse;

seuti & septennio expleto, censendum est illum lumine rationis potiri: quia in doctis tutor pars est eligenda. Quod confirmari potest et paritate legis divine. Si enim lumen rationis ante septennium splendat in aliquibus pueris, isti observationi legis divine obstridi sunt. Quidam ergo & obliterant legis ecclesiasticæ? Et licet non pauci iuniores contrariam teneant opinionem; hæc tamen nostra firmior probabili est, quam defendant Aserius Tom. I. Lib. VII. cap. xvii. sen. xxvii. quest. 11. Diana L. P. tract. ix. refut. 43. Trullench. in Bull. Lib. I. §. 4. dub. 2. Sanchez L. P. Sum. Lib. I. cap. 111. Bonacina de leg. Tom. II. dist. 11. quest. 11. punct. 6. num. 5. Suarez Tom. IV. in 111. part. dist. xxxvi. sect. 2. num. 3. Salmanticensis tract. xvi. de c. pæcep. Decal. cap. 11. punct. 2. num. 20. & alii plures.

VI. Quest. II. An dispensatio die seiumii ad carnium usum, possit quamcumque carnes etiam in illas comedere? Respondetur. Plures Auctores solent partem affirmativam, alia nulla producta ratione, nisi quod carnes suilla, & sale condite sint vere carnes. Sed nos hæc opinionem reicimus. Dicimus itaque, dispensatum a caribus posse solas carnes salubres comedere: ideoque peccare carnes vitæ eos qui omnes indiscriminatim carnes manducant. Probatur. Eas solas carnes comedere potest Christianus dispensatus que comprehenduntur sub privilegio dispensationis. Quoniam dispensatum enim qui nullo modo vel dispensatus ad carnes comedendas, nil carnium manducare licite valet; sic qui solum dispensatus est, ut caribus salubribus vesci possit, illas tantum, & non alias, manducare iure valet. Porro medicus, si ve quicunque Superior, qui dispensationis privilegium ad eam carnium impertitur, nullo modo concedit usum carnium salutarum, suillarum, & similium. Quoadquidem cur, quæto, usum carnium concedit medicus? Non sine alia ratione, nisi ut occurrat alicui infirmitati. Ergo eas solas carnes comedendas concedit que tux infirmitati, vel incommodo congruæ sint. Carnes autem inæque, ut suilla, salite, similesque, non modo non congruunt, sed repugnant tux necessitati. Nonne, si expresse eiusmodi carnes motus a Superiore postulares, eas tibi denegaret? Quia ergo ratione præsumi potest, in dispensatione datur illas comprehendere? Hanc opinionem defendit etiam Luroz Lib. III. part. II. quest. cxxvi. num. 1333. contra Tamburinum, qui Lib. VI. cap. v. §. 1. contrariam sustinet. Confirmatur no-

stra sententia auctoritate Clementis XI. summi Pontificis, qui in decreto infra referendo, Romæ publicato anno 1722. die 24. Februarii, hæc habet. *Admittantur, & melius, & qui petita licentiam; ut attendat qualiter carnis, quod nempe flos salubris quia hæc solum permittitur in Quadragesima his que ex ista causa nequeunt veli citius quadragesimalibus. Hanc sententiam defendit Cardinalis Corza Tom. de ieiunio 114. part. 2. lib. 6. pluresque alios Auctores allegat. Qui autem dispensat ut a cibis carnalibus, non peccat contra ieiunii preceptum pilæ comedendo: quia piscium eius nulla lege tempore ieiunii prohibetur nec qui in eum carnis dispensat, novam legem imponit, que prohibeat ebrosos, inebriatos. Ratio autem ad idem qui Tom. 1. conf. 101. §. 1. contrarium defendit sententiam, minime consistit. Inquit enim: Si pisces nocent, & dispensat ut non potest iisdem; si non nocent, sine causa flos dispensat. Dico pisces nocere, ut supponitur, & comedentes peccare vitio intemperantiae, secus aduersus preceptum ieiunii. Si scire cupis, num dispensat ad eum carnis, comedere lactinia valeat; vide commentarium nostrum in RESCRIPTUM BENEDICTI XIV.*

VII. Quæst. III. An dispensat in Quadragesima ad esum carnis post easterum comedere feria 1v. & vi. ac sabbato quatuor temporum eiusdem Quadragesimæ? Resp. Quæstio dispensat, & a maiori vel minori infirmitate, vel necessitate illius qui petit dispensationem: Si enim tanta fit infirmitas in dispensato, ut per annum feria sexta, & sabbato carnis esset, illique velaret, etiam in Quadragesima illas comedere poterit dies quatuor temporum. Si vero committitur per annum bis in hebdomada a carnis ablineat: etiam in Quadragesima potiori ratione abstinere debet. Neque in generali dispensatione pro tota Quadragesima intelligitur, seu præsumitur dispensatio pro multis diebus: quia necessitas non est extendendi ad eodem dies quatuor temporum dispensationem; peccatisque medicis si abique iusta causa ad omnes indiscriminatim dies privilegium dispensationis porrigere.

CAPUT IV.

Dispensatio abstinens a carnis non inferit dispensationem a ieiunio; sed dispensat ad carnes lege tenentur, nisi infirmitas, aut vitium debilitatis obstat. Quædam quæstia resolvuntur.

I. Quæstionem versandam solcipimus, quam recentiorum Caluissianum plures ad inanes Metaphysicæ regulas revocant. Enimvero, quia ex pariter sacre Theologiae statibus nil admodum habere poterant, quo sicut in hac materia lasam, & penitus improbabilem opinionem irripuerunt, ad quædam arbitratia ratione confugerunt, quæ ut infra patebit, ad Moralis christianæ doctrinæ veritas dirimendas inæque prorsus sunt. Quorundam aduersus illos merito exclamatur. Quorundam aliter, de veteri ciborum delectu. Felsi sunt recentiores quidam Theologi, qui carnis abstinentiam ad ieiunii substantiam ita pertinere dicunt, quod Bonaventuræ quæst. 1. de precepto Ecclesiæ pluri, 21. ut qui absolute carnes comedat, ieiunare non teneatur. At ille philosophandi molus Auctores suos prodiit non admodum vestigia antiquis ieiuniorum ritibus. Ut controversiam hanc penitus exharerem, integram edidi voluminem, inscriptum *De Quæstione appellante*. Si plura capis, illud legito. Nouit, ut veritatis manifestanda viam aperiatis, ea que penes omnes certa sunt, leceramus oportet ad his que in controversiam vocantur. Distinguedi ergo in primis ieiunium sunt infirmi; qui tum a carnis, tum ab unica comestione soluti sunt, non titulo alicuius dispensationis, sed titulo legis impotentia. De his nulla potest esse difficultas. Secundo si qui dispensantur, sunt in duplici classe. Alii namque sunt debiles, valetudinarii, qui frequenter cibo indigent, simulque carnis; & quis ita evidens non est occurrunt, quemadmodum est illa deuter. Dispensatione, sicutque laborantem; hincro dispensatione opus habent. Illos quoque tum a carnis, tum a ieiunio dispensat posse concedimus. Quando autem possint, debeantque ab utroque, & quando ab uno tantum onere solvi, prudenter, & Christiani medici relinquimus iudicio. Posterioris classis sunt Christiani valentes, & robusti, quibus ciborum quadragesimalium, piscium nempe, olerum, vel etiam lactiniorum,

& qui alienas domos præcipuam partem demolitus fuisset, posset omnia reliqua cubicula diruere. Ex quibus omnibus evidenter constat, rationem potissimam cui contraria sententia innititur, esse merum paralogismum; & praxim fidelium, quam obiciunt, esse abnolum, qui illorum culpabilem ignorantiæ consequitur. Denique concludo, Christianum qui semel violavit ieiunium, debere a tertia, & quarta refectione abstinerere: quia certum est iuxta communissimam Theologorum sententiam, si novum, gravius saltem peccatum eum committitur, ut nec certis testatur sanctus Antonius II. Part. tit. vi. cap. xi. §. 9. Item dicitur ieiuniorum pro quibus vivit, qui comedit ultra unam vicem, peccat mortaliter secundum Iovinem de Neopoli in quolibet: quia reducti istud præceptum ad negativum. Sed Dacandus dicit in W. hoc esse tantum unum peccatum mortale, quia est fructio unius præcepti pro una die, sed tanto gravius, quanto plures vicibus comeditur ille die. Et istud communis tenetur. Et hoc, nisi novo contemptu plures comederet: quia tunc veram esset dicitur Iovinem.

X. Quæst. III. An qui inadvortens ieiunium frangat, tenetur illa die, cum advortens, ieiunium servare? Resp. Quod dicendum sit, patet ex dictis in superioribus questionibus. Nam omnes illi quos allegavimus, in consequenter loquuntur, sustinent hanc non teneri eo eadem rationem quam supra explicavimus; nimirum quod destructa ieiunii forma, que est unica comestio, non potest amplius ieiunium servari. At nos rationis huius manifestam fallitatem satis superque ostendimus. Nunc tantum addo, advertarios, ut defendant comedentem carnes non teneri ad ieiunium, docere, abstinentiam a carnibus esse ieiunii essentiam, cui accedit unica comestio: nunc autem, ut propugnent non teneri eum quibus comedit, ad ieiunandum, docere, in unica comestione sitam esse ieiunii essentiam, quæ subsistat, possitque non ad observantiam ieiunii. Pro commodo enim inveniuntur variant ieiunii definitiones: Sed hæc omnia tam prolifera sunt. Idcirco paucis dicimus, eum qui ex ignorantiâ ieiunium fregit, cum primum animadvertit ieiunii legem violare, ad illius observantiam teneri ob evidentes rationes quas in superiori questione dedimus. Si enim qui scienter violavit ieiunium, tenetur eo quo potest modo, illud secundum alias partes observare; potiori iure ad id obligatur qui ex inadvertentia illud transgressus est.

XI. Quæst. IV. An interruptio unica com-

estio ieiunium frangat? Quis diciturum de famulo mensæ inferentibus, lectibus, & sic qui pyra, poma, & arvas comedunt ad secundam frim? Respond. Qui surgit et mensa animo redeundi, & refectionem continuandi, ieiunium non frangit, si, peracto negotio, refectionem resumat: quia moraliter unica refectione reputatur. Quodnam spiritum interfecto debeat inter has duas comestiones partes, non una est sententia. Sanchez in select. disput. li. i. nom. 4. dicit hoc admitteri. Sed hoc spatium, tamquam nimis longum communiter reprobat. Didimus hanc intervallam assignant congruentius, & communius alii. Ut mihi videtur, id arbitrio prandium relinquendum est. Nam maior, vel minor necessitas tractandi aliquid non levis momenti negotium, sicut potest a ieiunio exulare, sic longior, vel brevior comestionis interruptio permittere valeat. Qui vero surgit et mensa animo non resumendi refectionem, ieiunium frangit, si, peracto negotio iterum comedat: quia non amplius censetur unica comestio. Qui credit prandium finitum, involvique inappalliam, & alio novo serculo producto comedat, non violat ieiunium: quia ad veram unicam comestionis interruptionem requiritur physica cessatio a prandio, seu crama; nec sufficit sola intentio. Qui tandem et mensa surgit ob imminens aliquid negotium, mensa intentione præmissa de resumenda, & continuanda, expedito negotio, refectione, eo quod ad id non advertit animum, si multum temporis non interfuserit, videtur posse resumere refectionem; lecus qui deliberato animo non resumendi refectionem et mensa abcedit: quoniam tunc & physica interruptio, & intentio concurrunt simul. Hæc omnia tamen iudicio prudentis viri relinquenda sunt: quia diversæ circumstantiæ occurrere possunt, ut varias exigant resolutiones. Qui mensis intervient, live sint Religiosi, live famuli, ratione istius servituti nequeunt quidquam cibi ante prandium capere; quicquid in opusculum auti afferant: quoniam etiamquid officium non videtur inapte natura sufficiens ratio interruptendi refectionem. Si vero aliquid peculiariter stomachi debilitate laborarent, atque notabile detrimentum ex prandii dilatione subirent: tunc aliquid cibi sumere possent, vel prandium anticipare. Qui poma, pyra, uvas, similesque fructus, etiam ad extinguendum frim, comedunt, ieiunium frangunt: quia eiusmodi fructus sunt verus cibus, & ad nutriendum sunt ordinati; quicquid in contrarium afferat Pasqualis de-

ci.

est. cxxxvi. Sola materia parvitas excusare potest, vel manifesta necessitas, quæ legem non habet. Hæc est communis Theologorum sententia, quam docet S. Antonius II. Par. tit. vi. cap. 11. §. 9. *Siua comestio frugum ieiunium, eorum scilicet quæ communitur ieiuni sumi in cibum; ubi etiam fructus cerealis, pira, & quæ compatiuntur, quæ in loco refectioem assumuntur, ut in proculis, & in cerea: & herba ieiunij, quæ laici Petrus herbas vescebantur. Coquant tamen proculare licite valet cibos, dummodo id non fiat in fraudem ieiunij.*

CAPUT XIII.

Resolvitur res alia quæstionibus super iis quæ totius consensu adversantur.

Quest. I. An qui in die ieiunij quidquam modicum cibi sapient comedit, in tantulum quantitatem tandem comedere, ieiunium frangat? Resp. Communis Doctorum sententia docet, hunc peccare mortaliter contra præceptum de observando ieiunio. Et sic declaravit Alexander VII. qui hanc propositionem damnavit. *In die ieiunij qui sapient modicum quid comedit, est tantulum quantitatem in fine comedere, non frangit ieiunium.* Ratio evidens est: quia aquæ omnium legi materia nobis prohibita, sine simul, sine diuina ponatur.

Quest. II. An incitatus ab amico in die ieiunij, ut potum, vel aliquid cibi capiat, peccet, ne tantulum comedat, illud comere? Resp. Auctores non hinc citius respondent huc quæsitio. Nam alibi nulla facta distinctio, aut hinc peccat mortaliter; alii venialiter; & alii nullo modo peccare respondent. Dico primum. Qui invitatus ab amico comedit ne turbatus appareat; & ubi procul agit contra præceptum ieiunij, quod unicam permittit commelionem, a quo præcepto officium urbanitatis, & amicitie non exultat. Lex enim amicitia subiecta est: debet legi Dei, & Ecclesie: nec urbanitas erga amicum iniuriam præcepto ecclesiæ inferre debet. Hinc proverbij loco dicitur: *Amicus usque ad aras.* Dico secundum. Si invitatus comedat quantitatem modicam, peccat mortaliter: si quid modicum manducet, peccat venialiter. Hæc comperta sunt natura sunt.

Quest. III. An sine fractione ieiunij aliquid nisi sumere liceat, utres quoties libenter, ne potus necet? Resp. Diana coordinat. *Tom. II. resol. 98.* afirmativam opinio-

nem defendit. *Et hoc est, inquit, intelligendum toties quoties libenter; dummodo id non fiat in fraudem ieiunij, sed ne potus necet.* Hinc sententia accedunt plures alii. *Caramuel in Theol. Reg. num. 916. Leander tract. v. disp. 8. quæst. 8. Viguierus de Iustitia. Theol. cap. 111. de temp. §. 3. Cardinalis Cozza Tom. de ieiunio. Part. 111. artic. 1. dub. 3. ubi auctoritatem asserit D. Thomæ de Ieiunio ex 11. Sent. dist. xv. artic. 4. in confirmationem sue sententia: cum tamen non verbum quidem proferat Angelicus quod favore potest prædare opinioni, quæ fave nimis laxa nobis videtur. Quare contrariam sententiam, tanquam unice veram, hinc quoque quam defendunt Caietanus 2.2. quæst. 68. 111. artic. 6. Salmanticenses tract. xiiii. cap. 11. par. 3. §. 2. num. 68. & laudant Sanchez, Abulenium, Villalobos, Bonacium, Layman. Claritas tamen gratia distinctio præmittenda est. Si quis, non adfectus vino potando, ardenti siti exultans, quid parum cibi caperet pro sua vice ad evitandum potus nocivum, forte excusari possit. Ceterum quod hoc licitum sit, toties quoties cupit libenter, nos, tanquam evidenter falsum, reprobamus. Et, antequam sententiam nostram fundamus, lobet indicari cibiquantitatem, quam cum pota sumendum permittitur adversarij. Diana docet, posse sumi quicquid vel lex amygdalas saccharo conditas, vel quid simile. Leander concedit quantitatem cibi infra dimidiam unciam, siue cibus iste panis sit, siue fructus, aut quid huiusmodi. Palqualius permittit aliquid infra unciam, dummodo non sit chocolata, cuius dimidia uncia vel semel sumpta ieiunium per ipsum frangit. Quamvisque harum opinionum legimus, si leges notaveris, quantitatem cibi notabilem, & gravem tandem te simpliciter compertum est. Porro, ut videmus, Alexander VII. damnavit propositionem quæ asserbat, posse quemquam Episcopi quid comedere, est notabilem quantitatem in fine comedere. Porro qui sepius bibit, & toties comedit, vel lex amygdalas saccharo conditas, vel infra unciam, aut dimidiam unciam, frequenter quid modicum comedit, & in fine potationum, & commelionum notabilem quantitatem emittit comedisse. Ergo iuxta doctrinam Ecclesie ieiunium frangit. Et sane inter propositionem damnatam & istam aliud discrimen ego non video, nisi quod propositio damnata admittit plures pars commelionem; opinio vero quam impugno, ultra simul admittit plurimas potationes. Igitur, si vera est*

huc

hæc sententia, insignes potatores feliciores ceteris forent. Quoniam illi possent toties quoties bibunt, quidquam cibi capere; & cum frequenter bibant, frequenter etiam bibi possent. Quæ omnia & intentioni Ecclesie, & ipsi naturali rationi contraria sunt. Nec alicuius momenti est limitatio adiecta, quod scilicet libere commeliones non fiat in fraudem ieiunij. Nam hoc est merus verborum latus. Siquidem, ut sepius ex D. Thomæ notavimus, intentio ieiunantis naturam ieiunij non variat. Quoties cibus in notabili quantitate sumitur, itas ieiunio fit, quecumque sit intentio ieiunantis. Concedit D. Thomas, esse, & quantitate sumat per modum cibi: 2.2. quæst. 68. art. 6. ad 3. Ex quantitate Angelicus arguit fraudem. Quoties ergo in repetitis potationibus sumitur, licet divisim, quantitas notabilis cibi, toties iniuria ieiunio irrogatur.

IV. Obicitur, Ecclesia cuique permittit in ieiunio bibere, quoties ipsi libet. Ergo permittit etiam omne id quod necessarium est, ne potus necet. Porro cibi aliquid sumere necessarium est, ne potus necet. Licet ergo erit cuique toties cibum sumere quoties bibit; dummodo id non fiat in fraudem ieiunij. Resp. Concedo (quamvis non pauci, & graves Auctores hoc negent) Ecclesiam permittere extra refectorem plures vini potas ad extinguendum sitim; inficior tamen ipsam permittere plures comediones; sed unicam tantum concedere aio. Qui autem sepius parum cibi capit, non semel, sed pluries comedit. Igitur adversus legem ieiunij peccat.

CAPUT XIV.

De collatione serotina: de illius quantitate, & qualitate: nonnullæ alia quæstiones super hæc materia resolvuntur.

Capite septimo originem, & progressum refectioculæ serotinae explicemus; illamque non adversari integritati ieiunij demonstratum est. Dicitur fuit illi originem hanc collationem duxisse a Monachis, qui in ieiunij, a sua tantum regula indictis, ante, vel post colloquia sua spiritualia, quæ collationes dicebantur, aquam bibebant. Hæc bibendi facultas etiam ad ieiunia quadragesimalia extensa fuit, cum Religiosi ob laboris delatationem potu indigebant. Usquequidam ieiunium solvi consuevit vel

vespere, vel hora nona, seu tertia postmeridiana, collatio serotina nihil præter potum aquæ, vel vini admittit. Aliquando etiam electuaria, at tempore divi Thomæ Aquinatis, iumentur per modum medicinae. Retroacta æcena, seu prædica ad horam tertiam, iam tum collatio aliquid cibi admittitur cepit. De hæc itaque serotina collatio ne sequentes quæstionibus resolvatur.

II. Quæst. I. Quantum cibi sumi possit in collatione serotina? Resp. Antequam quid ipe sentiam profero, brevissime ob oculos ponam incidium, & progressum quantitatis cibi sumi consuevit in hac collatione. Ut dixi, sub incitum, & usque ad quartam decimam Ecclesie. Incellum collatio nihil præter potum admittit. Secundo decimo quantum labente, & quindecimo incunte, præter potum, fructus, & herbas sumere in serotina refectioculæ Christiani ceperunt. Tempore sancti Antonij licitum solummodo erat sumere vel herbas, vel fructus, vel electuaria, ne potus noceret. Uti sumendum panem nondum erat inventus. En verba sancti Archiepiscopi II. Part. tit. vi. cap. 11. §. 9. *Cum commentis usas Christianorum sit facere collationem de sero, aliquid parum sumere cum potu, sicut alia consideratione, quoties non intendunt sumere per modum medicinae, ne scilicet vinum necet, sed ieiunium consuetudini, quæ ea ratione videtur introduci; pie est interpretandum factum eorum, & excusandum: & hoc, nisi sumerent in quantitate notabili, vel de pluribus generibus fructuum, vel fructus ad nutriendum. Et quæ panis est principalis cibum ordinatus ad nutriendum, omnino congruum videtur panem sumere. Sumere autem bacellam panis frangit ieiunium. Neque hoc tempore consuevit obtinebat sumendi collationem ad nutriendum. Quoniam D. Antonius ait excusandum esse, & pie interpretandum factum illorum qui non intendebant sumere collationem per modum medicinae. Sola bacella panis ieiunium frangebatur. Similia habet Sylvester, qui habente lœculo quindecimo, & sextodecimo ingente florbat, verb. ieiun. num. 10. De collatione serotina generaliter sitendum est, quod quædam sunt quæ nec sumuntur, nec sunt ordinata principaliter ad nutriendum, licet nutriant aliquoties; ut panis etiam vini, & electuaria, & alia medicina. Quædam vero sunt ordinata principaliter ad nutriendum, quæ in cibum sumi consueverunt; ut panis, & secundum Petrum de Palude fructus, & herba, & principaliter panis. De primitis ergo, & de secundis,*

huc

excepto pane, non est dubium quod licite de fera sumatur causa medicina, id est in necesse potus; licet non per modum cibi. Sed, si non sumatur per modum medicine, secundum diversitatem, pie interpretandum est ratione consuetudinis, que eo de causa videtur introduci; quod etiam sentit Pavonitinus... Unde, quia circa hoc legem altam præter consuetudinem non habemus, dico, quod, ubi est consuetudo, licite sumitur panis, si aliter non habetur, vel, si habetur, illud stomacho nocet, et non reparat sufficiens contra potum, hinc etiam licet, ubi est consuetudo de non sumendo pane, ipse in foro consuetudo consuetudo non obligat, nisi in quantum legislator intendit; ut patet ex dictis supra. Consuetudo §. 13. qui non intendit ut sine pane bibas, quando sive pane potus, quo ininges, obest; ut quia fructus non habes, vel, si habes, non habes stomachum fructibus opportunitum. Similiter scribit Caietanus 2. 2. quæst. cxviii. artic. 2. Licet prescis temporibus non fuerit forte licitum sumere fructus, herbas, aut buccallam panis, ne potus laeret stomachum... hoc tamen omnia licita sunt per modum medicine in vesperis potu, fructus colligite... Deservendum tamen est consuetudinem fore, si fructus, ubi non convenit sumi panem, non sumatur sua rationabili causa, puta quia fructus nocent, aut non habentur, aut non possunt contineri detentibus. Temporis tamen tandem obtinuit consuetudo sumendi panem. Nam, ut supra dictum est, D. Carolus Borromæus concessit per hac serotina refectiunculam unciam & dimidiam panis, ac vini poculum.

III. Quantitatem panis, quam per serotina cenula definit S. Carolus labente seculo sextodecimo, ineunte seculo decimo primo, augere coeperunt christiane. Ethica traditores. Iam enim hoc tempore collatio sumebatur, non solum per modum medicine, sed absolute per modum cibi, ut testatur Atonius Tom. II. Lib. VIII. cap. xviii. quæst. iv. ubi inquit; Fætor quidem illam primo vesperie cause somni accipimus, & idcirco etiam indigent. More tamen, & consuetudine introductum est, ut ea absolute, & simpliciter utatur. Idipsum confirmat Lellus Lib. IV. cap. 11. dub. 2. num. 11. Item sumentes collatiunculam vesperinam, etiam si id faciant non solum ne potus nocent, ut olim, sed etiam aliendi causa, & absolute potus: quia consuetudo permittit. Hoc gradatim videlicet de collatione per modum medicine, ad collationem per modum cibi, consensum quantitas cibi aucta fuit. Sub initium bolus pa-

nis; deinde uncia cum dimidia, ut ex dicto Carolo retulimus; tandem, seculo decimo septimo ineunte, in controversiam pennis Theologus hac quantitas venit; & ex eorum contentione augmenonum reportavit, Grassius I. Part. desol. Lib. II. cap. xxviii. num. 29. cum aliis tres uncias cibi permittit, & nil amplius. Atonius Lib. VIII. cap. xviii. quæst. viii. permittit tres, vel quatuor uncias panis. Lerana cum aliis in Summ. 99. Reg. 206. Ieiunium quatuor uncias cibi concedit. Adolpheus in Summ. tract. 3. cap. 111. cum aliis quantitatem cibi serotini extendit ad tres uncias. Leander tract. v. disp. iv. quæst. 111. Caltopolans Tom. II. tract. 1. disp. 111. §. 2. n. 7. Diana tract. vii. resol. 116. amplificant ad octo uncias. Addit Leander quæst. xiv. cum qui definitur octo unciarum quantitatem per unam, vel alteram unciam excederet, non fructum ieiunium. Insuper iuxta ipsum Leonardum quique potest has decem panis uncias aquæ immiscere, & coherere per cochleam papparium: quod sane iter circiter viginti & amplius unciarum, sufficiens ad oppellendum quælibet mediocre ventriculum, prandio antecedente præoccupatum. Reginaldus Tom. I. Lib. IV. cap. xv. dub. 10. num. 185. Füllinger Tom. II. tract. xxviii. part. 11. cap. 111. quæst. viii. n. 32. cum aliis assignat quartam partem ordinariæ cæne, quam ieiunantes sumere solent tempore quo non ieiunant. Alii præduntum iudicio totum relinquunt. P. Magister Milante in exercit. xxiii. in proposito. Alexandri VII. de collatione serotina hæc scribit: Ut cenula ista innocua sit, debet esse modica, ita nimirum ut octo unciarum pondus ordinarii hanc excedat quantitas illa que per refectiunculam sumitur, ita quidem universum viri quæ pietate, qua doctrina polletens docent, & ad praxim reducent. Dixi ordinariæ, quia ista esse cenula poterit esse maioris ponderis, quando videlicet aliunde majori eget nutrimento. Hæc domestici Scriptoris opinio laxissima est, & improbanda.

IV. Paucis pertraxi que tum antiquis, tum recentibus Auctores hac de re scriperunt. Quid porro mihi dicendum est in tanta opinionum varietate, ubi principia certa designantur, & ubi quique per arbitrio mensuras auget, minuitque? Ut consilio tollatur, & aliquam regulam que tum à laxitate, tum à severitate, quoad ferri potest, declinet, assignemus, ea primum omnium indicabimus que vel ab ipsius benignioribus Casuistis respiciuntur. Diana, Salmanticenses, & alii in magno numero impro-

bant

bant, tanquam laxam & improbabilem, opinionem que per collatione serotina quartam cæne partem assignat. Nec aliquid probabilitatis eidem conciliat lepidia & illa responsio P. Patrini Spoter, qui in append. ad 3. præcep. Decal. sect. 2. num. 26. hæc reperit in defensionem laxæ opinionis, quam sibi adoptat. Mistant illi Germanis tempore ieiunii suam calicem calicem, cibum, & vina pinguis, fructus, & confecta &c. & ieiunium vinum cum ipsis. Communi opinio inter recentes Casuistas illa est quæ octo uncias panis, seu cibi permittit. Er hæc est etiam post illam que permittit quartam cæne partem, omnibus laxior. Secundo animadverto, consuetudinem legitime introductam posse variare ieiunii formam. Tertio admitto, consuetudinem investitam esse sumendi collationem serotinam. Concedam, hanc collationem, nemum tolerari, sed & appetitam esse. Tandem consuetudinem introductam esse, ut in hac collatione aliquid cibi, præter porum, nempe panis, & fructuum, seu herbarum, sumatur. Veram illa consuetudine approbata est quantitas illa octo unciarum, quam per arstitio assignant plures recentes Theologi. Quin etiam quantitatem vere Ecclesie consuetudinis advertari facile colligitur. Quandoquidem sancti Episcopi, ut Antonius, Caietanus, Carolus Borromæus, alique, qui præfate collationis originem, & introductionem propinquiores fuerunt, oppositum aperissime docent; & dantes panis non permittant, Theologi, qui his Sanctis vel suppare, vel viciniores fuerunt, tres, vel ad summum quatuor uncias panis concedunt.

V. Ut itaque, sicut præmissi, media ego via incedam, opiniones, que sive quartam cæne partem, sive octo uncias permittunt, renicio, tanquam laxas, & ut ego arbitror, à vera consuetudine Ecclesie exhibitates. Patululum quoque, quin plitquam paululum, ab antiqua recedo severitate; & sanctis visis medicis, ut ita dicam, iustis consuetudinibus tenatis, gravioribusque Theologis accedere volo. Duas uncias panis, & unam unciam aut amygdalium, aut ficum, aut nucum, detractis corticibus, permittentem in collatione ieiunia. Hæc sententia minus recedit a Sacerdotum doctrina, & præciè simul ætate humanitati indulget; sed indulgentia ita moderata est, ut à laxitate recedat. Non negaverim tamen, iuxta varias corporum constitutiones posse aliquid quantum præfatum regulam relaxari. Quamobrem diu in ea sui opinione, nihil

videhæc statumendum esse super illius collationis quantitate. Sed experientia didicimus, nimirum periculosè laxitatem, & etiam servatam obnoxiam esse sententiam illam quam nihil statuent; omnia autem iudicio reseruit. Ex ea quoque magna confusio in ieiunio observantia legitur. Nam Christiani, vel quia audiunt, vel quia legunt Calullos alios permittentes octo quantitatis uncias, alios concedentes quartam folite cæne partem, ex his opinionibus unam certam efformant, & quique ferre eorum Theologus factus, peculiarem usus collatiunculæ mensuram sibi præfinit; atque eo deinceps, ut asserat factis esse ad ieiunium, si a cenula serotina cum fame assurgant. His omnibus serio reputatis, congruum estimavi regulam assignare, que & consuetudinis non adeo vetustæ, & Sacerdotum præcis imaginem quandam referat, & laxitatem aditum præcludat. Præfata regula committit intersere omnibus potest; hæc aliquid ratione peculiaris constitutionis, possint aliquantulum ab ea recedere; sed, ne multum aberent, ad eam respicere debent. Et quamvis plures Casuiste nimis rigidam eam appellent, non ob id minus vera est; immo character ferè veritatis eius ob temporum calamitatem est, quod panis illam amplectantur, plerique laxas opiniones suscipiunt. Quapropter iure asserere poterit Diana coordinatis Tom. IV. tract. vi. de col. 116. Cum quantitatem unciarum cæne illa collatione, licet non esse statum sit; in hoc puncto non multo debemus adstrictiores, quæ talen quantitatem ab omnibus cum acclamatione, & brachiis expansis sustinendam esse video. Dicat, quæro, Diana, qui sine ita omnes qui cum acclamatione, brachiisque expansis hæc tam fulmineam opinionem? Nam omnes tum Patres, tum Theologi, quin ex Scriptorum relatione omnes Christiani qui vixerunt ulgus ad seculum decimumseptimum, hanc opinionem verbo & opere improbarunt. Qui sunt ergo illi omnes? Non graviores Theologi, & sanctiores viri? Nimis gentium. Er tamen idem Diana in laudata declatione inquit, consuetudinem illam que viget apud parvam numerat, non esse regulam ieiunii, sed illam que viget apud viros bonos, & conscientia timoratos. Confitero ergo Ecclesie vel ferotina collationem. Confitero Ecclesie certissime faveat parvæ quantitatis cibi sumendum. Soli recentes Casuiste propugnant, ut licitam, magnum octo unciarum quantitatem. Hanc opinionem brachiis expansis, & ore

apet-

aperto, & palato acclamante, suscipiunt Christiani manus pri, & iudicij. Ceterum & omnes, non solum antiqui, sed etiam nostræ viciores Sancti, ac Theologi, insuper & videntes tum pri Christiani, tum docti Theologi præfatam opinionem improbant, & sententiam quam nos docemus, confirmant. Neque ob id sigilli vel legeri haberi volumus. Quia in omnibus his que postsumus scribere, in benivolentiam partem propendimus: semper tamen a laxitate declinare studuimus. Sed de hoc iterum infra ferre reuertetur.

VI. Quæst. II. An præstata cibi quantitas collationis serotina, uel licet postea in periculo Natiuitatis, & Resurrectionis committatur? Resp. Communis opinio leuitiorum allegat consuetudinem obstruere ieiunium in periculo Natiuitatis Domini collationem quantitatis duplo maioris quam alii diebus. Ubi hæc consuetudo viget, dubio procul licet erit eiusmodi maiora quantitas. Sed difficultas est, num reuera hæc consuetudo vigeat: de qua re penes ipsos Auctores fides est. Venetis, ubi episcopus scribo, consuetudo illi hæc, quantum mihi scire licet, certe non obtinet. Sed ut ut sit, res tanti momenti non est, ut maiori egeret discussione. De eo aerius disputant, num licet quando periculum Natiuitatis incidit in diem sabbati, & festum Natiuitatis in diem longæ, licet maiore uti collatione. Et in hoc secundo puncto non ita se in primo conueniunt. At episcopus, sicuti prius, ita hæc secundo respondendo, standum esse consuetudini, quæ, ubi viget, licetiam redere potest in periculo, & Natiuitatis, & Resurrectionis. Peccosiosus, & Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ maiorem collationem. Sed, ut dixi, me fuisse hanc vigere consuetudinem in his nostris regionibus. Et certe in periculo S. Ioannis Baptistæ, Paschæ, & Pentecostes non obtinet. Inquirunt etiam, num consuetudo illi hæc faveat Regularibus. Sed ego non video cur fustigari non debeat, ubi reuera viget, Regularibus, quemadmodum laicis, quemadmodum illorum Regula expressè id non prohibeat: sicut consuetudo comendandi, in eadem in Quadragesima in his regionibus ubi obtinet, tum laicis, tum Religiosis faveat. Et ea ut velim, Alii ubi ubi viget differunt in præfatis periculis conam ad vesperum, & suscipiunt mane collationem: quo in calu communi negant, licetiam esse excedere contentam quantitatem dietæ refectiunculæ, quam sero sumptam abundantiore esse permittunt ob laborem nocturnarum vigiliarum: & hæc ratio evanescit cum mane, committatur prandio in cenam, collatio sumitur. Denique inquirunt, an possit uti privilegio istius consuetudinis sumendi maiorem collationem ille qui vovisset ieiunare die veneris, vel altero die, si in hos dies pervigillum Natiuitatis incideret? Adhuc alii; & alii negant. Sed hæc mihi levia mihi videntur. Quare breviter dico, quo vovet ieiunium, vel qui pro lucrando lubitio ieiunium, non possunt uti dicta maiore collatione: quia illa maior collatio, non cœnula, sed cœna est, nec vero ieiunio conueniens. Quapropter ubi viget hæc consuetudo, illo die reuera fideles non ieiunant, quia ieiunio pro tali die derogavit. Voto autem obstricti, & lucratis lubitum ad verum ieiunium tenentur: idcirco maiorem illam collationem sumere nequeunt. Ex quibus colligit, quam rectè scripsisse laudari Auctores, si quis ieiunium, num conseruando non ieiunandi in periculo Natiuitatis Domini, aliarumque solemnium altitudo invaluerit: quam consuetudinem forte nullibi reperissent.

VII. Quæst. III. An, si quis excedere in quantitate serotina pro collatione serotina, ieiunium ieiunant? Resp. Diana coordinatus lib. II. tract. VI. res. 123. Leander tract. V. disp. IV. quæst. XXV. dicit, excessum duarum unciarum supra octo uncias, quas pro collatione serotina assignant, non frangere ieiunium: quia, dicitur, ex hoc ille loco parvitas materia habendus est. Sed alii communiter asserunt, quod due uncie excedant limites parvitas materie. Verum, sicuti ego supra reprobavi quantitatem octo unciarum; ita nunc reitico hanc excessum: & id quod iam dixi, reprobam, nempe non posse assignari quantitatem mathematicam istius collationis, sed solum regulam quædam, que neque a veteri consuetudine nimiam recedat, neque ieiunium in rectoriam tempore laxitatem declinet: quam regulam supra determinavi; ubique addidimus pro varia corporum constitutione potus paululum quantitatem illam vel minui, vel augeri. Quoad quidem ratio introducenti eiusmodi collationem fuit solamen nature, ut nempe homines possent ieiunium capere, atque corporalia munia obire. Quare ea cibi quantitas que satis fit ad excedendas, licet cum incommodo, & molestia, que a ieiunio inseparabilis esse debet, nature functiones, & inquam, quibus contentus esse debet. Et licet lib

ini-

ignitum quadragesimalis ieiunii ob stomachi vacuitatem difficile ieiunium caperet, non propterea illico collationem augere fas esset: sed oportere ut conseruaretur difficultas illam exercitio, & assuetudine devincere. Quod si post congruam experientiam victoria non poterat, led corpus nobiliter debilitate langueret, natura succurrendum foret, & iuxta prudentis, & evangelicæ benignitatis leges quantitas cibi augenda.

VIII. Quæst. IV. An in collatione serotina non solum cibi quantitas, sed etiam qualitas attendenda sit? Resp. Bonacina disput. ult. punct. 3. num. 3. docet quantitatem, sicut qualitatem, attendendam esse. Obsecra tamen, inquit, in secunda refectiunculæ uel ter tertia præberi cibi qualitatem, sicut in ventriculo quantitas. Quamvis enim communiter usu recipimus sit, ut in secunda refectiuncula sit ieiunium ubi quibus in die ieiunii ex seime ante, vel post prandium, ut sunt uicia, nucis, poma, vel alia ex saccharo, aut melle confecta: licet tamen potest fieri ieiunium; modo non sit ex coctis cibis, qui tempore ieiunii interdiciuntur. Porro etiam comedi pisciculos, aut exigua pars piscis maioris: immo multæ aliæ res in eadem refectiunculæ degustari possunt. Sententia Bonacinae accedunt alii pauci Catholici. Contra tamen auctorem sententia communissima est, nempe cibos, quos consuetudo in hac collatione concedit, esse determinatos, minime vero cuiusque generis. Alioquin, si licitum foret sumere indiscriminatim præfatam collationem ex quovis cibo quadragesimali, liceret etiam sumere ex cibis compositis, & concretis ex piscibus recentibus tritis, & ex aromatibus, & uti lacte amygdalarum, a liove iulculo, stillato ex acipiente, tructa, aliisque optimis piscibus: quorum, similitudine ciborum unica uncia plus nutrit, & satiat quam multe uncie herbarum, & lactium. Porro quis est uncias sumi posse coctas, immo decem, ex dictis cibis, quia ieiunium frangatur? Nemo sane, nisi christianam legis penitus inscius. Explora itaque hæc sententia, tamquam manifeste laica, respiciendum superest, quinam cibi permitti sint, & quinam vetiti in præfata cœnula.

IX. Quæst. V. Quibus cibi serotina in collatione serotina permitti? Resp. Iuxta communissimam, veramque sententiam sunt panis, sicca, oler, nucis, herbe crude, dulcioria, uel bellaria, idque genus similia. Quoniam huiusmodi cibi eorum non sunt qui naturam

sustentent, & consuetudo, que collationem introduxit, nos quoque cibos sumendos in vestit.

X. Quæst. VI. An licitum sit in collatione serotina sumere cibum compositum ex assuetudine, nempe panis, herbis, sale, & alio conditum? Resp. Leander tract. V. disp. XX. quæst. XXXV. & XXXVII. cum alii Caluisti asseruerint defendere sententiam, Quia, inquit, panis immixtus aquæ, aliisque simplicibus, non plus nutrit, quodam quantitas non auger, ac nutrit, si solidus, & separatim sumatur. Hæc siquidem mixto nihil substantiæ addit, nihilque novi nutrimenti. Cur ergo licitum non erit, servata quantitate, eiusmodi cibos elutatis miscere simul, & per coctionem componere? Hæc omnia meta inventa sunt, ad extenuandam ieiunii formam, & ventriculo indulgendam excogitata. Quare hanc opinionem, ut evidenter falsam, reiecitum. Et, ut omnibus illius falsitatem composita fiat, primum omnium explodendum est illud, quod, tamquam certum, obtrudunt, videlicet, aquam non nutrire. Quandoquidem, licet aqua a natura intrinseca sit ad siccum extinguendam, & cibum alterandam, ac per corpus distribuendam; artem certam est, atque extra omnem dispositionem, aquam aliquo modo hæc natura nutrire; ut experientia constat, & sententia Medici ferunt. Quia postea dicendum de aqua, cibis nutritiis immixta: Quis negare ausus fuerit, cibum concretum ex pane, aqua, sale, & oleo, & per coctionem compositum, non magis nutrire, & corroborare, quam si panis solus, separatim comedatur? Sed, quia effectus istius maioris nutrimenti, vel substantiæ nobis ignoti sunt, his relictis, libet rationem evidentem proponere, nisi tribulatio obnoxiarum. In cibo collationis serotinae id maxime considerandum est, quod sumitur expellit, & quod omne ieiunium incommodum auferat. Porro cibis compositis modo dicto, siue parum, siue multum nutrit, tamquam certe repellit, nullam quasi ex ieiunio molestiam experiri potest, nullumque panis incommodum. Ieiunium eo spectat, ut moderata fame carum, & concupiscentiam subigat. Accipimus nunc quinque, vel sex uncias panis, & duas uncias aliarum rerum stultitiam; deinde aquam proportionatam ad componendum cibum: que aqua, ut proportionata sit ad congruam coctionem, erit viginti circiter unciarum. Compositum itaque consistat viginti octo uncis. Demme, si vis id quod coctio consistit. Semper

per remanebant circiter viginti uncie papari, seu illius cibi compoliti. Nonne cibis iste magis implet ventriculum quam si partes separate fuerint? Nonne hominem se-mi contentum; ne dum optime prandium, quasi satiare valeret? Admissa eiusmodi cibo in collatione serotina, ubi, quod, ieiunium vel leve incontinentium? ubi velotus molesta? Et, etribane lectur, notum temporum ieiunium, quod quidam Casuista permitunt. Summo mane lex uncias cibi compoliti ex chocolate, & ex aqua, sub meridie optimum prandium, & sero relictionem cibi compoliti ponderi viginti unciarum concedunt. Sed hoc ieiunium simpliciter reprobat communitate Theologi, reprobat consuetudo Ecclesie. Quid de herbis dicendum? Crede communitate iunio debent, non tamen nequam aliquando, peculiaris ratione impo-nit, coclas sumi posse. Nota, vero ne panem vino immixti, potest? Minime, dummodo moderate hoc fiat. Ceterum, si compolitur ex pane, & vino conteres, licet dictum est de compolito ex aqua, & ex pane, potiori ieiunium frangeres; quia valde magis vinum quam aqua nutrit. Verum, dum quis fructum panis vino madefactum fuit, proprie non dicitur cibis compositis, solidus, & al-terius generis; licet est papparum coctum ad ignem ex aqua, pane, sale, & oleo. Communi sentus hæc omnia distinguit. Ex-trema vitanda sunt. Cicera quoque, fabas, lentes, oryzam, hordeum, & quecumque legu-mina cocta, & condita excelsiora collatione serotina.

XI. Quæst. VII. An in collatione serotina licitum sit sumere pisciculos resectos partes, aliquid butyri, casei, & syrini? Bonaci-pa, ut iam indicavimus, adfirmantem opi-nionem defendit cum aliis paucis Caluistis, quibus novissime accessit P. Sproer in *append. ad 3. præcept. Decal. sect. 2. §. 3.* ubi quodam-modo aversus P. Laymanum, & opusitum sententiam, indignatur. His enim verbis animum suum admiratione desumit. Ego miror Patrem Paulum Layman, aliam bonum Patrem, in hæc sola materia patrio-tis suis fuisse tam auctorem. Hanc sententiam non modo graviores Theologi, sed & benigniores Caluiste improbant, tamquam laxam, & falsam. Et, quia resecti non legit momenti, oportet præteritum duxi in hoc Dia-nam ipsum imitari, qui non modo loca Au-thorum allegat, sed & verba trancribit. Quoties enim allegatur Casuista allequi ven-tri favens, illico fides adhibetur; sed, si ad-versus galiam citatur, non tam facile credi-

tur. Referam primum omnium que scribit Diana coordinatos *Tom. 1. res. 116. num. 4. & seqq.* Aliter in dicta collatione sub-crene peccati mortali gravitatem licetiam non posse fieri in piscibus, ovis, & aliis lachrimis, seu cibis substantiislibus in coena manducari solitis: & ratio est manifesta: quia, ut dictum est, collatio est licita propter consuetudinem: sed con-suetudo, que introduxit dictam collatio-nem, non solum præscripsit, & præscri-bit quantitatem, sed etiam qualitatem ciborum; namquam vero per consuetudi-nem in collatione introducti licet cibi qui communitate ordinantur ad sustentatio-nem, & inter ferula apponuntur, ut pisces, ova, & legumina &c. ergo talia manducare illicitum, & peccatum erit. Veniunt, quia multi nolunt hæc verita-tem intelligere, ponant per extensum verba Doctorum. Ex his quos ille recen-set, & ex recentioribus aliquos, ego quoque referam.

Azorius *Lib. VII. cap. VIII. quæst. VIII.* In refectione vespertina solum edi possunt que ante, vel post prandium sumi solent, quales sunt fructus arborum, herbe, & alii quidam fructus leviores sumi soliti ex tantum ratione ne potus thoma-cho noceat, ut proinde sit corporela, si si cibi somantur qui postmodum ad nutriendum valent, qualis sunt legumina, & pisces. Retrahit que docetur *quæst. VII. Reginaldus Tom. I. Lib. IV. disp. XII. dub. 20. num. 185.* In collatione serotina solum edi possunt que ante, vel post pran-dium, aut cenam alias sumi solent, quæ-tia sunt electuaria, fructus arborum, patz hæræ, ova, nuce, pyra, poma, herbe &c. Si enim locus fiat, idem sumantur alii cibi, & qui valent postmodum ad nutriendum, ut sunt pisces, & legumina, non erit refectione, sed ieiunium solven-tur.

Billuicus *Tom. II. tract. xxviii. p. 2. sub 6. num. 36.* Cibi qui communitate ordinantur ad sustentandam naturam, & inter ferula apponuntur, videntur prohiberi esse: tales sunt pisces, ova, item insula ex legumi-nibus, amygdalaro, & humilmodi: hæc enim omnia prohibentur, quia non solent numerari inter cibos ad tentaculæ, sed inter cibos ad alendam, & sustentandam na-turam. Laymanus *Lib. IV. tractat. VIII. cap. 1. num. 9.* Qualitatem cibi in collatione in-temdi aiunt DD. communitate esse fructus, aut

aut herbas, adiuncto etiam pane, vel pi-sciculo, parvo, legendum Azorium; sed ego puto eum legi de pisciculo parvo, qui sumo siccat, vel aceto maceratus sit, qualis etiam inter leviores cibos numerari solet.

Stephanus Fagundes *de præc. Eccles. tract. IV. Lib. I. cap. IV. num. 18.* Consuetudi-ne ubique receptum est, ut in refectione, la soli fructus cum modico panis capian-tur; & hæc consuetudinem excedere non est licitum. Et si aliquid non nihil piscis adhibere solent, id quidem per correpten-tiam faciunt, non per consuetudinem legiti-mam: communis enim consuetudo est, ut fructus modici, & modicum panis in col-latione adhibeatur; non pisciculi parvi, vel tantillum magni piscis: non enim quantitas materic, sed materia prohibetur. Sancius in *select. disp. III. num. 8.* Nec ex cibis ad cenam aptis etiam in minori mensura poterit accipi refectione: obstat enim consuetudo ad id contraria.

Ioseph Angles *de ieiunio quæst. IX. art. 2. dub. 4.* In collatione serotina ne illa fa-miantur que per se ad nutriendum ordi-nantur, quales cibi sunt pisces, ova, &c. tam in his, quamquam simile quantitas non violenter ieiunium, ratione tamen qua-titatis violaret. Vivaldus in *canon. aut. part. ult. cap. XI. num. 23.* In refectione concessi possunt fructuum panis cum pyro, pontioque cum ova, vel paucis ficis, nucibus vel his si-milibus.

Berardus in *Sum. ser. part. I. cap. I. num. 69.* In collatione serotina concessi possunt aliqua electuaria, confectiones, vel pa-uci delicatius, fructus, & herbe &c. que ad nutriendum principaliter ordinata non sunt.

Jacobus de Grassis in *Deif. Part. I. Lib. II. cap. xxviii. num. 29.* Collatio de licet licet potest vel sumendo parum fructuum, vel butyri, vel panis soliti, vel utriusque iuxta morem regionis. Antonius de Leteratis in *Suom. Part. II. cap. XIX. num. 4.* Ieiunans in sero die non debet lumere aliquid commensibile quod in prandio consuetum est sumere; sed ali-quod per modum medicinæ, ne potus illi noceat. Molleius in *Sum. Tom. I. tract. cap. III. num. 24.* Nihil interest, si in pane vel fru-ctibus fiat humilmodi collatio; quamvis de-cessus fiat in fructibus.

Sylvius *2. 2. quæst. cxviii. art. 6. quæst. 2. Conc. Theol. Tom. V.*

Pisces autem pro collatione comedere, ut salomonem, iurium, asellum, & alios hu-jusmodi, non credimus esse licitum. Leander *tract. disp. IV. quæst. XII.* Tam-quam certum mihi respondeo, quod in col-latione non licet ut piscium relictibus. Primo quia consuetudo communis tam do-ctorum, quam vulgarium hominum usque ad hæc nostra tempora oppolitum tenet; ut contra: ergo istam excedere non erit licitum; sicut non est licitum legem exce-dere, nam consuetudo vel legis habet.

XII. Plurimi alii Auctores hæc eandem sententiam sentiant, ut S. Antonius *II. P. tit. XI. cap. 11. §. 9.* Selveller *ser. Ieiun. quæst. 141. num. 10.* Caietanus in *Sum. verb. Ieiun. sed & recentes, Lavourius tract. de ieiun. p. 1. cap. 22. num. 30.* Boia *part. 1. cap. 7. Medina in Institut. Conf. Lib. I. cap. 111. §. 10.* Laurus in *Sum. Lib. I. cap. 11. §. 24.* Ortiz in *Sum. cap. XII. num. 10.* Ioannes Medina *red. de ien. Cardinalis Cozza de ieiun. p. 114. dub. 5.* pleneque alii. Ex quibus omnibus colligit, sententiam Bonacianæ, & Tamburini, aliorumque paucorum esse omnino improbabilem, & falsam; atque adeo in praxi omnino relictendam. Sic con-cidit laudatus Diana. Ex his omnibus ap-paret licet ratione & fundamento contra communitate Doctorum sententiam locutum fuisse Bonacianum disp. ult. ubi alieni in collatione serotina non tam cibi qualita-tem, quam quantitatem attendendam esse. Nam, ut supra ex ore omnium Theo-logorum probatum est, qualitas cibi in re-fectione frangeret ieiunium. Et ita etiam sentiunt plures Patres nostræ Religio-nis, & ex Societate Iesu 3. me de hæc re-consulti. Unde minime dubitandum est, contrariam facientes peccare mortaliter, & frangere ieiunium. Scripsi hæc ad con-primendam adiaciam aliquorum, qui ex auctoritate Bonacianæ contrariam sententiam in praxi consilire audebant; que quidem sententia non est probabilis, sed falsa, quia est destituta rationibus, & est contra communitatem, ut vium est. Ergo &c. Hætenus Diana in citata *resol. 116. num. 23.* Si vel ipsi benigniores, & laxiorum opinio-nem detentores falsam, & improbabilem vancant opinionem que pisces comedendos per-mittit in collatione serotina, quos audebit enim impropterea propugnare, vel aliis am-plexandam consilire.

XIII. Quæst. VIII. An saltem pisciculi parvi, sumo exsiccati, vel sale conditi, ut asæce, camarones, sardine seu accidia, similes-que,

que, possit esse materia collationis serotina? Respondet. Affirmativam opinionem defendit Bonajna cum aliis, quos inter est Henricus a S. Ignatio, quod opter, & sine ullo examine hac de re verba facient, ait Lib. IX. cap. 1. num. 67. posse in suo Belgio sumi piciculus in parva quantitate. Sed contraria sententia communissima est, ut inquit Salmanticensis tract. xxix. cap. 1. par. 3. Scimus. 8. quorum verba illius transcribenda sunt. Sed omnium (sicut) Doctorum serotina docet, non esse materiam collationis piciculus parvus, siue recedens sint, siue sumi fuerit: quia, cum collatio serotina consistat in sero citius qui citius materiam esse possit, ut nullius est consuetudo introducta summi in piciculus parvus, ut testantur Palalibus, Acer, Polavi, & alii infrascripti. Ergo non super nos licet. Uterius: nam picies ex se ordinari sunt ad nutriendam, & sustentandam naturam: ergo eis non licet uti in collatione serotina. Sic Sanchez Lib. 8. conf. cap. 1. dub. 25. nam. 2. Ledelma tract. xxvii. cap. 11. Trullencium in Decal. Lib. III. cap. 17. num. 8. Villalobos tract. xxvii. lib. 7. num. 3. Palmi Tom. 6. tract. 1. disp. 114. par. 2. & 3. num. 6. Lexana verb. Isiam. omnia. 4. Fagundes de 4. Errori. par. 3. Lib. 4. cap. 10. num. 18. Diana par. 2. tract. 13. res. 4. & Bar. II. res. 117. & alii. Idcirco illorum verba transcripsi, quod resolutionis eiusmodi, facti cum sint, plus ad auctoritatem quam a ratione pendere soleant. Doctores siquidem, qui variis temporibus temperant, rectes sunt consensuendi. Porro illi testantur, namquam vixisse consuetudinem sumendi piciculus, etiam sumo excoctos, in collatione serotina. Manifestum igitur est non posse licite sumi praefatos piciculus. Ratio quoque hoc ipsum evincit. Enimvero, si communissima tum antiquorum, tum recentium Theologorum sententia est, prohibito esse in collatione serotina picies magno, & recentes, etiam servata quantitate, si salissima est sententia que statuit, quantitatem, lecus qualitatem attendendam esse in refectione serotina; nulla sane ratio superest que licitos ostendat piciculus parvulo sumo excoctos, vel acro maceratos in dicta collatione. Nam idcirco verbi sunt recentes, quia cibi sunt, ex primaria institutione ordinati ad commodum nutriendam, aliendamque naturam: quapropter nunquam consuetudo Ecclesie eisdem concessit in refectione serotina. An nunquid cibi non sunt, ad nutriendam, & sustentan-

dum naturam eodem modo ordinati, piciculus parvi sumo excocti, vel acro macerati? An sumi, vel acro sumi substantie illis admittit? Quin picies sumo siccati non raro meliores sunt quam recentes: idemque est de aliis piciculis aceto maceratis, qui nunquam solo aceto, sed simul cum aceto, aromatisibus etiam conduntur. Uterius, cur liciti erunt piciculi parvuli, & non magno, si quantitas levior? Sed, nunquid neque duas farinas salitas concederet Respondet, quod plura possent permitti, si ubi haberent, unde summi sumunt: sed quia ad oliscitiam viam aperitur, idcirco nihil est piciculus, siue recentibus, siue aceto, siue sale maceratis sumendum, cum communi Theologorum consensu statas. Ratio enim, ut dixi, aequa, proportione servata, evincit esse illicitos picies magno ac parvos: quia etiam parvi tunc cibi eodem modo ordinati ad nutriendum. Dic, quod, cur licitus erit sumere duas uncias farinarum, si hoc verum duas uncias theani, salinis, anigram, quin etiam crassa lactis, vel sumo, & sale macerata, quae vulgo dicitur herozeta, estque optima? Ob id ergo solum picies erunt materia collationis serotinae, si nomine diminutivo piciculi compelluntur? Cum itaque consuetudine rectis sint absolute in collatione serotina picies, tam parvi, quam magno, tamen recentes, quam saliti, prohibiti intelliguntur: ut communissime testatur Theologorum sententia. Et praeter allegatos Auctores addere iubet Leandrum tract. 5. disp. 11. quæst. xlii. ubi hæc scribit. An saltem licet in collatione uti piciculis sumo siccati, si loque conditis? ... Ut mihi certum respondeo, non posse: quia nec ratio, nec usus circumventionem, & imorate conscientie ad contrarium tacendum urgeat: ut constet, cum sit omnino contrarius. Ex his colliget, communitari opinionem in conspectu nostræ nullo modo esse probabilem, utpote & ratione, & auctoritate destitutam: Quis enim praeter Bonajnam, alioque paucos recentiores eam defendit? Solum utique laudari Caietanum pro illa opinione, eo quod scribit in Summula verbi. Item in lib. 1. cap. Quia ad hoc videtur serotinum refectionem reduci, ut non referat, quid quisque sumat, si modum non excedit. Qui hoc Caietani verba allegant, ut evincant non esse illicitam qualitatem ciborum quæcumqueque ex permittis in prandio, in primis iniuriam irrogant Caietano, quia textum illius truncatum exhibent, & illius temporis consuetudinem ignorant. Tum liquidem disputabatur, num licitus esset in collatione usus pa-

ni, vel tantum fructuum arborum, vel herbarum. D. Antonium, & alii negabant, posse licite in collatione sumi panem; sed tantum fructus. Caietanus licitum utrumque defendebat. Quapropter sic incipit textus Caietani: *Non sumere in refectione parvos panis frangit ieiunium: quia ad hoc videtur serotinum esse. Clarior rem hanc explicat Caietanus 2. 2. quæst. exviii. art. 6. §. 2. ubi sermone habet de omnibus his rebus que in collatione serotina sumebantur. Licet presertim temporibus, inquit, non fuerit forte licitum sumere fructus, herbas, ac bucellas panis, ne potus laeret stomachum, quia ieiunium usque serotinum se est manducatio, ut Auctor dicit: hodie tamen omnia licita sunt per modum medicinae in vesperatio potu, fructu esse sante: quoniam tam consuevit christiani populus ut per unum malicium huiusmodi licet unum utat, quod manducavit. Dixerunt autem non est consuetudo licet; scilicet, ubi non consuevit sumi panis, non sumatur sine rationabili causa, puta quia fructus nocerent, aut non haberentur, aut non possent contineri dentibus. Evidens hinc est, non aliud Caietanum velle, nisi quod tum temporis licitum erat sumere vel fructus arborum, vel panem, parumque referre, quid quisque ex his sumeret, dummodo modum non excederet. Nec in Caietani, nec in cuiusque illius vel Serapioni mentem venerat picium utos in collatione serotina adhibendum. Nondum enim adeo laxata erat ieiunii severitas. Sed de hoc plura infra dicemus.*

XIV. Hinc mirari satis non sinit, P. Thomam Milantem, qui le purgatorio Theologia cultorem habet, in ser. sacris, docere que sequuntur. *Nec scrupulosi quidem Theologus (Craspolus ne Theologus Drana, aut Leander) infirmari audent (te posse velci piciculis recentibus) presertim quia viri prudentes, ac docti, immo Regularium coordinatis esse non videri in scrupulosi ieiunio consueverunt. Vin meliora Audi sequentia. Ut tangeat meam hæc in us proferam sententiam, etiam praesenti discipulis, siu ubi scrupulosi posse etiam magno picies in eadem quantitate permitti videri. ... Unde, bene loqui in prandio licet gustare picies conditas, licet potius in eorum cum debito moderamine manducare. Auctor ille invenitur contra Craspolus, quos Leander appellat: & tamen illorum benigniores tam laxam doctrinam sibi docent. Domestici Theologi aberrationem repeli, ut novum argumentum perhibeam, me non parum studio, sed veritatis amore succentium, molliorem Ethicem improbare.*

XV. Quæst. IX. An, quando in die ieiunii licitum est in prandio edere lacticia, & butyrum, quæ sit aliquod etiam capere in collatione serotina? & respondeo. Doctores qui negant licitum utrumque picium in collatione, negant quoque licitum esse utrumque ovorum, & lactis materiam: quoniam eisdem & ratio, & consuetudo obtinet adversus lacticia, & ova, ac adversus picies. An vero in rationibus læpterrationibus, ubi fructuum inopia est, licitum esse possit aliqui calæ cum pane sumere, res tanti non est, ut de eis disputare debeamus. Parvitas materiam, & necessitas exulare quandoque possunt. Quin alius etiam rationibus, ob capitis, vel stomachi debilitatem, infirmamque corporis constitutionem, praeter communem consuetudinem agere quandoque licet. Absolute tamen ubique collatio serotina sine lacticiis sit oportet. Quare nec patientia, nec alia pasta ex ovis, butyro, ac lacte concrete licite sunt in eadem refectione.

quod in uno, aut in altero exercit; sed ad id quod communiter contingit. Ad hoc autem autem committere non attingit terminum augmenti, nisi post expletum annum vigesimum primum. Eiusmodi tamen iuvenes fortes, & robusti aliquando, si in lege Ecclesie, lege tantum naturali adstringuntur cohibere concupiscentiam, & carnisque moderata inedia labere. Idcirco dictum est ieiunium prohibere iure naturali precepti: quo remedio postea in praxi quique uti tenetur, prout magis, vel minus indiget. Temper animadversandum est, quod sit Angelicus, & nempe consentaneus est, & magnopere consentaneum ut iuvenes exarctodormo, in ieiunio, expletum anno quatuordecimo, in ieiunio. Et de quibus valeat probabili nulli videtur sententia, iuvenes sanos teneri, aliquibus latem diebus, in Quadragesima ieiunare post annum quatuordecimum. Quod aperte indicat D. Thomas in IV. dist. xv. art. 2. quæstione 3. in cor. scilicet quia, quanto ad ieiunium prædictum appropinquat, tanto virtus naturæ magis reboratur, & augmentum tardius procedit, quia in quovis primis annis pervenit per se ad mediocritatem totius augmenti, ut Phil. dist. 2. hinc ieiunium quod magis appropinquat ad prædictum terminum, fuerit eis ieiunia magis commensuranda. Hanc obligationem, non tam ex Ecclesie præcepto, quod communiter tenentur fidelium spectat, quam ex iure, & æquitate naturali, & ex necessitate mortificationis in iuvenibus repero. Parochiorum vero, Confessoriarum & parentum est implere, & hanc obligationem docere. Si enim illi narrat privilegium quod a præcepto Ecclesie eos eximit, potiori tunc illi ob oculos ponere debent necessitatem & se adjuvandi observantia præceptorum Ecclesie, & comprædenti rebellionem appetitum, & carnis spiritum subigendi. Quodnam, quælo, naturæ iuvenum post annum quatuordecimum documentum inesse potest, cui annus vel alterum ieiunium in hęcmoda? Valde recto consilio potest tum ad assuetudinem, tum ad concupiscentiæ reformationem, ieiunare extim tenentur iuvenes, si votum ieiunanti aliquot diebus emittant. Item, si Confessoria pro certis annis penitentia aliqua moderata illis ieiunia imponant, ea implere adhiberi fuit. Quamvis autem iuvenes non obligentur committere ad ieiunandum, nisi expleto tertio septennio; tenentur tamen oblinere a carnis, & aique cibis vitiis, sicut ex utriusque rationis prædicti fuit; quod circiter septennium primum contingere solent peccatoque qui illi cibos veti-

tos subministrant. Tandem adolefcentes soluti sunt ab obligatione ieiuniorum, siue communitatis, siue Synodi: quoniam, si ob defectum ætatis liberi sunt a præcepto universali Ecclesie; multo magis immunes erunt a voto, vel præcepto peculiari alicuius civitatis, vel Synodi.

III. Quæst. I. An iuvenes qui expleto annum vigesimum primum, vel post incæptum Quadragesimam, vel post horum terminum die ieiunati, ad ieiunium tenentur? Resp. Omnes communiter adfirmant, eos qui post incæptum Quadragesimam complent tertium septennium, ad ieiunium teneri, si vel iuventus dies superesset post annos expletos. Ratio evidens est: quia præceptum Quadragesimæ individuum non est, sed integrum, respiciens quadraginta dies tanquam partes. Qui ergo non potest totum, tenetur ad partes, quæ implere valet; ut sepius dictum est. Circa secundum membrum quæstionis distillat est inter Auctores. Leander tract. de disp. viii. quæst. xii. contendit, non teneri ad ieiunandum iuvenes qui post incæptum ieiunii diem ætatem ieiunandi complent. Sed communiter, & probabilior est sententia opposita, quam deservit Sanchez Lib. II. de matrim. disp. xxv. num. 22. Bonacina disp. ut. de pæno. Ecclie. pæno. lib. num. 7. Lessana verb. Aet. Post. in dub. Reg. verb. ieiun. Salmanticenses tract. xxviii. cap. 11. punct. 6. num. 120. Ratio est: quia ex momento quod proximè consequitur annum vigesimum primum, præceptum ieiunii obligare incipit, & ergo, quatenus die hora, siue tertio, hinc veniat, siue non anni complentur, præceptum statim adstringit. Et reipia in susceptione Ordinum, in professione religiosa, in matrimonio anni computantur a momento in momentum. Nec alicuius ponderis est ratio Leanderi, quæ præceptum ieiunii respiciet integram diem, ut individuum obiectum. Quoniam sepius dictum est, præcepta morum moraliter accipienda esse, & secundum regulam prædictam. Præceptum ieiunii obligat per integram diem eos qui per integrum diem ieiunare possunt, & tenentur; alios autem obligat iura sorum statum, ut patet in illis qui descendentes a loco ubi non est ieiunium, & peregrinos ad locum ubi præceptum urget ieiunandi, ad ieiunium tenentur.

IV. Quæst. II. An Regularis professi tenentur ad ieiunia Ecclesie ante expletum annum vigesimum primum? Respond. Communis sententia docet, præfatos Religiosos non

non teneri; quia eadem ratio est de iuvenibus religiosis, ac secularibus.

V. Quæst. III. An Regularis iuvenes, quodam expleto tertio septennio, tenentur ad ieiunia Regularis quam professi sunt? Resp. Medicina in Institut. Conf. Lib. I. cap. xiv. §. 10. cum paucis aliis negat præfatos iuvenes teneri. Sed hæc opinio evidenter falsa est: & idcirco communiter Theologi eam improbant. Quandoquidem quilibet ante vigesimum primum annum votum emittere potest ieiunandi. Si vero ieiunium sponte quis se se obligari possit, quod nemo negat; cur non obligari possit, quatenus voto sit obligatus observare Regulam, quæ ieiunia præscribit? Sed Regularis iuvenes professi votum emittunt conformandi vitam suam ad Regulam, quam professi sunt, prescripturam. Ergo tenentur servare ieiunia quæ Regula præcipit sub eo onere quod Regula imponit. Si Regula præcipit observari ieiunia tum Ecclesie, tum alia quæcipia præscribit, sub mortali, ut Regula S. Francisci: tenentur sub mortali: si sub veniali, ut Regula Carmelitarum: tenentur sub veniali: si sub sola poena corporali, sicut sub poena culpe etiam levius, ut Regula Predicatorum, tenentur sub poena poena. Sanchez Lib. II. cap. xxviii. quæst. 11. Lessana H. Part. tract. xxviii. cap. 11. cunct. 5. difficult. 2. Villalobos tract. xxiii. diff. 4. num. 5. Fagundes de 4. præcept. Eccl. Lib. I. cap. viii. num. 8. Lessana verb. Ieiunium. Trullenchus Lib. III. in Decal. cap. xi. dub. 1. num. 1. Sylvius 2. 2. quæst. cxviii. art. 4. Reginaldis Lib. IV. cap. xxviii. num. 208. Leander tract. de pæno. viii. quæst. 12. Vigaudo tract. de pæno. iv. num. 88. Sponer in appo. ad 4. præcept. Decal. sect. 4. num. 49. Salmanticenses tract. xxiii. cap. 11. punct. 6. num. 121. & communiter alii omnes, paucis exceptis. Quare nullo modo reputanda est probabilis contraria sententia, licet probabilior eam appellet, & ut talem lectionibus proponat P. Viva quæst. x. art. 6. num. 4.

VI. Quæst. IV. An dubitans, non annum vigesimum primum expleverit, tenetur ieiunare? Resp. Negant communiter Probabiliter, illi principio nixi, quod in dubio melior est conditio possidentis. Sed quia non hoc principium in sola iustitia materia valere, sed loco demonstrabimus; idcirco nunc affirmamus debere præstratum dubitantem ieiunare ob illud verissimum, & universale principium, quod in dubiis tutior pars est eligenda.

VII. Quæst. V. Num senes qui annos sexaginta complerint, solati sint a lege ieiunii? Resp. Solutos esse a ieiunio lege vitæ ieiunantibus, non modo dubium sed & robustus, forteque, eo modo quo liberi ab eadem lege sunt iuvenes ante annum vigesimum primum, docent plures receptes, Trullenchus Lib. III. in Decal. cap. xi. dub. 7. num. 3. Grandæ 1. 2. cunct. 7. tract. xi. disp. vi. quæst. 1. sect. 5. num. 35. Leander tract. de disp. viii. quæst. xxv. Salmanticenses tract. xxiii. cap. 11. punct. 7. num. 150. ubi referunt declarationem Viva vocis datam a S. Pio V. Sponer in appo. ad 4. num. 50. Viva quæst. x. art. 6. ex

VIII. Senes ratione ætatis sexagenarie nullo modo exculantur a ieiunio. Idcirco enim exculantur iuvenes, quia certum est eos crelere, & corumque nutrimento indigere frequentius. Quapropter D. Thomas, & alique sancti, graveque Theologi declarant, iuvenes ante annum vigesimum primum solutos esse a ieiunio lege. Nemo autem neque sanctorum, neque graviorum Theologorum eximit senes sexagenarios, nec septuagenarios a ieiunio lege ratione prædictæ ætatis; sed solum frequentius exculantur senes, quia sequentibus in senectute occurrunt easdem dispensationis. Sic docent sancti, & antiqui Doctores. S. Vincencius exculantur senes in certis casibus, & ieiunio exculantur senes in certis casibus, sed non quando prædictum talem senectutem, & ut quilibet ad illud ieiunium comedens, vel qui perdidit dentes, & emendat lapsa, vel spiritus sancti facinus puri. Sed senes ætatis avarorum, vel amplius, qui senes nec possunt comedere, tales non exculantur in aliquo prædictorum; quia ipsi peccant mortaliter: & ideo cum diligenter omnes ieiunant. S. Antonius II. Part. tit. vi. cap. 11. §. 6. inquit. Senes, si sunt multum debiles, eo modo possunt ieiunare, sicut debili est de infirmis. Ratio autem senectutis tantum non excusantur, si sint fortes ad observandum ieiunium. Nec est determinata ætas ad aliquam legem ad quos annos quisque tenetur ad ieiunium. Narratur hæc ætatem defendit sententiam in Man. cap. xxiii. num. 16. Impunita ieiunio, ab hac lege parvus aliquid ad vigesimum primum annum hæc ætatem excimit sexagenarios senes secundum communem: quoniam sanctus Thomas nihil de hoc dicit, & merito, quia, ut sibi ait Gratianus, alii aliquid citius sunt ad id impositus: & ideo arbitrio prudentis, qui superioris est relinquendum est.

est. Et quidem (gratia Deo) octuagesimum annum agens perinde possum ieiunare, ac cum agerem sexagesimum, immo & quinquagesimum. Ioannes Pontius, qui nostram, communemque intentionem delectat, post relictum Navari delictum testimonium de ieiunio hoc addit verbi. Ieiun. cal. 18. Item de nobis affirmate positurus, qui octuagesimum septimum ætatis nostræ annum ieiunio anno 1725, attingimus. Omnes forte ieiunari nos quos ipse agnovit, & infirmos, sollicitus quam invenet viginti quinque, & triginta annorum, & vixi quinquaginta annorum, ieiunant. Quare, ut dixi, hæc nostra sententia communissima est penes graviores Theologos. Sylvester verb. Ieiun. 2. 3. quæst. cxxvii. art. 4. Medina in Instr. Conf. Lib. 1. cap. xv. §. 10. Ludovicus Lopez. II. Part. Instr. tract. de pen. cap. 111. Toletus. Lib. VI. Sum. cap. 16. num. 2. ambigue tamen loquitur. Armilla verb. Ieiun. Layman Lib. V. tract. VIII. cap. 11. num. 1. Valentinus 2. 2. disp. 11. quæst. 11. punct. 5. Tannerus disp. 11. quæst. 11. dub. 9. num. 102. Lessius Lib. II. cap. 11. dub. 6. num. 112. Reginaldus Lib. II. cap. xviii. secta. num. 209. Arrius Lib. III. cap. xviii. quæst. 1. Villalobos Tom. I. tract. 211. disp. 4. num. 6. Boracina dispensat. de præc. Eccl. quæst. 1. punct. ult. num. 4. Ledetina Tom. II. Sum. tract. xxvii. cap. 11. dub. 3. Ioannes à Crève Part. I. disp. præf. 11. art. 4. dub. 9. concl. 2. Fernandez Part. II. Sum. cap. 9111. §. 2. num. 20. Wiganus tract. de xam. iv. num. 91. Paulus Gabriel Antoine in append. de ieiun. quæst. vii. Unde contra ipsa opinio nobis probabiliter gradu fruitur. Dum hæc serbo, sexagesimum annum ago, & feliciter nunc quam ætate triginta, vel quadraginta annorum ieiunia observo. Quare opinio opposita pugnat cum experientia, pugnat cum doctrina SS. Patrum. Litem aliter agere Basiliensibus sufficit. Sententia affirmativa ac favorabilis ab Antonio ad ipsum (ieiunium) Ieiun. tract. libent. term. 3. de ieiunio.

IX. Obiicitur PP. Salmanticensis tract. xviii. cap. 11. punct. 7. num. 130. S. Pium V. anno 1570. de hoc interrogatus, viva voce respondit, esse excusatus, ut testatur Llamas III. Part. methodi cap. v. §. 20. Ergo ista tenendum est. Fateor me, legentem hæc decretorum decisionem, Llamas auctoritate onice fuisse, maximam ega talem Auctorem concepit exultationem, eumque reputatis primi subleji Doctorem. Et, cum mihi ignotus esset, esse librum sollicitè concilio; ac præter expectationem reperit Sum-

mulam parvulam, seu collectionem quamdam dubiorum, ex aliis Auctoribus concatenatam. Quæ hæc de re habet, illuc transcribo, ut inde lector colligat, quanti sit faciendum Llamas iste. Parcat lector, si professor luero quam oporteat: quia a multis admodum sui, plurimos auctoritate Llamæ decipit. Non itam (inquit loc. cit.) secundo obligatur ieiunare ecclesiasticis sexus: qui autem lenes acciderit, et in qua etate debeat ieiunare, non dicit determinate hinc inde, neque aliquid iure cautum videt, nec taxatum. Tamen gratias Deo, quod decetæ regula ieiuniorum certa, a summo Ecclesiæ Pastore decreta. Pius enim quintus, sanctissimus Pontifex, anno 1570. viva voce, non etiam in bulla Cruciate, ab eodem conella anno 1569. & anno 1570. decretis homines sexagenarios ad ieiunium non teneri ex Ecclesiæ præcepto. Excepit enim illos, etiam si Regularis essent, ad abstinentiam orationis, & ieiuniorum in Quadragesima, cum aliis Regularibus omnino extra privilegium quoad hoc relinquit, etiam accipientes Cruciatam. Insuper interrogatus circa hoc afferat, & certe satisvis: nam, cum ieiunium a ieiunio liberet, & ieiunium ieiuniorum magis sit, immo ieiuniorum continentia & invariabilis moribus, ut optime Cornelius in Summa verbo Ieiunium, ieiuniorum modis ante 60. taxatur, qui iudex est hinc præcipue conspiciunt delictissimis, quibus tunc ad talem statum pervenit, ne citari rebusse ad ieiunium virtute. Omnia verba transcribere placuit, ut inde colligat, Salmanticensis fidem nimis eam adhibuisse Llamæ, quam ipsos non legitè prohibere est; led de more apud alios citatum retulisse illius testimonium, et quo intelletur: Ergo ista tenendum est. Sed verba Llamæ expendamus. Pius V. anno 1570. viva voce, non etiam in bulla Cruciate, ab eodem conella anno 1569. & anno 1570. decretis homines sexagenarios ad ieiunium non teneri ex Ecclesiæ præcepto. Excepit enim illos ad abstinentiam orationis, quot ieiuniorum, quantum confessionis, quot disparata iophimata paucis in verbis? Statuit, & viva voce, & bulla Cruciate Pium V. dispensatæ sexagenarios. Bulla Cruciate, Hispania, Lusitania, aliisque paucis provinciis concessa est. Illud vive vocis oraculum est ne universale pro omnibus fidelibus, pro quibus certe non est bulla Cruciate? Cui cum bulla Cruciate copulatur illud vive vocis oraculum? Deinde que documenta produciunt, que testimonium in confirmationem illius vive vocis? Nulla. In reverso tanti momenti, quibus est declaratio doctrinalis pontificis, unus

Sum-

Summitate consilium narrationi standum erat? Quid quod Navarrus, Auctor gravissimus, & Pius V. suppet, difficultatem hanc verian, illius vive vocis nos verbum facit, facturus certissime, si vera fuisset talis vox? Quid quod respicit eam impugnat? Aut nuncius in Mas. cap. xxi. num. 16. nihil de hoc determinat. D. Thomam: & merito, inquit, quare illi citatus, illi tardus ieiunent: quare illi arbitrio prudentis relinquendum concludit. An, si Pontifex summus suo tempore declarasset, sexagenarios ad ieiunium non teneri, infirmis illi incertum esse Navarrus? qui tempore Pii V. Romæ degabat, et ipique Pontifici, ac illius successores percurat fuit (ut legitur in illius Epitaphio apud Bellar. de Script. edit. Vener. Martinus Navarrus.... Romanus professor, Pius V. Gregor. VIII. Sixtus V. P. P. M. M. carus.) Nonne hoc latius esset ad tenendum, tamquam falsam, & arbitrariam, Llamæ narrationem? Veram Llamas ipse si lo manifestè falsitatis eorum prodit. At, in bulla Cruciate Pium V. declarata, sexagenarios ex præcepto Ecclesiæ ad ieiunium non teneri. Ut falsitas evidens evadat, integrum bullæ paragraphum transcribo. Item, ut dicto anno durante immobis, & singulari regni, insulis, locis, terris, oppid. & dominis predictis (non extra illa) excusatus de consilio utriusque mediæ temporibus ieiuniorum totius anni, etiam quadragesimalibus vestit, ac pro eorum libertate, & libertate, ita quod qui carere considerent, servari in eorum ieiunio, ut iustissimum, hanc dicto ieiunio satisficere consuevit. Et sed hoc indulto servari carere, vivis & lactentibus consuevitibus omnino eorum ieiunio regulari. Patet hæc vero, Archiepiscopi, aliisque inferioribus Prælati, nec non aliis personis regularibus, & qui in ordine presbyteratus fuerint secularibus, ad ieiunium coacti, nisi sexagenarii fuerint. Duas itaque falsitates legitur Llamas. Prima est, quod assertit Pium V. declarasse, sexagenarios ex præcepto Ecclesiæ ad ieiunium non teneri. Ubi in toto illo paragrapho vel minimum verbum de præcepto Ecclesiæ? Quin Pontifex conceptis verbis docet, privilegium referri ad illa determinata pauca regna, & non extra illa. Sexto est igitur de iolo privilegio indulto illis regibus quibus bulla Cruciate concessa est. Falsus est erga Llamas ex hoc capite, dum assertit, Pontificem declarasse, ex præcepto Ecclesiæ sexagenarios non teneri ad ieiunium. Quod pura? Falsus quoque est, assertens, vel vi ipsius bullæ Cruciate, Pontificem dispensatæ sexage-

Conc. Theol. Tom. V.

narior a ieiunio. Solum namque eos excusat ab abstinentia a carnis, & lactentibus; ut ex sola lectione citari textus patet. Porro ex concessione lactentiorum inferre dispensationem a ieiunio est consequens dispensationem, propria Summi de Llamæ; non declaratio pontificia. Si vero hic Summista non erubuit evulgare bullæ, non sentiam modo, sed narrationem de præcepto Ecclesiæ, & dispensationem a ieiunio omnino falsam asserere; ams fides habenda est erit in arbitraria assertionem de vive vocis oraculo? Quid, si veliam alias locutere evidentiissimas falsitates, quas Auctor iste, non dico in tota illa Summista, sed in hoc ipso de ieiunio tractatu vendit pro veris? Arumam iusticiam indicare, quam videm Pius V. & Gregorio XIII. & Sixto V. alique Pontificibus adhiberi, dum hoc, cit. §. 20. non erubescit asserere, tamquam veri certam, præsertim Pontificis declarata & vive vocis oraculo, & bulla Cruciate quod illi qui sunt dispensati a carnis, sint dispensati quoque eo ipso a ieiunio. Quod, ut dixi, evidentiissima falsitas est. Quomam, ut vidimus cap. iv. Gregorius XIII. aperte asserit opotium in sua bulla Cruciate, ut est apud P. Grævelon collig. vi. in hist. seculi 16. sic enim legitur.... ita quod qui carere considerent, servati in eorum ieiunio ecclesiasticis forma &c. & si univertus ille paragraphus præfate bullæ perpendatur, particulam non typographum omissam utriusque in eadem bullam constabit. Ut ut res ista se habeat, illud certissimum est, in ea bulla sermone haberi de solis regibus, ubi eadem recepta est, & illis dubitatur infirmis, iudicio utriusque medici dispensatis. Quam ob causam P. Franciscus Vidal tract. xvii. append. 2. ad Wiganus eorum. It. de bulla Cruc. tract. cit. num. 3. docet, dispensatum pro bullam cruciatam in eorum carum non teneri ad ieiunium; negat tamen hinc inferri, non teneri alios qui dispensantur, non vi bullæ, sed ab Episcopo, vel ab alio superiori. Quod sit de hac opinione, in cuius probationem falsas omnino rationes Auctor probavit, ex eadem etiam constat, nec verbum ibi haberi de fidelibus universis, nec de iis qui non infirmatis titulo, led soliummodo ob piculum, lactentiorumque lassidum carnes comedunt: quis teneat ad ieiunia Navarrus, qui præfatis Pontificibus insper fuit, & tam communiter Theologi docent. Ex quibus omnibus colligitur, Llamam, bona utique fide, ut suppono, falsitatem manifestam scribere de eademmodi ieiunio Pontificibus, qui

M. nec

CAPUT XXI.

De iis qui cooperantur ieiunio obstricti, materiamque præsentem illud violandi.

I. DE peccatis quæ violatores ieiuniorum perpetrant, supra actum est, ubi demonstravimus toties aequalem peccatis, quoties in die ieiunii comedit; duoque peccata committere, quando ieiunium violat, ad quod tenetur tum ex præcepto, tum ex voto; unum vero peccatum committere, si violat ieiunium duplici præcepto imperatum, eo cum qui transgreditur ieiunium in pervillio S. Mathie in Quadragesima, vel S. Matthæ, quod in quatuor anni tempora incidat; quia hæc duo præcepta sunt eisdem rationibus, & idem obiectum inspicunt. In præsentia vero pauca distincti sumus de iis qui cooperantur ieiunio transgressi.

II. Quæst. I. An, negante ieiunij præcepto, incantans eliam paratum frangere ieiunium ad cenandum, graviter peccet? Resp. In primis certum est, quod, si obligatus ad ieiunium, paratificans ieiunij legem, alium inducat ad secum cenandum, duo peccata committit: quia & ipse præceptum violat, & alium ad violandum inducit. Certum itidem est eum graviter peccare qui, licet ad ieiunium non teneatur, inducat tamen alterum, ieiunij lege obstrictum, ad secum cenandum, & consequenter ad transgredendum ieiunium. Hæc omnia certa sunt, & extra disputationem posita. Difficultas est, an peccet ille qui alium, paratum frangere ieiunium incitat ad secum cenandum? Diana coordinatæ tract. vi. res. solut. 125, negat, hunc invitatum peccare; citatque pro sua opinione alios receptores. P. Viva fuso calamo Dianæ, apud quem alios Casuistas de legis passim testatur, sententiam refert; item alios distincti modis similitum Casuistarum, qui distinguunt inter eum qui est paratus ad violandum ieiunium, & eum qui est transgressor ieiunium, & alias subtilitates recitat, quas piæ sub examina inducere; licet ille omnes a se descriptas opiniones asserat esse iuxta Tamburinum probabiles. Verum, inanihus omnibus distindtionibus, dico cum communis sententia, Christianum peccare mortaliter, dum invitatur alterum Christianum ad cenandum, quævis invitatus paratus sit ieiunium frangere. Ratio evidens est: quoniam invitare ad actum malum peccatum est. Porro qui invitare lege ieiunij obstrictum ad cenandum, seu ad transgredendum

ieiunium, invitare ad actum malum. Ergo peccat. Utenius, qui invitare secum ad cenandum hominem ieiunio obstrictum, illi occasione præbet transgrediendi præceptum, & consequenter peccandi: sed hoc malum est: ergo manifestum est humilidum invitantem peccare. Hæc ratio non licet famulo aperte iannam domino suo, parato ad furandum, vel ad violandum virginem; quemadmodum ex propositione quinquagesimæ prima damnata ab Innocentio XI. constat.

III. Obiectis. Licet invitare, & provocare iulla de causa alium ad aliquem actum ex genere suo bonum, aut indifferenter. Sic parochianus potest petere a suo Parocho concubinatio sacramenta. Dicitur illi locare meretricij domum, & ab utraque mutuum depolere cum pacto solvendi usuram. Resp. Hæc, & similia exempla nihil conciliant adversus conclusionem nostram. Concedimus, iulla urgente causa, licitum esse invitare aliquem ad actum reipsum indifferenter; sed negamus, id contingere in nostro casu. Nam, licet cenare in genere sit quid indifferens; nihilominus cenare in eo qui lege ieiunij obstrictus prorsus est, ita est actus malus, ut in praxi nequeat a malitia separari. Quapropter invitare illum ad cenam, seu ad secundam comestionem, licet ad eam paratum, idem est ac invitare ad actum reipsum malum; quemadmodum, si invitare ad comedendas carnes, quarum comestio, licet absolute indifferens sit, in die tamen ieiunij ita est actus malus, ut sublati iulla sententia, nequeat concepti tantquam indifferens in eo qui lege abstinere devinctus est. Ad usurario licitum est homini, in gravi necessitate consistito, non petere ad usuram, sed accipere pecuniam mutuo, quam alter sine peccato dare potest: quævis sua iniquitate indigentem urgeat ad solvendum usuram. Parochianus habet ius petendi sacramenta, & petique actum bonum, quem Parochus sine peccato exercere valet. At ieiunians, qui prorsus est, ius peccato cenare nullo modo valet. De eo qui locat domum meretricibus, plura fere loco dicta sunt. Nunc solum addimus, quod si locatio esset actus malus, licet etiam in eo qui tenetur ieiunare, illicita foret. Ideo nulla ex praxitibus productis vim habet.

VI. Quæst. II. An liceat tabernariis, & cauponibus in diebus ieiunij sponte canam ministrare hospitibus? Respond. Dico cauponem sua sponte minime posse cenam ministrare hospiti-

hospitibus, quos aut certo, aut probabiliter credunt lege ieiunij teneri. Hæc namque ministratio adversatur tum dilectioni Dei, quæ iubet cavere, quantum fieri potest, & in nobis, & in aliis divine maiestatis offensam; tum dilectioni proximi, cuius spirituale perniciem pro viribus evitare debemus. Præsertim autem ex parte ministrato: spirituali proximi inani aperitur, utpote quæ occasione præberet in peccatum prolabendi. Hæc autem cooperatio dubio procul peccatum mortale est, ut declarat cap. Facientis dilectæ. Facientis culpam proculdubio habet qui quod post se corrigere, negligit emendare: scriptum quippe est: Non solus qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, participare iudicantur. Et negligere, eum posse deturbare perceptoris, nihil aliud est quam favore. Nec caret serapulo conscientia cordis qui manifeste facturus desinit cavere. Hæc opinio communior est, & ego unico veram, & secundam iudico.

V. Contrariam sententiam sustinent plures Receptores, Leander tract. v. disp. 10. quæst. xv. Ledesma tract. xxvii. cap. 11. dub. 4. Salou 2. 2. quæst. lxxvii. artic. 4. contr. 6. & alii apud eundem Leandrum, ac novissimè P. Viva loc. cit. artic. 4. ubi pro hæc sententia plures Casuistas allegat de more apud hanc Dianam. Suam appello, non quod ignorem alterius esse instituti; sed quod teneo ubique illum, tamquam suum magistrum, sectatur. At (quod mihi satis non possum) in hæc quoque opinionem concedere videtur Casetanus 2. 2. dub. 4. artic. 4. in fine, qui hæc obicit rationes. Ministrantes cibos non cooperantur peccato, sed comestioni, quatenus est actus deserviens facultati nutritivæ, & sustentationi naturæ. Hoc autem licitum esse, ex eo constat quod Deus ipse cooperatur illi comestioni, quatenus servit naturæ. Resp. Si hæc Casetani ratio consideretur, nullus foret actus malus, cui cooperari non posset homo: quia nullus est actus malus in quem Deus, ut provisor generalis, sub ratione entis non influat. Nulli autem homini hoc conceditur. Quare, licet comestio absolute sit actus indifferens: in eo tamen qui ieiunij præcepto obnoxius est, actus malus evadit. Neque præcisiones metaphysicæ, potissimum sine urgenti necessitate, in negotium controversiis transigendis admittende facile sunt.

VI. Quæst. III. An cauponem requisitus possit peregrinis, & viatoribus cenam præbere? Resp. Neque requisitus possunt licite cau-

pones cenam præbere, quando certo, vel probabiliter credunt, hospites suos lege ieiunij obstrictos esse, ob rationes modo allegatas. Sicuti enim non licet petenti cibum concedere, quo ipsum prevedimus male utrum, ut patet de Amalecitis illo (li. Reg. cap. 1.) qui Saulem habere infumum preffit, & pocna mortis reatum diluit, licet Sauli petenti mortem acceleraret: ita vetitum est præbere cibos illi quem certo, vel probabiliter credimus eisdem adhibituram ad mortem animæ suæ, nempe ad violationem ieiunij. Quando cauponem probabiliter credunt hospites suos non teneri ad ieiunium, possunt licite illi cenam præbere. Et, dum viatores cenam petunt, possunt, & debent cauponem præferre, illos ad ieiunium non teneri, vel quia imprudens fons, vel quia ob aliam causam excusantur; quando tamen aliunde cauponibus oppositum non constat: quia de proximo, non quod deturrit, sed quod melius est, præferre debemus; & nemio prolixiatur malus, nisi probetur.

VII. Quæst. IV. An cauponem cenam præbere hospitibus possit quæ certe tenent ad ieiunium teneri, quæque præcedunt alio sturo ad cenandum, si cenam dato ipsi resulant? Resp. Neque in hoc casu licite possunt cenam præbere: licet aliquam lucri iacturam patiantur: quia non licet propter commodum temporale minime spirituali proximi cooperari.

VIII. Quæst. V. An cauponem, cum deturrit, utrum hospites teneantur ieiunare, deturrit eo interrogare? Resp. Ut distum est, quando peccatum rationes dubitandi non occurrunt, cauponem præferre debent, hospites cenam petentes ieiunij lege non esse adstrictos. Cum vero rationes dubitandi habeant, vel dubium deponere debent, vel eoc modo interrogare. Oppositum defendit Leander cum aliis tract. v. disp. 10. quæst. 1211. quia, inquit, hæc interrogatio nimis onerosa esset, & quæ ad cauponem non pertinet hospitum conscientias moderari. Rationes licet inanes sunt. Verum est cauponem curam spirituale hospitum suorum non habere: nec ideo interrogant, ut directè illorum conscientias, sed ut propriè saluti consulant. Ob curam ergo quantæ de propria salute. Cauponem habere debent, interrogare hospites de ieiunij obligatione tenentur. Nec onerosam putandum est id quod in propriæ animæ salutem consistit. Præterquamquod, sicuti sine difficultate cauponem interrogant de quantitate, & qualitate epularum; ita & de obligatione

ieiunii, sine rubore, & onere valent interrogare.

IX. Quæst. VI. *An caupones qui nolunt recipere hospites, nisi carni, peccatum grave peccentur?* Resp. Negat Palqualis desig. cccxxvii. eo quod caupones non intendant nisi lucrum, minime vero ieiunii transgressionem. Hauc opinionem inter nimis laxas cap. 3. dissent. 2. recensuimus. Et revera adeo laxa est, ut neminem, præter unum Palqualium, reperire mihi licuerit qui illum doceat. Peccant ergo mortaliter omnimodo caupones, qui nolunt hospites ieiunii tempore recipere, nisi coentur; quia in hoc casu non modo hospitum peccato cooperantur, verum etiam ad peccandum eos inducunt. At alios ad peccatum inducere, grave peccatum est. Ergo praefati caupones graviter peccant. Dissimulatio Palqualis dicitur, caupones lucrum, non peccatum, intendere, inutilissima est, quæ flagitii, & criminibus viam aperit latissimam. Neque usurarii peccatum, nisi usuram, sed lucrum percipere intendunt. Quis est qui peccatum, ut peccatum, intendat? Sufficit velle illam actionem quæ vel culpabilis est, vel peccatum necessario parit. Cena ieiunantium post primam commotionem repta est culpabilis. Ergo qui illam volunt, nequeunt non velle peccatum.

X. Quæst. VII. *An caupones, qui carnes ministrant in diebus quibus carnis usus prohibitus est, graviter peccent?* Resp. Distingunt communiter Doctores loca Catholicorum a locis hereticorum. Communissima sententia est, graviter peccare caupones qui diebus prohibitis carnes hospitibus non requirit ministrant; quia hæc via ipsos persuadere ad peccandum. Excipit casum necessitatis, aut privilegii. Peccant quoque caupones, si hospitibus, diebus prohibitis carnes pollutantibus, eas ministrant: quia nunquam licitum est in aliorum peccatum libere consentire. Quare, tanquam manifeste falsam, reitimus opinionem Leandi, qui tract. v. disput. ix. quæst. xvii. docet, posse caupones licite diebus prohibitis carnes præbere iis hospitibus qui iam decreverint carnes comedere, eo quod iam per ipsorum intentionem violatum sit præceptum; & exsecutio fiat virtute precedentis intentionis. Hæc sunt mera signata, omni fundamento destituta. Quandoquidem non solum intentio, sed etiam carnis comestio mala est. Quia Ecclesia diserte non intentionem, sed etiam carnium veræ. Ergo caupones, præbentes carnes ad comestionem malam & prohibitam, peccant graviter. Peccant quoque cau-

pones qui diebus prohibitis indiscriminatum tum pisces, tum carnes apponunt. Peccant pariter caupones, si in civitatibus hereticorum, vel mixto religionis, ubi nempe & Catholici, & heretici inhabitant, hereticos ad manducandas carnes invitent diebus ab Ecclesia prohibitis. Quid, si heretici carnes pollutarent? Primo certum est non posse caupones carnes ministrare, si heretici in religionis contemptum illas peterent. Si vero non in religionis contemptum, sed ad communiem nium carnes pollutarent; tunc caupones, si ministratorem evitare possunt, debent; si nequeunt carnes illis negare sine gravi, & notabili damno, dicunt Auctores committere, eos posse ad evitandam gravem vexationem carnes luppeditare, eo quod appetitio illa non sit sive nature mala. Quod nos sentiamus, in dissertatione de peccatis explicabimus.

XI. Quæst. VIII. *An qui in ieiunio quadragesimali cibos vitæ venales exponunt, graviter peccent?* Resp. Quærit veritas de ieiunio Quadragesimali: quia in ieiuniis infra annum constat licitum esse cibos prohibitos exponere: presumuntur enim expositi ad usum sequentium dierum. Hoc autem non contingit in Quadragesima, quæ plures hebdomadas continet. Communiter observant Auctores, quod, cum ad magistratus, seu Principes, & superiores civitatum pertinet regimen, eorum est etiam vitare ne cibi prohibiti publice venales tempore Quadragesimali exponantur. Hæc in magnis civitatibus ob multitudinem eorum qui carnis indigent, loca designata solent determinata, ubi demaxat cibi venditi vendantur. Communior ergo sententia est, non licere tempore Quadragesimali publice exponere venales cibos prohibitos: quia hæc publica venditio occasione multas præbet violandi præceptum; & scandalum pulsis ingerit dubitandi de præcepti obligatione. Quisque autem carnis lege tenetur impedire, & subvertere aliis; quoad fieri potest, peccandi occasionem. Consequitur hinc, venditoris graviter peccare, dum in Quadragesima vendunt carnes illis quos certe sciunt eisdem ad violandam ieiunium abuturos: quia dant operam ut illi, materiamque illis præbent violandi præceptum. Nec amissio licet hoc exculare valet: quoniam nullum ius habent ad vendendos cibos vitæ. Qui vendunt cibos vitæ privatum, & sine scandalio illis quos certo, vel probabiliter credunt habere vel privilegium, vel dispensa-

tionem, seu iustam causam manducandi præbentes cibos, non peccant: quia bona fide procedunt, & venditio sive nature indifferens est. In dubio, an emptor abusus sit tenere scilicet ad furandum, vel suprandam est in favorem emptoris: quia nemo proficitur malus, nisi probetur. Vel potest & debet, nisi valeat deponere dubium, emptorem interrogare, & iusta responsum ipsius actionem suam moderari. Leander tract. v. disput. ix. quæst. xix. cum quibusdam aliis oppositum docet. Sed quæ nos docuimus, communiora, & probabiliora sunt, ac in praxi sequenda.

XII. Quæst. IX. *An famuli, & ancille, parantes mensam, & cibos vitæ dominis suis ieiunii tempore, graviter peccent?* Resp. Quæritur est de dominis qui iustam causam non habent edendi carnes, sed volunt ieiunium frangere. Communiter Auctores recenset, ut Leander, Diana, Palqualis, Bonacina, Reginaldus, immo & Caietanus, Acrius, Fagundes, alique plures id afferunt sine culpa præitari: quia, inquirunt, coquere cibos, & osque ad mensam apponere, res est indifferens. Ex altera parte famuli, & ancillæ officio funguntur quod aliis diebus præstant. Non ergo operam dant rei sive nature illicitæ, neque comedenti domino inveniunt, quatenus ieiunium violat, sed quatenus prædat, vel comat. Fateor, tantam esse ingeni mei tenuitatem, ut vim rationum illarum percipere nequeam. Quid ergo? Numquid committunt Theologorum sententiam improbamur? Minime. Sed palam solum fateor, mihi eorum rationes non probari. Anne vitæ mihi erit hoc aliter? Rationem autem assigno, cur mihi eorum non probetur sententia; quamquam summo obsequio reverer eorum auctoritatem. (Hæc enim demissionis animi utitur, cum per obliqua, & abrupta ambulamus.) Utique carnes coquere, & edere carnes absolute ex genere suo est actio indifferens. At carnes coquere, & ad mensam apponere die ieiunii actiones male sunt; sicut & die ieiunii carnes comedere malum est. Die igitur ieiunii potest famulus coquere, & apponere carnium patellam ad mensam; die veneris id non valet, quia carnes die veneris sunt vitæ: sicut non potest die ieiunii introducere in domum domini concubinas ut ea abutatur potest eam introducere die veneris; si eam in ipsam duxerit. Clarius. Famulus qui tenet scilicet, ut dominus ascendat per le-

nestram ad furandum, vel ad ieiunium violandam, peccat mortaliter: quoniam opinio opposita damnata fuit ab Innocentio XI.

XIII. Respondent, discrimen esse: quia tenere scilicet ad furandum, vel suprandam est actio sive nature mala, ideoque nunquam licita; appollo vero carnium, & menæ instructio sunt actiones indifferentes. Hæc responso mihi videtur evidenter falla. Enimvero tenere scilicet, ut dominus per fenestram ascendat sive nature indifferens est; & ex sola fine circumstantia bona, vel mala evadit. Accidit per scilicet, coniunctus cum furto, actio mala est; coniunctus cum defensione innocentes, est actio bona. Idem omnino contingit in nostro casu. Appollo carnium absolute indifferens est; coniuncta cum circumstantia inviendi domino ad corporis nutritionem bona est; coniuncta cum circumstantia transgressiendi præceptum ieiunii est mala. Neque opponere potest, famulum non apponere cibos, ut dominus violet ieiunium: sed ut comedat, quod est indifferens. Quoniam etiam famulus sustentans scilicet dicere potest, se non sustinere scilicet, ut dominus furetur, sed et ascendat; quod indifferens est ad bonum, & ad malum. Quid ergo? Anne copendi sunt omnino famuli, & ancillæ, ut famulatum relinquunt, quo vitam alunt; atque ioculo dominos inquirant, quos non semper reperire valent? Interim quomodo vivant, cum nihil habeant? Quomodo se gerere debet Confessarius, cum solum audit confessiones? En clara, ut ego quidem arbitror, difficultatis resolutio. Dominus indigere possunt esse carniam. Non oportet ut hæc necessitas famulis innotescat; sed isti præsumere debent dominos suos etiam vitæ ex iusta causa carnes comedere, & cenare. Et quia communiter Catholici, dum prædatis diebus carnes comedunt, aliquam necessitatis causam allegare solent; iudicio communiter famuli coquere cibos, & parare mensam eorum his diebus sine peccato valent. Nec etiam eis inquirere, num vera, vel apparens sit causa quam allegant. En pro via præsi facillimam resolutionem. Ceterum, si essent aliqui domini na celesti, & impudentes, ut aperte dicerent, se nullam habere necessitatem manducandi carnes, sed velle eas comedere, quia de præcepto nihil curant; & consequenter sui famuli certo scirent, dominum revera peccare carnes illas comedendo; dico, hinc in casu, non adeo frequenter, nec tamens rarissimo, peccare mortaliter famulos carnes apponentes, mensamque instruentes, atque,

nam necessitatem carnis vesci, & hac ratione posse communiter carnes apponere, & mentiam illustrare, illis inferendo. Contra vero, cum domini aperte declarent, se carnis vesci, non propter aliquam peccalorem indigentiam, sed quia nolunt præceptum ieiunii observare (hoc in sententia Theologi advertitur quæstionem hanc veriant) & famulis hoc innotescit; domini isti profecto suspitionem incurrunt, male se de religione sentire, cum præceptum ieiunii inter characteres religionis catholice computetur, perditæque conscientie homines se se produunt: ab illis proinde, tamquam ab occasione iniquitatis, scandalorumque sententia, recedere famuli debent. Neque patris, cum alatur, eos desinet, & propter regnum Dei occasionem relinquunt peccatum. Sententia hic explicata, & mitis, & vera mihi videtur. Tu tam, quam magis veritatis, & pietatis conscientiam iudicaveris, obije.

XIV. Quæst. X. An possit quis in die ieiunii invitare amicum ad convivium suum, cum certo sciat eum alio convitaturum? Resp. Leander tract. v. disp. ix. quæst. xxxi. docet, posse illum qui a ieiunio dispensatus est, alium invitare amicum ad secum convivendum, quem certo scit alibi convitaturum, & consequenter fracturum ieiunium. Hanc opinionem defendit, præter alios, etiam Cælestius 2. 2. quæst. cxlvii. §. ult. vobis. Si iustus amicos. Sed non hanc sententiam, tamquam improbabilem, & fallam, recipimus: quoniam erroneum est asserere, ieiunium esse etiam parato ad perpetuandum malum cooperatum, materiamque illud æquequæsi præbere. Sic sentiant Valquez de scandalo art. 1. & 3. Sylvius 2. 2. quæst. cxlvii. art. 3. quæst. univ. post. conclus. 2. Trullenchus Lib. III. in Decal. cap. 1. dub. 3. num. 20. Bonaccia dispic. ult. de præcept. Eccles. quæst. 1. puncti 3. numer. 9. Fagundes de 4. præcept. Eccles. Lib. 1. cap. x. num. 12. Comitulus Lib. IV. Resp. mox. quæst. lvi. numer. 6. prope finem. Quid, si amicus invitatus ad convivium paratus non sit? Etiam hoc in casu licetum esse illum invitare docet Leander. ibid. quæst. xxxii. quantum creditur probabiliter obiciuntur, amittuntur. Hanc quoque opinionem recipimus, ut improbabilem: quia hoc est præbere occasionem repta conviviendi, & violandi ieiunium. Quænam enim efficietur occasio quam mentia instructa elerenti

vicina, & sicuti pecula proxima? Sed audi de Leandrum respondentem: Si iste (invitatus) aliquid tale occasione violandi ieiunii accipiat; id proprie eius malitia est imputandum, non invitantis. Hæc non impugnationem, sed contempationem exposcunt. Quæ enim aperte sacra Scriptura, quæ tot supplicia offendiculis proximo præbentibus trinitur, contraria.

XV. Quæst. XI. An patres familiaris tenentur compellere filios, servos, & domesticos suos ad ieiunandum? Respond. Quæ penes omnes ad ieiunandum oportet. Extra discussa sunt, præmittamus oportet. Extra discutatum est, ad parentes, & dominosque curam filiorum, & domesticorum disciplinam pertinere. Id aperte & sine naturæ, & lex Dei præcipit. Inquit enim Apostolus Paulus 1. ad Tim. cap. 5. Si quis suorum, & vicinorum domesticorum, curam non habet, et in epistola ad Ephes. cap. vi. Patres nolite ad irascendum provocare filios vestros; sed educate illos in disciplina, & correptione Domini. Adfirmant omnes, in eo maxime paterni, & herilis officii religionem splendere, ut domestici omnes, sive filii, sive famuli, præcepta tum divina, tum ecclesiastica observent. Debent propterea patres-familia, dominique domesticis lotis congrua ad ieiunandum alimenta ministrare. Eorum est, si ieiunium filii, vel servi frangant, illos admonere, carpitur, increpare, & ad implendum præceptum urgere. Hæc omnia communia sunt. His præmissis, dico, patres-familias debere filios suos compellere ad ieiunandum eo validiore modo quo possunt; servos vero, nolentes ieiunare, e domo pellere tenentur. Primam partem docent graviores Theologi. Gabriel dicit. quæst. lxxi. art. 3. dub. 6. Toletus Lib. VI. cap. v. Sylvius 2. 2. quæst. cxlvii. art. 3. Comitulus Lib. IV. quæst. lvi. Navarrus cap. xxv. num. 26. & alii plures. Veritas hæc aperte ex Scriptura sacra colligitur. Nam hæc habentur Prov. xxiii. Noli subtrahere a pueris disciplinam. Tu vobis percutite eos, & amicum eius de inferno liberabit. Et cap. xlii. Qui parci virge, edii filium suum. Non modo consilii, & adhortationibus, sed virga etiam impetitur, ac afflictionibus, seu percussioibus. Spiritus sanctus vult parentes compellere filios suos ad servanda ea præcepta quorum observantia illorum animas ab inferno liberat. Quare pliusquam fallam reputamus opinionem Leandri, assentientis non pertinere ad parentes regere conscientias ipsorum, scilicet filiorum: quia (inquit Leander) ad pa-

rentum manus perinet providere filiis de victu, non vero regere conscientias eorum: quem quam propositionem dissent. 1. cap. 1. inter nimium laxas opiniones recensimus. Et que, malum, est Theologia illiæ? Ad parentes non pertinet regere conscientias filiorum in observantia exteriori præceptorum Ecclesie; sed tantum providere eis de victu. Hanc disciplinam bruta exierunt erga patres suos. Famulis ratione præditi, & religionem christianam profitentes, lege caritatis mutuo se se influere in religionis proximi virtutibus; & præceptis adstringuntur. Patres vero, præter communem caritatis debitum, lege tum naturali, tum divina erudire filios suos tenentur in religione quam profiterentur, illis divina explicare mandata, iuxta illud: Pater filius notam faciet, veritatem tuam. Mat. xxviii. Itaque caritatis lege tenentur patres non solum admonere, & hortari filios suos ad observanda Ecclesie mandata; sed etiam virga percussioibus, ut inquit Salomon, compellere rebelles debent, & cogere. Ad quod valeret paterna potestas, si nihil iuris haberet ad ea impedienda que mortem spirituum filii ingerunt? Debent ergo patres & cibos vestros, & secundam conscientiam filii in die ieiunii liberare, & aliisque modis eos cogere ieiunandum. Prudentia filium opus est. Malis malum ex duobus necessariis malis semper vitandum. Hinc, si pater proderet scandala gravia prævidere, et violenta coactione filiorum ad ieiunium servandum, posset exercitium ieiunium patris suspendere. Famulos vero ieiunare nolentes e domo pellere domini tenentur: quia, si domini non habent potestatem cogendi famulos, ut observent Ecclesie præcepta, potestatem habent eos expellendi e domo, cum eadem observare recusat. Hinc inter laxissimas propositiones recensimus opinionem Pasqualiti, assentientis, dominos non teneri necesse censam famulos, etiam si loquere id famulis poterant. Vide differentiam hinc cap. 12.

XVI. Quæst. XII. An domini, compellentes servos ad laborem impediunt ieiunium, vel nolentes eos conducere, nisi cum pretio, ut non ieiunent, peccati moraliter? Respond. Dico cum communissimi sententia, quam fere omnes graviores Theologi defendunt, peccare graviter dominos compellentes servos, & domesticos ad opera que ieiunium impediunt, quoties opera possunt sine gravi damno in aliud tempus differri. Ratio evidens est. Domini tenentur pro vinibus curare ut famuli, & domestici ieiunium observent.

Si autem compellerent illos ad ea opera quæ ieiunium impediunt, non solum non curarent eos ad observantiam ieiuniorum inducere; sed e contrario obliuiscere inducerent. Hanc sententiam defendunt Navarrus, Toletus, Azorius, Ricardus, Gabriel, Paludanus, Allenis, Rolelia, Angelus, Cardinalis Corza, & alii plures. Secundam partem docet expresse D. Thomas in IV. dist. xv. quæst. xv. *Nec veniunt illi a peccato immunes sunt, qui operarios condudere volunt, nisi tali pacto, ut ieiunium solvant; nisi forte sit causa necessaria, quæ festinationem operis pro qua laboratur, exposcat.*

CAPUT XXII.

Causæ a ieiunio excusantes sunt quatuor: impotentia, labor, pietas, & dispensatio.

QUATUOR proponitur causas, quæ a ieiunio scilicet excusare solent, in quatuor distincta capita dividuntur: quia de singulis plures quælibetque discutendæ, & resolvendæ occurrunt. In præsentem de sola impotentia sermonem habebimus. Impotentia duplex est, physica, & moralis: & utraq; a ieiunio excusat; cum lex impossibilis non præcipiat. Ut, quæ hoc in capite dictum sumus, facilius capiantur, diligendæque est impotentia a difficultate. Impotentiam eam appellamus quæ vel naturam supponit recipia distillatum viribus ad effectum præstandum, vel effectum præstare nequit nisi cum notabili eiusdem nature detrimento. Et hæc impotentia a ieiunio excusat. Difficultas illa dicitur quæ incommodum atque naturæ afferit in exercitio ieiunij, sed naturam non ledit, neque inceptam ad sua munia obsequia reddat. Hinc excusant infirmi, qui quotidianæ, vel tertianæ febril laborant; sicuti & valetudinarii, ac convalescentes; quin non modo a ieiunio, sed etiam ab abstinentia a carnibus immunes sunt. Quando vero dubitatio occurrit, num infirmitas, & debilitas excuset nec ne; medicus consulatur, & a superiore dispensatio pro maiori securitate petatur.

II. Quæst. I. An qui data opera impotentem se constituit ad ieiunandum, teneatur ieiunare; & an iste talem, qui ea intentione expressa carat ieiunio, veniat, vel rebus veniat, id est nimio coitu, ut impotens efficiatur ad ieiunandum, peccet contra præceptum ieiunij? Resp. Noli ad verbum me commoveri, quod eiusmodi quæstia exponam; sed illi

indignare qui eadem propugnant. Quæstionacula duas habet partes. Ad primam partem respondeo, impotentem ad ieiunium non teneri lege ieiunij, etiam quando impotentia oritur ex propria culpa: quia ad impossibilitatem isthæc proficitur. Hæc communissima sententia est. Secundam quæstionam partem inter propositiones laxas iam sub initium dissertationis recensui cap. 1. §. 2. n. 2. & non modo laxa, sed etiam item videtur, quatenus asserit, posse quæpiam expressa intentione nimio coitu se impotentem efficere, ne ieiunet, quin peccet contra præceptum ieiunij nec tunc quando apponit tale impedimentum. Quid enim peius ab Ethnico excogitari potest? Nam qui libere apponit causam, ex qua necessario sequitur omnisio præcepti, seu effectus a præcepto prohibetur, peccat contra illud præceptum. Prava siquidem illa, & expressa intentio, quæ ideo lex impotentem quis efficit ad ieiunium, ut re ipsa non ieiunet, directè respicit transgressionem præcepti iubentis ieiunium. Respondent, præceptum ieiunij non prohiberolum, neque venationem, neque coitum. Quæ sane responsio non minus inutilis est ac ipsa propositio. Nam verum est, præceptum ieiunij præfata opera absolute non prohibere; sed illa prohibet, quatenus impediuntur, sunt ad ieiunandum. Neque plus tempera impediendum in impugnatione opinionis aperte falsæ, quamque communitur, non modo antiqui, sed & recentes fere omnes tenuerunt, tanquam improbabilem, & nimium laxam.

III. Quæst. II. An excusatur ieiunium qui caligat, & dormit sine contræveniente, qui habet duo cauteria, quæ vertiginem capitis, vel stomachi debilitatem patiuntur? Resp. Caligantium plures inest impotentes ad ieiunandum recentem omnes quos in quarto descripsimus. Ut proles, solidae responso exhibeantur, in memoriam revocanda est distinctio impotentia, & difficultatis: illa siquidem, non hæc, a ieiunio excusat. Igitur, si ob coitum privationem illa frigidum corpus remaneret, ut ad somnum omnino redderetur inhabile per plures noctes; si periculum infirmitatis immineret, vel prædicationem sollicitet ad solitam calefactionem, & somnum percipiendum. Si collatio abundantior sufficiat; coitare non poterunt. Si quatuor uncie panis quæ immisceantur, & per coctionem papparium fiat; ac postea duæ uncie panis, & duæ

obsonii comedantur (quæ est refectio a pluribus Calaisis excogitata) incredibile est, corpus se refectum ad somnum, & calefactionem inceptum esse. Ceterum hæc omnia prudentis arbitrio relinquenda sunt. Illud solum semper per oculos habeatur, impotentiam, non difficultatem, a ieiunio excusare.

IV. Quæst. II. collatione mane sumpta, & prædico in vesperum dilato, ieiunare possent, teneantur ne id præstare, ut præceptum observarent? Negant plures recentiores, Elicobarius, Diana, Filiucius, Palqualis, Leander *ist. de disp. viii. qu. xxx.* Sed talium opinionem inter laxas recentium *cap. 1.* Non vero, illorum Auctorum rationem expendentes, laxissimam eam appellamus. At namque Leander cum aliis, homines præfata incommodo laborantes posse, si vellet, collationem mane sumere, prædico in coenam commutare, & hac via implere præceptum; sed, cum ius habeant prædico in meride, non teneri se tali iure privare. In illius verba loquar. *Si vellet, possent collationem mane sumere, & prædico in meride implere præceptum ieiunij. Sed quia quilibet habet ius ad sumendum principalem refectorem in meride in diebus ieiuniorum, ergo nullus tenetur, ut ieiunet, hoc iure se privare.* Cur, quæto, ius habent prædico in meride, præcepto ieiunij urgente? Nonne quæque meliori modo quo potest prædico Ecclesie implere adstringitur? Si Ecclesia tolerat ut fideles qui vel concionari, vel alia gravia negotia peragere debent, possint mane collationem sumere, prædico in vesperum dilato; cur non debeant fideles; ut præcepto Ecclesie obediant, collationem, cum possint, anticipare, & prædico differre? Quis fidelibus tale ius contulit, ut cum ieiunij præcepto in meride prædico valeant? Non ergo fideles præceptis, sed præcepta fidelium voluntati subieciunt? At quid plura congero contra opinionem suam nimia laxitate contentem? Opinio que illos excusat a ieiunio qui duo habent cauteria, etiam nimis laxa est, & improbabilis: quoniam delicta est tum extrinseca auctoritate (soli enim Sanctus, & Quintanadvenas, prope nihil scire licuit, eam defendunt) tum intrinseca ratione. Enimvero cauteria idcirco ab arte medica prescribuntur, ut natura per eadem, veluti per duos canales, humores superfluos, & nocivos expellere valeat; & hac via firmior, ac nobilior efficiatur, & conservetur. Tantum abest ut illdem debilitetur. Qui stomachi, vel capitis debilitatem patiuntur, si his incommodis succurrere va-

leant, aliquid panis, vel alterius cibi mane sumendo, tali remedio contenti sint. Si incommoda eiusmodi sint quæ reparari nequeant, nisi ieiunium frangatur; ieiunium frangi potest.

CAPUT XXIII.

An Christiani tempore ieiuniorum a re uxoria se abstinere debeant, potissimum si debuius coniugale sine transgressione ieiunij persolvere nequeant. Paria quæstionibus de uxilibus pregnantibus, lactantibus, & virginibus, timentibus venustatis formam amittere propter ieiunium, resolvuntur.

DE debito Christianorum abstinentia a re uxoria quadragesimali re uxoria verba facturus, quæ docent Patres, antiquioresque Theologi in medium adducam, atque cum his quæ iuniores, recentioresque Doctores excogitarunt, conferam. Fatentur omnes tum antiqui, tum recentes, a Apostolo Paulum consilium omnibus nuptis continentiam, quando solemnibus precibus, & ieiuniis vacandum est. Nalite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; Grecus textus addit, & ieiunio, ut testatur Cornelius a Lapide I. Cor. vii. Patres, non modo consilium, sed etiam iussisse Apostolum nuptis continentiam diebus prædico, & ieiuniorum, docere videntur. Recentes e contrario videntur solvere a ieiunio lege Christianos nuptos, ut commodius rei uxorie operam dare queant. Sed, ut omnia fiat manifesta, tum Patrum, tum recentiorum textus transcribamus.

II. Recentiorum plura Scripturarum, & Patrum testimonia, quibus indicitur nuptis abstinentia ab usu matrimonij ieiunij temporis. In primis Joel cap. 13. inquit: Sanctificate ieiunium, vocate coetum... gradibus sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Deinde Paulus Apostolus I. Cor. vii. & Apostolus Petrus epist. I. cap. 11. *Uxi similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo malibis impatiens honorem, tamquam & coheredibus gratis vite, ut non impediatur oratione vestra.* Heine sanctus Hieronymus Lib. I. cont. Iov. pag. 15. edit. Rom. *Quandiu implemini officium, non impleo continentiam... Petrus Apostolus, experimentum habens coniugalem vitaliorem, vide, quomodo infirmet Ec-*

Si autem compellerent illos ad ea opera quæ ieiunium impediunt, non solum non curarent eos ad observantiam ieiuniorum inducere; sed e contrario obliuiscere inducerent. Hanc sententiam defendunt Navarrus, Toletus, Azorius, Ricardus, Gabriel, Paludanus, Allenis, Rolelia, Angelus, Cardinalis Corza, & alii plures. Secundam partem docet expresse D. Thomas in IV. dist. xv. quæst. xv. *Nec veniunt illi a peccato immunes sunt, qui operarios condudere volunt, nisi tali pacto, ut ieiunium solvant; nisi forte sit causa necessaria, quæ festinationem operis pro qua laboratur, exposcat.*

CAPUT XXII.

Causæ a ieiunio excusantes sunt quatuor: impotentia, labor, pietas, & dispensatio.

QUATUOR proponitur causas, quæ a ieiunio scilicet excusare solent, in quatuor distincta capita dividuntur: quia de singulis plures quælibetque discutendæ, & resolvendæ occurrunt. In præsentem de sola impotentia formonem habebimus. Impotentia duplex est, physica, & moralis: & utraq; a ieiunio excusat; cum lex impossibilis non præcipiat. Ut, quæ hoc in capite dictum sumus, facilius capiantur, diligendæ sunt impotentia a difficultate. Impotentiam eam appellamus quæ vel naturam supponit recipia distillatum viribus ad effectum præstandum, vel effectum præstare nequit nisi cum notabili eiusdem nature detrimento. Et hæc impotentia a ieiunio excusat. Difficultas illa dicitur quæ incommodum atque naturæ afferit in exercitio ieiunij, sed naturam non ledit, neque inceptam ad sua munia obsequia reddat. Hinc excusant infirmi, qui quotidianam, vel tertianam febri laborant; sicuti & valetudinarii, ac convalescentes; quin non modo a ieiunio, sed etiam ab abstinentia a carnibus immunes sunt. Quando vero dubitatio occurrat, num infirmitas, & debilitas excuset nec ne; medicus consulatur, & a superiore dispensatio pro maiori securitate petatur.

II. Quæst. I. *An qui data opera impotentem se constituit ad ieiunandum, teneatur ieiunare; & an iste talis, qui ea intentione expressa carat ieiunio, veniat, vel rebus veniat, id est nimio coitu, ut impotens efficiatur ad ieiunandum, peccet contra præceptum ieiunij?* Resp. Noli ad verbum me commoveri, quod eiusmodi quæstia exponam; sed illi

indignare qui eadem propugnant. Quæstionacula duas habet partes. Ad primam partem respondeo, impotentem ad ieiunium non teneri lege ieiunij, etiam quando impotentia oritur ex propria culpa: quia ad impossibilitatem isthæc proficitur. Hæc communissima sententia est. Secundam quæstionam partem inter propositiones laxas iam sub initium dissertationis recensui cap. 1. §. 2. n. 2. & non modo laxa, sed etiam item videtur, quatenus asserit, posse quæpiam expressa intentione nimio coitu se impotentem efficere, ne ieiunet, quin peccet contra præceptum ieiunij nec tunc quando apponit tale impedimentum. Quid enim peius ab Ethnico excogitari potest? Nam qui libere apponit causam, ex qua necessario sequitur omnisio præcepti, seu effectus a præcepto prohibitus, peccat contra illud præceptum. Prava siquidem illa, & expressa intentio, quæ ideo lex impotentem quis efficit ad ieiunium, ut re ipsa non ieiunet, directè respicit transgressionem præcepti ieiunij. Respondent, præceptum ieiunij non prohibere coitum, neque venationem, neque cotum. Quæ sane responsio non minus inutilis est ac ipsa propositio. Nam verum est, præceptum ieiunij præfata opera absolute non prohibere; sed illa prohibet, quatenus impediuntur, sunt ad ieiunandum. Neque plus tempera impediendum in impugnatione opinionis aperte falsæ, quamque communitur, non modo antiqui, sed & recentes fere omnes reiciunt, tanquam improbabilem, & nimium laxam.

III. Quæst. II. *An excusatur ieiunium qui caligat, & dormit sine contræveniente, qui habet duo cauteria, quæ vertiginem capitis, vel stomachi debilitatem patiuntur?* Resp. Caligantiam plures inest impotentes ad ieiunandum recentem omnes quos in quarto descripsimus. Ut proinde, solidae responso exhibeatur, in memoriam revocanda est distinctio impotentia, & difficultatis: illa siquidem, non hæc a ieiunio excusat. Igitur, si ob coitum privationem illa frigidum corpus remaneret, ut ad formam omnino redderetur inhabile per plures noctes; si periculum infirmitatis immineret, vel prædicationem sollicitet ad solitam calefactionem, & somnum percipiendum. Si collatio abundantior sufficiat; coitare non poterunt. Si quatuor ungiæ panis quæ immisceantur, & per coctionem papparium fiat; ac postea duæ ungiæ panis, & duæ

obsonii comedantur (quæ est refectio a pluribus Calaisis excogitata) incredibile est, corpus se refectum ad somnum, & calefactionem inceptum esse. Ceterum hæc omnia prudentis arbitrio relinquenda sunt. Illud solum semper per oculos habeatur, impotentiam, non difficultatem, a ieiunio excusare.

IV. Quæst. II. *collatione mane sumpta, & prædico in vesperum dilato, ieiunare possunt, teneantur ne id præstare, ut præceptum observent?* Negant plures recentiores, Elicobarius, Diana, Filiucius, Palqualis, Leander *ist. de disp. viii. qu. xxx.* Sed talium opinionem inter laxas recentium *cap. 1.* Non vero, illorum Auctorum rationem expendentes, laxissimam eam appellamus. At namque Leander cum aliis, homines præfata incommodo laborantes posse, si vellet, collationem mane sumere, prædico in coenam commutare, & hac via implere præceptum; sed, cum ius habeant prædico in meridiem, non teneri se tali iure privare. In illius verba loquar. *Si vellet, possunt collationem mane sumere, & prædico in meridiem implere præceptum ieiunij. Sed quia quilibet habet ius ad sumendum principalem refectorem in meridiem diebus ieiuniorum, ergo nullus tenetur, ut ieiunet, hoc iure se privare.* Cur, quæto, ius habent prædico in meridiem, præcepto ieiunij urgente? Nonne quæque meliori modo quo potest prædico Ecclesie implere adstringitur? Si Ecclesia tolerat ut fideles qui vel concionari, vel alia gravia negotia peragere debent, possint mane collationem sumere, prædico in vesperum dilato; cur non debeant fideles; ut præcepto Ecclesie obediant, collationem, cum possint, anticipare, & prædico differre? Quis fidelibus tale ius contulit, ut cum ieiunij dispendio in meridiem prædico valeant? Non ergo fideles præceptis, sed præcepta fidelium voluntati subieciunt? At quid plura congero contra opinionem suam nimia laxitate contentem? Opinio que illos excusat a ieiunio qui duo habent cauteria, etiam nimis laxa est, & improbabilis: quoniam delicta est tum extrinseca auctoritate (soli enim Sanctus, & Quintanadvenas, prope nihil scire licuit, eam defendunt) tum intrinseca ratione. Enimvero cauteria idcirco ab arte medica prescribuntur, ut natura per eadem, veluti per duos canales, humores superfluos, & nocivos expellere valeat; & hac via firmior, ac nobilior efficiatur, & conservetur. Tantum abest ut illdem debilitetur. Qui stomachi, vel capitis debilitatem patiuntur, si his incommodis succurrere va-

leant, aliquid panis, vel alterius cibi mane sumendo, tali remedio contenti sint. Si incommoda eiusmodi sint quæ reparari nequeant, nisi ieiunium frangatur; ieiunium frangi potest.

CAPUT XXIII.

An Christiani tempore ieiuniorum a re uxoria se abstinere debeant, potissimum si debuius coniugale sine transgressione ieiunij persolvere nequeant. Paria quæstionibus de uxilibus pregnantibus, lactantibus, & virginibus, timoribus venustatis formam amittere propter ieiunium, resolvuntur.

DE debito Christianorum abstinentiam a re uxoria quadragesimali re uxoria verba facturus, quæ docent Patres, antiquioresque Theologi in medium adducam, atque cum his quæ iuniores, recentioresque Doctores excogitarunt, conferam. Fatentur omnes tum antiqui, tum recentes, a Apostolo Paulum consilium omnibus nuptis continentiam, quando solemnibus precibus, & ieiuniis vacandum est. Nalite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; Grecus textus addit, & ieiunio, ut testatur Cornelius a Lapide I. Cor. vii. Patres, non modo consilium, sed etiam iussisse Apostolum nuptis continentiam diebus prædico, & ieiuniorum, docere videntur. Recentes e contrario videntur solvere a ieiunio lege Christianos nuptos, ut commodius rei uxorie operam dare queant. Sed, ut omnia fiat manifesta, tum Patrum, tum recentiorum textus transcribamus.

II. Recentiorum plura Scripturarum, & Patrum testimonia, quibus indicitur nuptis abstinentia ab usu matrimonij ieiunij temporis. In primis Joel cap. ix. inquit: *Sanctificate ieiunium, vocate coetum... egredietur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.* Deinde Paulus Apostolus I. Cor. vii. & Apostolus Petrus epist. I. cap. iii. *Uxi similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo malibis impatiens hororem, tamquam & coheredibus gratis vite, ut non impediatur oratione vestra.* Heine sanctus Hieronymus Lib. I. cont. Iov. pag. 15. edit. Rom. *Quandiu imple minister officium, non imple continentiam... Petrus Apostolus, experimentum habens coniugalem vitaliorem, vide, quomodo infirmet Ec-*

refam, quid docent Christianos. Similiter vi-
colabantes &c. Ecce eodem festo, quia
eodem & Spiritu impetari dicit orationes offi-
co coniugati ... si abstinentes non a coitu,
honorem tribuimus uxori; si non abstine-
mus, periculum est honori continentiam esse
contumeliam.

III. Sanctus Augustinus *serm. cxy. olim
lxviii. de diversis*, & in *Quadragesima 1.*
inquit: Per atrocitates adulterii, fornicationis,
nuptiarum illatam carnisque nollis contingere
per hos viros (Quadragesime) etiam a
conjugibus abstinent. Tempus quod reddendo
surgenti deo occupabatur, supplicium
impudicitie. Corpus quod adhibuit effici-
tus sollicitudo, puris precibus profrenatur.
Manus que amplexibus implicabantur, orati-
onibus extenduntur. Hoc idem docet *ser.
lxxiii. de diversis, nunc cxxvii. Quapropter,
castissimi, a quibuscumque cibis nobis placere
pietate abstinetis, momentanea propositum vestrum
pia temperantia conservate, non ut Deo creatu-
ram sacrilegio errore damnetis. Quinque
enim estis coniugibus obligati, nunc maxime
apostolica monita nolite contemnere: ut invi-
centiam abstinere ad tempus, ut vacet oratio-
nibus: I. Cor. vii. Quod enim & aliis diebus
sistit fieri, votis interponendum est, si modo
non fiat. Arbitrationem non esse debet, ac
necessaria observatione, solemnibus diebus hoc
facere coniugatos quod videtur ex quadam
parte professe sunt, quod nota sunt vix
sine intermissione. Item *serm. lxxiii. nunc cxxvii.*
de diversis, sub finem hæc scribit: Ephora
his diebus & crebris ieiuniis, & re-
bus parvis impudentes, & egeni legibus tri-
buentes. A coniugati quoque consuetudini diebus
solent continentiam. Item *serm. lxxviii. nunc c.*
vii. Nunc tempus est quo coniugati ab uxore,
& nuptia a suis viris abstinent, ut orationi-
bus vacent, quamquam & per totam annam
certis diebus hoc facere debent, & quanto
crebrius, tanto utique melius. Item *cap. vii.*
Quadragesima diebus ieiunavit Moyses legis ad-
ministravit: quadragesima dies Elias excellen-
tissimus Prophetarum: quadragesima ipse Do-
minus; testimonium habens a lege, & Pro-
phetis... Non autem, qui tam longum ieiunium
perpetuare non possunt, ut & per totam
diem, & noctes nihil alimentorum, sicut &
illi, accipiunt... Sed nunquid, sicut a cibo,
& potu abstinentia per totam diem non potest
esse continua, sic & a concubitu non potest.
Cum videmus in nomine Christi multos abstine-
re, qui Jesus ab hac re potius invenit mem-
bra Deo dicata servare? Puto non esse ma-
gnam ut tota paschali solemnitate possit con-*

ingum castitas quod potest tota virgini-
tas. Similia scribit Augustinus pluribus aliis
in locis.

IV. Sanctus Elixius Novientensis Episco-
pus comparat concubitum coniugium in Qua-
dragesima cum eiu carnium. Inquit enim
homil. xvi. Diebus autem Quadragesime con-
omnibus modis a coniugio continentiam vestram,
sicut docet Christianos, abstinere oportet.
Nam, ut quidam sapiens ait, similis reatus
est fidei Christiano diebus Quadragesime
etiam cum propria uxore concubere, sicut &
carnes in cibo somere. Theophilus Aurtia-
nensis Episcopus in Capitulari cap. xli. in-
quit: Abstinentiam est in his sacerdotibus de-
bitam a coniugibus, & castis, & pie concordant,
ut sanctificati sint, & corpore ipsi sancti deo
transigantur, & sic personarum ad diem san-
ctum Pasche. Quia per nihil aliud tenentur
quod coniugati opere possunt. Nicolaus I.
Pontifex summus in responsis ad consilia
Bulgarorum cap. ix. ait: Si enim ex conse-
cratione coniugationis, etiam alio forte tempore,
mundo corpore vacat orationi; quanto potius
iste, quo Deo etiam carnis vestre decimas da-
mus, quo ipsam in abstinentia Dominum imi-
tamur, quo non solum illicita, verum etiam
multa a nobis etiam licita, reservamus, omni
est voluptati renuntiandum; & ut liberius
orationi vacetur, castitati mentis & corporis
incumbendum? Penitentiale Romanum *tit.
vii. cap. x.* hæc habet: Qui in Quadragesima
ante Pascha cognoverit uxorem suam, & voluerit
se abstinere ab ea, annuum annus patienter.

V. Propter Fagnanus solo calamo versat
questionem, num licitum sit teriarum tempore
matrimonium consummare? Et authoritate
omnium fere Canonidarum, & antiquo-
rum Theologorum evincit, licitum minime
esse temporibus istis quibus veritum est ab Ec-
clesia tolemas nuptias celebrare, copulam
matrimoniale exercere. Hæc pauca referam
ex pluribus que habet in II. Decr. cap. Cæ-
pellanus de feris n. 11. Similiter quoad copu-
lam carnalem, tametsi Sanchez existimaverit,
nullatenus prohibendum esse matrimonium con-
summare, idemque omnia ipsum scribit Narva-
rus &c. tamem illorum rationes sunt valde
infirma... Quare contra predictos hæc comu-
nis Canonistarum fere omnium sententia, Et
pluribus allegatis concludit. Ex quibus pe-
tenti, hæc esse unanimem Canonistarum senten-
tiam, quam etiam approbavit ex Theologia
vires de Paludo in II. sentent. diffinit. xxxii.
miss. 1. ut. a. Ceterum in summa in verb.
Matrimonium cap. xli. §. Publico autem loco
S. Antonius in III. Part. tit. 1. cap. xviii.

in fin. Synthesi in verb. Matrim. vii. quasi-
vii. post dictum §. sub. o. & alii. Allegat
etiam auctoritatem Concilii Toletani, ce-
lebrati anno 1473. Iob Sixto IV. in titulo.
Quod non fiant nuptie, ubi hæc præcipientur.
Cum secundum legitimam passionem non sit
dubium eos in legem delinquere qui verba le-
gis amplecti contra eius ritum voluntatem:
& quia tempore quo sacrorum canonum de-
cretis imperantur celebratio interdicitur, &
carnalis copula prohibetur &c. Nos contem-
nentem, quod sacrorum canonum intentio fuit,
non tam Ecclæse solemnitates, & nuptiales
beneficentias, quam carnales committunt
prohibere: consuetudinem huiusmodi dixerunt
capientes, sacro approbante Concilio, communi-
cationes predictas... prohibemus, statuentes &c.
Refer etiam Fagnanus Congregationem Car-
dinalium, Concilii Tridentini interpretum,
que ad dubitationem sui propositam sic re-
spondit. Sed in primis comprehendit cap. 1.
§. 1. ubi dicitur, in nuptiis, nuptiarum so-
lemnitates, traditiones ad dominum, & car-
nalem copulam prohiberi. Ex Theologis, quos
Fagnanus adducit, ut ingenue fatear, S. An-
tonius non adeo clare loquitur. Nam hæc
sunt verba D. Antonii in III. Part. tit. 1.
cap. xviii. in fine. Contrahentes nuptias his
temporibus prohibitis debent puniri in quo de-
linquunt, ut scilicet ad tempus separentur
sed, si sit periculum incontinentie, alia pen-
nitentia imponatur, & in ista disponatur...
Non autem effectus morale exgere talibus tem-
poribus ab uxore prius iste beneficia debent.
Petrus de Paludo. Ita est morale sic
consummare matrimonium tempore tali; tam-
quam post primam copulam iterum copulatio
sua peccet moraliter, nisi hæc faceret in con-
tempnitate Ecclesiæ ordinantia.

VI. Thomas Sanchez Lib. IX. de debito
coniugali disp. xii. recenset circa rem hæc
quatuor sententias. Prima docet esse cul-
pam letalem petere debitum coniugale sub
pæne sacris, & ieiuniorum; quam opinionem
plures Canonistæ defendunt. Secunda allicit
esse culpam venialem: & pro hac opinio-
ne allegat ipsent Sanchez omnes fere Ca-
nonistas, & antiquiores, gravioreque etiam
ex recentioribus Theologis, Magistrum
Sententiarum, D. Thomam, Albertum Ma-
gnum, Durandum, Paladannum, Gabrie-
lem, Raynetium, Iohannem de Filibus,
Gerfonem, Carthusianum, Monaldum, D.
Antonium, Adrianum, Solvendum, Ta-
bienam, Tarreccmatum, Sotum, Vique-
ram, Margaritum, Matienzum, Goffre-
dum, Iohannem Andream, aliosque plures.

Tertis sententia admittit aliquando esse cul-
pam venialem, aliquando consilium esse ab-
stinenti. Quarta sententia, cui adherens (con-
cludit Sanchez) licet existimem duas præ-
dictas esse valde probabiles, ait solum esse
consilium &c.

VII. Patres ergo, Canonistæ fere omnes,
& antiquiores Theologi docent, Christianos
ieiuniorum tempore minime exercere posse
coniugalem copulam. Dubium solummodo
est, num sub culpa mortali, aut veniali ab
ea abstinere debeant. Communior, & mitis
sententia, cui & ipse adhaere, est illa que
sub culpa tantum veniali debitum omniteni
copulam matrimonialem profutis temporibus
imponit: & hæc sententiam valde probabi-
lem etiam ipsemet Sanchez reputat.

VIII. Conferas nunc velim cum doctrina
Patrum, Theologorum, & Canonistarum,
doctrinam plurimum recentiorum Casualistarum.
Illi non modo defendunt, Christianos non
teneri intermittere cultum coniugalem hæc
tempore ieiuniorum; non modo aliter-
rum, Patrum exhortationes consilii esse,
non debiti, sed præcepti; non modo ex-
citant, Patres per exaggerationem locu-
tos fuisse, & Rhetorum amplificatione as-
tos; non modo hæc omnia excogitant;
sed, quod plus est, docent Christianos a
lege ieiunii solutos esse, ut debitum ma-
trimonialem perolvere, copulamque sine
detrimto exercere valeant: docent, non te-
neri coniugem hortari precibus, consilio,
aliove modo alterum coniugem, ut desinat
a petitione debiti, quod ipse sine fractio-
ne ieiunii reddere nequit. Quod ne ipsi
imponere viderent, transcribam verba Tam-
barini ex Lib. IV. in Duxal. cap. vi. §. 7.
num. 27. Quod si presbitus, aliove modo
sacerdos, vel alius tenent alterum a petenda debiti,
& ad hoc tenent non tenentur ut hæc re-
media; atque adeo possit non ieiunare, & sic
reddere. Ita Thom. Sanchez. Ratio est, quia
personaliter obligatio reddendi est ex iustitia,
que non obligat, nisi ad reddendum perso-
naliter debitum; non vero ad congruendum, vel
ponendam remedia, nisi ad petendam. Hæc emen-
dam doctrinam prius docerat Palquillus,
& Leander tract. v. disp. viii. qu. xviii.
aliquæ plures.

IX. Videm quantum doctrina quorundam
recentiorum a Patrum, & Conciliorum, ab
Ecclesie doctrina distet? Non teneor con-
tinere precibus hortari alterum coniugem, ut
se abstinent a petitione illius debiti quod
ipse sine violatione præcepti ecclesiastici red-
dere nequit: neque hoc suavissimo remedio
chri-

christiana exhortationis abducere illum a tali petitione tenetur. Poterunt ergo coniugati ad fatietatem petere, & reddere cum dispendio ieiunii ecclesiastici? Iltitæ ne christiana Theologia? Patres, & Concilia una voce iubent, christianos coniuges a concubitu matrimoniali abstinere, ut exactius ieiunium observent, ac sanctificem: & laudat iuniores contra docent, coniugatos posse ieiunium ecclesiasticum infringere, ut copulam matrimonialem exequantur. Quid temperant evangelice, quod caliditate christiane infusus?

X. Obiiciunt. Maritus iure naturali divina, & ex iustitie præcepto adiungitur reddere uxori, & uxor marito debitum coniugale, iubente Apostolo: *Uxor viri debitum reddat; sicut et Christus ecclesia*. I. Cor. vii. Fræceptum ieiunii humanum, & positivum est. Cedere itaque viri debet obligatio. Ergo omittit ieiunium maritus debet, quoties, dum ieiunium servat, neque ad persequendum coniugale debitum efficitur. Resp. Omnes fatentur, coniuges devinctos esse iure naturali divino ad debitum matrimoniale mutuo sibi reddendum. Quid inde? An in omni loco, tum publice tum privato, tum sacro tum profano, copulam coniugalem exercere debent? Minime certium. Penitentia sibi invicem debitum solvitur, sed servatis debitis circumstantiis loci, & temporis. Porro tempore ieiuniorum est Deo vacandum, non matrimonio incumbendum. At, inquit, cum duo debita simul solvi nequeant, illud quidem debemus quod præcipuum est. Reddere autem debitum coniugale ieiunii observantia prævalet; nec Ecclesia obligat ad ieiunium, quoties illud impedit exercitium matrimonii. Unde colligit, Ecclesiam tunc non obligare ad ieiunium, ut copulam matrimonialem exercere valeat? Unde? A Patribus, quos Deus potuit regere, aut docere Ecclesiam suam? Ad illi, ut ieiunium exactius servet, abstinere te a coniugi uli iubent. Unde ergo? A recentioribus Casuistis? Ad illi in conspectu antiquiorum Theologorum, & sanctorum Patrum nullius sunt auctoritatis; nisi ratione evidenti ostendant, antiquos errasse. quod hic minime præstant. Irasmet benignissimus Claudius de la-Croix Lib. III. par. 1. c. 111. num. 1338. resolvit, quod, licet cœtus reddatur minus potens ad reddendum debitum, non ideo detineatur omittit ieiunium.

XI. Ut quæ fufius disputata sunt, in pauca contrahamus, atque maiori, quoad fieri potest, claritate difficillimam questionem re-

volvamus, quæ certa sunt præmittant; deinde quæ mihi probabiliora videbuntur, explicabo. Certum in primis est Patres communiter hortari fideles nuptos, ut tempore ieiuniorum a copia carnali abstinant. Hæc res facti est, omnibus comperta. Certum quoque est tempore quadragesimalis ieiunii, & Adventus solemnem nuptiarum celebrationem Ecclesiam prohibere. Illius prohibitionis rationem assignat D. Thomas, in 1^o disticti. xxxi. quest. i. artic. 2. quest. iv. his verbis. *Quia, quando novus sponsus inducitur, antiquis coniugum magis ex ipsa novitate ad carnalem carnalium occupatur: propterea illis temporibus in quibus homines precipue debent se ad spiritualia elevare, prohibetur eis nuptias celebrare.* Quare non ideo einimodi nuptie prohibentur, quia, dum celebrantur, choreæ, læpiti, aliæque profana exerceri solent; neque ipsa sacramenti celebratio, prohibitionis ratio est; sed prohibentur, quia exercitium nuptiarum, seu copula carnalis, nimis mentem hebetat, rationem, sin absorbet, obnubilat, antiungue magnoque a rebus divinis abstrahit. Ex quibus manifeste consequitur quod illis temporibus in quibus homo ieiunium, & precibus potissimum vacare adstringitur, copula carnalis intentioni Ecclesiæ adversetur. Illud pariter certissimum est, copulam carnalem inter coniuges, iuxta temperantiam, & castæ sobrietatis leges exerceri debere; neque unum coniugem alterius intemperantiam indolere teneri. Habenda inter ratio est ætatis; nam frequentior est inter iuvenes quam inter proventus matrimonii luxu. Non æque tenetur ad debitum uxor quæ iugata, ac sponsa viginti annorum. Utraque debet tum reddere debet; sed hæc frequentius, illa rarius. Item corporis constitutio in utroque coniuge consideranda est. Si maritus robustus est, & uxor imbecilla, illa petere debet, habito respectu ad coniugis debilem corporis habitudinem; & hæc reddere non adiungitur cum sanioris detrimto. Admittant ergo non pauci Casuiste exclamare, quod reddere debitum coniugale effectus iustitiae, a iure naturali & divino præscriptur; quoniam nemo in contentione hor adducit. Sed ipsi fubere debent, plura esse quæ iure impediunt einimodi debiti solutionem. Nam infirmitas, sanitatis detrimentum, locus publicus, locus facer absolute impediunt. Quidni ergo & tempus firum? Debilis corporis constitutio, intemperantia excessus, non a toto, sed a recentiori redditione solvit. His præstant certis præmissis, quæ mihi tum a recentioribus,

tate,

tate, tum a laxitate declinare videntur, & quæntibus quantumvis exhibebo.

XII. Quest. I. An coniux reddere debitum tenetur, dum est periculum incontinentie in petere, & etiam reddere impotens existeret ad petendum observandum? Resp. Ad evitandum peccatum incontinentie tenetur coniux debitum reddere sub gravi culpa; etiam si quod vix contingere poterit) frangere ieiunium deberet. Hocque certum est apud omnes, quando periculum incontinentie, non ex culpabili intemperantia, sed ex fragilitate ortum ducit.

XIII. Quest. II. An, quando coniux reddere nititur debitum, nisi ieiunium frangat, tenetur precibus, adhortationibus, aliisque modis abducere alterum coniugem a debiti petitione? Resp. Tenetur omnino: & contra iura opinio, ut dictum est, minus est contra iura castis aurius, & pietati christiane. Iuxta communem Patrum, & insignium Theologorum doctrinam tenetur coniuges se fræ invicem exercitare ad observantiam continentie coniugalis, ut sanctius ieiunium exequi, & liberius Deo vacare queant: & postea, quando exercitium copule coniugalis interat transgressionem ecclesiasticam ieiunii, nullam illi incumbit debitum se fræ invicem hortandi ad continentiam eo sine ut ieiunium observent? Cum ieiunii dispendio rei uxoris navare operam licitum erit; si cum ieiunii observantia id licitura negant Patres?

XIV. Quest. III. An frequens sit casus in quo coniugati ad debitum reddendum liberentur a lege ieiunii? Resp. Ex diuturna exortientia in exercitio ministerii audiendi fidelium confessiones, & ex plurimorum Confessarioium atrelatione, vix æ ne vix quidem contingit ut coniuges liberi sint ab observantia ieiunii ob copulam coniugalem, propter rationem Paludani afferentis in IV. dist. xv. quest. iv. *Non autem coniugati excusantur pro eo quod indigent alimento pro generatione, sicut videtur pro argumento: quia dicitur ieiuniorum non debent uti illis actibus: & quia sufficit senes in anno imprægnare: & cum ieiunio adhuc plus abstinat ieiunio quam sit necesse.* Neque vero ob hanc solum Petri de Paludate rationem, quæ afferit, sufficere solemus imprægnare; veram etiam quis coniuges vel juvenes sint, vel proventus. Si juvenes, ut ait etiam Paludanus, abundant ieiunio in ipsis ieiunium, plurimum necesse sit: calida enim & fervens est communitas ætatis illa. Quare non modo ieiunium non impedit eos ad debitum reddendum; sed potius

e contrario ieiunium illi necessarium est, ut concupiscentiam compriment, & humores abundantius minuant, ut copulam maritalem exercant secundum leges castæ sobrietatis. Quid, si maritus eniet adeo effrenis, ut frequentissime peteret, & uxor ieiunium impotens foret ad tam frequentem redditionem? Uxor deberet in primis maritum hortari, ut concupiscentiam suam ieiunio, & aliis afflictionibus mauerat, ut precibus divinum imploraret auxilium, aliisque viis adhiberet moderari peritioses suas ad leges sobrietatis, & iuxta gratiam uxoris constitutionem corporis. Quod si vir, his remediis adhibitis, adhuc frequenter peteret; illius fragilitatem, etiam cum ieiunii dispendio, indulgere uxor deberet. Sed casus rarissimus est. Quod si maritus (idem est de uxore) adeo effrenis foret, ut, ipretis omnibus remediis, precibus, & consiliis, vellet concupiscentia sua habenas laxare, nullo fibro respectu vel ad imbecillam constitutionem corporum uxoris, vel ad applicationes eiusdem, vel ad præcepta Ecclesiæ; in hoc eventu licet uxor non tenetur reddere cum detrimento propriæ sanitatis, ita neque cum dispendio ieiunii reddere conetur. Et in tali viro periculum incontinentie esset ex utraque malitia, non ex fragilitate. Maritus habet viis petendi; sed intra leges sobrietatis, & temperantiam, habito respectu ad sanitatem uxoris, & ad præceptum ieiunii. At Ecclesia mater benigna est: nec obligat ad ieiunium cum tanta severitate. Verissimum est. Liberat te a ieiunii lege, ut fragilitatem succurras tui coniugis; sed non te liberat, ut illius contumaci malitie morem geras. Ex quibus omnibus colligit, rarissimum esse casum in quo coniugati eximantur a ieiunii lege. Et, quod plus est, neque in mentem venit coniugatorum, se liberos esse a ieiunio, ut copulam æqueant maritalem.

XV. Aliqui Casuiste ex progressi sunt, ut doceant, posse coniuges ieiunium omittit, ut robustiores fiant ad petendum moderate debitum. Sed hæc opinio improbatæ etiam ab ipso Tamborino; nec maiore indiget impugnatione: quamvis enim debitum sit reddendi, non tamen petendi.

XVI. Quest. IV. An uxor quæ ieiunii causa macilentia, & consequenter nimis grata marito reddidit, & nulla quæ velis mittere, ieiunium formam prædit venulitatis, a ieiunio excusetur? Resp. Pudet me sine eiusmodi quaestione proponere; sed ad hoc me cogentur recentes Casuiste plures, qui eadem & proponunt,

nunt. & magna contentione versant; atque illorum non pauci resolvunt excusari a ieiunio tum uxores, tum puellas prefatas. Vide Leandrum tract. v. disp. VIII. qu. XIX. Et Jegg. & Tamburinum. sic. etc. Verum hæc omnia mera inventa sunt illorum. Scripturam, qui suas omnes speculationes in morum materia scriptis consignare voluerunt. Ex quo profecto maximum dampnum consecutum est, scilicet Christianos legantes illorum volumina eas laxitates perhibere quæ antea ieiunabant; & que Auctores speculandi præta, vel ex occasione custodiam rationis, & fortissimi eventus scripserit, libris pro præta tum suscipere. Dico ergo, vii. ut nunquam contingere ut vel mulier ratione ieiunii sui mensura efficiatur, ut d-formis appareat, vel puella speciositatem amittat; quia ieiunium, ut Ecclesia docet, ad corporis sanitatem, & consequenter ad pulchritudinem confer. Nonna Daniel cum aliis pueris venulæ ex ieiunio exivit? Nonne puelle ipse & a vino, & a cibo abstinuit, ut candidiores, agillioresque efficiantur? Ieiunium (inquit ab eodem Augustinus) ne corpore nimis impingatur. Si quæ mulieres ieiunantes deformes fierent, id non ex ieiunio, sed ex peccatis infirmitate eveniret. Namquam ergo puelle lane habere volentes excusantur a ieiunio pretextu venientis antidermæ; neque iuxta pretextum placendi maritis.

XVII. Quæst. V. An uxores prægnantes, & lactantes excusentur a ieiunio? Resp. Non modo recentiores, sed etiam antiqui Theologi committere prægnantes, & lactantes mulieres a ieiunio excusari afferunt. Sanctus Antonius II. Pari. tit. VI. cap. II. §. 6. inquit. *Uxores prægnantes, & lactantes, si debilitas impediatur eas, vel si ex hoc timetur de periculo carum, aut abortus, vel defectus alimentis fieri, excusantur a ieiunio sicut debent dimittere ieiunium.* D. Bernardinus Senensis. *serm. vi. in die cin. artic. 3.* addit. *Insuper solent prægnantes habere desideria inordinata diversorum ciborum, & quandoque ita vitiosa, quod, nisi aliquem modum possent satisfactione appetitui suo, esset periculum fieri. Idem in simili casu possunt etiam carni comedere. Quid, si prægnantes adeo valide, & robustè ferent, ut aliud periculo letis, & proprio detrimento possent ieiunium servare? Quando hæc evident, evidenter tamen morali, consistente, illas non excusant: tamen si eas aliqui Casuarius adhibet excusent. Quid, si maritus prohibeat ne usque ieiunet. Resp. Absolte usque*

non tenebitur obedire marito: quia debitum obediendi Ecclesie antecedit debitum obediendi marito in his que simul componi queant: tamen ob graves rixas, & magna scandala vitanda potest ad tempus omittitur ieiunium. Verum & calum hæc raram iudico, Quoniam, si maritus rationaliter iudicat, mulier parere debet. In dubio etiam mariti vere christiani iudicio fidei debet; nisi oppositum evidenter sibi conset. Si postea maritus videt ulla rationabili causa, sed ex sua mera iniquitate iuberet transgressionem ieiunii; in hoc eventu laudatum foret pharisaicum, quod mulier evitare non tenetur: multo minus, si in marito deprehenderet animum contemnendi præcepta Ecclesie: tunc enim absolute ad ieiunium adstringeretur. Hæc omnia docent Petrus de Palude, & D. Antonius II. Pari. tit. VI. cap. II. §. 6. *De uxoris dicit Ioseph. quod, quamvis debeant dimittere ieiunium, quæ habent ex voto prohibentibus, ut videtur, quæst. v. que tenent ieiunium Ecclesie, xxxi. quæst. v. que tenent ieiunium potest facienda ad pensare non tibi etc. Sed Petrus de Palude in I. dicit, quod hoc videtur esse scandalum Pharisæorum; & per consequens contemnendum, si non vult usque ieiunare.*

XVIII. Quæst. VI. Quid de femina viro heretico nupta? Resp. ad evitanda dissidia gravis potest aliquando intermittere ieiunium; dummodo tamen maritus non iuberet omittere observantiam ieiunii in contemptum Ecclesie. Secus dicendum communiere est de viro uxoris hereticæ: quia ver absolute conceptus est mulieris, & in illam dominatur; illamque facilius ad suum vivendi modum perducit.

G A P U T XXIV.

De labora a ieiunio excusante. Plures que statimula resolvuntur.

I. **C**ertum est quemcumque laborem corporalem a ieiunio non excusare; quem admodum asserunt plures recentiores Casuilli, quorum opinionem demumavit Alexander VII. his verbis. *Omnes officiales, qui in Republica corporales laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunii: nec debent excusari, an labor sit incompartibilis cum ieiunio? Ex hac propositione ostenditur constare plures esse in Republica qui corporaliter laborant, & ad ieiunium non solvuntur. Antequam ultra pro-*

gredior, lubet recensere, quoddam vivæ vocis oraculum Eugenii IV. quod sub anno 1240. evulgatum referunt in compendio missionum Fratrum Minorum his verbis. *Aliis Eugenius declaravit, quod artifices laboriosos artes exercentes, & vassallos, sive divites, sive pauperes non teneantur ieiunare sub præcepto peccati mortalis. Et quod absolvi possunt, & induci ad elemosinas, & alia bona opera faciunda. Hoc oraculum, quod vivæ vocis dicitur, parum putamque commentum esse, plurima suadent. In primis D. Antonius, qui hoc tempore scribebat, illius oraculi oralis non meminit. Quid quod oppofitum aperte docet? ut infra videbimus. Deinde contradictiones, & ambigui sentus, quos continet, illius falsitatem produnt. Quid, quæstio, significant hæc verba? *Rustici, sive divites, sive pauperes, non teneantur ieiunare sub præcepto peccati mortalis? Teneantur ne sub peccato venialis poena? Quamvis etiam hæc declarationis forma? Sub præcepto peccati mortalis.* Sed ultra pergamus. Et quod absolvi possunt, & induci ad elemosinas. Si liberi sunt a ieiunio; cur absolvi, cur ad elemosinas, cur ad alia bona opera peragenda inducendi sunt, ut ieiunium observantiam compentent? Si excusantur a ieiunio, quo indigent absolute? Hæc omnia redolent falsitatem præfati oraculi, quo abstantur non pauci recentiores, etiam in ampliori significatu, ut iam iam observari sumus.*

II. Quæst. I. *Quinam laborantes, seu artifices excusantur a ieiunio?* Resp. Quia certum est, ut ex recitata propositione ab Alexandro VII. prescripta constat, non omnes artifices solutos esse a lege ieiunii; idcirco declarandum est, quinam reipsa excusentur, & qui teneantur. In primis excusantur omnes illi qui exercent artes vere laboriosas. Huiusmodi vero sunt agricola, fabri ferrarii, lignarii, lapidicinas, cementarii, figuli, textores, fallones, lanarii, bannii, aurigæ, deinde alii similes, qui exercent artes laboriosas.

III. Quæst. II. *An præfati artifices, qui ita reliqui sunt, ut aliquæ grati incommodo ieiunare volent, habentque cibum ad ieiunium opportunitatem, teneantur ieiunare?* Resp. Negant illos teneri Leander, & Pasqualigus: quia, inquit, sic declaravit Eugenius IV. led teneri non probabilis adfirmamus. Artes laboriosæ excusant, quia communiter tales artes exercentes ieiunare nequeunt; at, data hypothefi quod repugnantur persona ita robusta, ut abique in-

Cont. Theol. Tom. V.

commodo notabili ieiunare possint qua ratione eximi debent a ieiunio? Oraculum Eugenii iam dictum esse apocryphum; quod confirmabitur nam sequenti. Notam sententiam docet S. Antonius II. Pari. tit. vi. cap. II. §. 6. *Multum laborantes, quibus minime necessitas multum laborandi, si non possunt ieiunium observare, excusantur. Aliis si possunt utrumque facere commode, teneantur ieiunare.*

IV. Quæst. III. *An divites qui exercent artes laboriosas, non ex indigentia, sed solum maiores lucris acquirendi gratia, a ieiunio excusentur?* Resp. Excusari debentur Leander tract. v. disp. VIII. quæst. LXXXIII. Pasqualigus, Filicinus, Trullench, aliique; & allegant oraculum Eugenii IV. declarantis artifices, tum divites, tum pauperes a ieiunio lege solutos. Contrariam opinionem conceptis verbis docet D. Thomas 2. 2. quæst. XLVII. art. 4. ad 3. *Si operis labor commode differri possit, aut dimitti alioquin detrimento corporalis saluti, & exteriori status qui requiritur ad conservationem corporalis, vel spiritualis vitæ, non sunt propter hoc Ecclesie ieiunia pretermittenda. Similia habet in IV. dist. xvi. quæst. III. art. 2. quæstione 4. ad 3. D. Antonius idem assertit II. Pari. tit. vi. cap. II. §. 6. *Si possunt differre... nisi subtrahere, vel diminuire laborem, ita non possunt ieiunare; & ex hoc non incurrent detrimentum sui status; teneantur a ieiunio.* Hanc eandem sententiam propugnant Gabriel, Durandus, Armilla. Hinc colligere argumetum alius falsitatis oraculi Eugenii IV. si verum nunquam fuisset, D. Antonius Auctor sycheronum oppositum non docuisset. E contrario verisimile non est, Eugenium sententiam evulsisse, Sanctus, & illius temporis Theologorum doctrinæ adversari. Illud ergo solum lucrum quod necessarium est ad propriam sustentationem, vel ad alendam familiam, excusat a ieiunio, secus acquisitio maioris lucris non necessarii. Qui vero eximuntur laboris causa a ieiunio, illis diebus quibus non laborant, ad ieiunium teneantur, nisi debilitas peculiaris eos excusetur.*

V. Quæst. IV. *An futores, sartores, piscatores, carbonarios, sculptores, argentarii, pilares, millitones, furnarii, coqui, similesque ad ieiunium teneantur?* Resp. Adfirmant plures recentiores præfatos artifices omnes a ieiunio solutos esse: quia, inquit, Leander loco citato, Eugenius IV. excusatos declarat ut omnes artifices; quod falsissimum est. Oraculum enim committitur Eugeni-

non excipit solos artifices exercentes artes laboriosas, quin nec illos excipit: sed abfolvi potest declarata, & ad alia pia opera induci. Quare opinio Leandri, aliorumque plurimum Casularum damnata est ab Alexandro VII.

VI. Dico itaque, necessitas artes non esse absolute laboriosas, sed ad summum aliquas illarum debite tantum laboriosas esse. Quare finitæ, latoræ, pictoræ, & harbitores: a ieiunio nullo modo exculantur per se, & absolute, ut docet sanctus Vincentius Ferrerius *serm. 1. de ieiunio ser. 3. c. 1. c. 1.* his verbis: *Sunt autem, & factores, natarii, & similes, qui sciendo faciunt opera sua, non exculantur a ieiunio.* Etque penes antiquos, & praviore Theologos sententia communis. Si aliquis debilis esse constituitur, & necessitates habere exercendi artem, ut se, familiamque aleret, neque posset cum arte labore ieiunium obstantiam componere, a ieiunio excusaretur, non ratione artis, sed ob peculiariter sui corporis habitudinem. Ceteri artifices, pictores, molitores, furnarii, sculptores, argentarii, & coqui, quorum artes aliquando, atretata pericorum qualitate, inter laboriosas collocari possunt, aliquando non absolute, & per se non exculantur. Sed, quia non omnes æque fortes, & robusti sunt; licet non magna brachiorum contentione, nec nimia corporis defatigatione artes suas exercent: propterea arbitrio Superioris, vel Confessarii prudentis exempti a ieiunio plures declarari valent pro temporum & pericorum varietate. Et in hac materia cum artificibus, qui ob necessitatem alenda familiae laborant, benignus & facilis sit Superior, sive Confessarius. Non exculantur famuli, & famulae nentes, & filii ducentes, nec incidentes corium pro calcæis, nec coqui Religiosorum; quicquid fabuletur Palaganus *disp. cxxviii.*

VII. Typographi qui torcular, & prelo trahunt, exculantur; secus compositores characterum: licet abique nullo fundamentum opotitum doceat Leander *quæst. lxxxviii.* cum aliis rectoribus. Qui torcular trahunt, nante tunc die remigant, vel alia navis exercitia peragentes, mercenarii, seu qui merces per urbem deferunt, a ieiunio exculantur, quoties per totum diem artes similes laboriosas exercent: si enim per paucas horas laborant, non eximerentur. Quomodo communiter iudicium Confessarii, vel Superioris necessarium est, quo in praxi declaratur, hunc ad ieiunium teneri, secus al-

terum. Procuratores, advocati, iudices, musici, cantores, consiliiarii ceterique similes ad ieiunium absolute tenentur. Opotitum docet Leander *quæst. cxxii.* & sequentibus cum aliis rectoribus: quorum opiniones si verae forent, vix essent Christiani ieiuniorum observantia subiecti. Quoniam non solum Leander cum aliis sui similibus excusat prefatos artium liberalium professores a ieiunio, sed insuper docet, Cathedralicos legentes cum magno plantu a ieiunio solutos esse. Adde, inquit *quæst. cxxviii. item off. firmendam esse de legentibus unam aut alteram lectionem orationis, aut propositionis causam.* Duo laxissima in hac propositione continentur. Primum, quod una aut altera lectio, que opus positissimum intellectuale est, affert laborem liberantem a ieiunio. Secundum, quod labor orationis, & contradicendi prurigne libere susceptus, a ieiunio excusat. Nimis prolixus essem, si recensere vellem omnes cuiusque status, & professionis personas, quas a ieiunio eximit Leander cum Palqualigo, aliique *tract. v. disp. viii. quæst. cxxvi. & seq.* Indicare sufficiat, prelatos Auctores declarare solutos a lege ieiunii, variis distinctionibus adiectis, Lectores Theologie, iuris civilis canonici, Medicinæ, Philosophiæ, Lectores presidentes dissertationibus publicis, legentes quatuor lectiones Grammaticæ, scholares per totum diem studentes, scribas, notarios, principum secretarios, medicos, chirurgos, canonicos, adde viros ægrogatos, feminas quinquevagas, consiliarios, & exercentes artes vere laboriosas, iter agentes, equitantes. Quid plura? Quirit Leander, an labor ingenii excuset a ieiunio? Et respondet *quæst. cxxviii.* laborem ingenii magnum eximere a lege ieiunii. Et, cum nullus fere sit qui ingenium valde non exercent; sic omnes fere a lege ieiunii soluti erunt iuxta Leander, & aliquos rectoribus. Sed rædet longius in his laxitatibus consistendum immorari. Solt ne otio dissidentes ieiunabant? Nonne omnes in sudore vultus considerent panem debent? Et nihiliosius ieiunia Deus & Ecclesia imponunt hominibus laborantibus.

VIII. Quæst. V. An iter pedestre agnoscit excusatur a ieiunio? Respond. Quod iter pedestre necessarium insilunt, si longum sit, & per integrum diem, committitur excusatur: secus, si iter liberum sit, & diffusi possit in aliud tempus. Sic docent D. Thomas, Antonius, Paludanus, Sylvester, & fere omnes antiqui. Non ergo iter brevia excu-

excusat. Habenda tamen ratio est vis ardoris, & insolie, que maultum debilitat itinerantem.

IX. Quæst. IV. An equitantes a ieiunio liberentur? Resp. Absolute eos excusatos esse, admittit Leander *quæst. c.* Diana, Ortiz, & alii. Sed hæc opinio damnata est ab Alexandro VII. his verbis: *Excusantur absolute a præcepto ieiunii omnes illi qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiam si iter necessarium non sit, & etiam iter minus illi consuevit.* Divus Vincentius Ferrerius *serm. 1. ser. xv. c. 1.* iter a ieiunio excusat itinerantes pedestres propter necessitatem. *Equitantes autem* (inquit *non excusantur.* Equus vel mulla poterit curare, sed non vos sine peccato. Curiores pedestres, quorum vitus necessarius est dominis, si non possunt iter agere, cur ieiunio, exculantur, inquit sanctus Antonianus loco lapsus laudato. Postiori iure ad ieiunium tenentur qui citio, curra, vel lestica iter agunt. Milites sive in castris, sive in munitionibus committitur a ieiunio eximuntur, tum ob magnos labores, tum quia statim horis nec possunt comedere, nec habent cibum congruum pro ieiunio. De labore a ieiunio exculantur, que nobis probabiliora vita sunt, decimas in communi, & etiam flagellantur. Verum tot in praxi occurrunt circumstantiæ, ut nequeet regula constans, & certa assignari, sed frequenter iudicium Superioris, vel Confessarii necessarium est. Ex regulis vero præscriptis facillimum poterit Superior, vel Confessarius ab extremis severitatis, & laxitatis declinare, & solvere, aut ligare iuxta temperam, & pericorum diversitatem.

CAPUT XXV.

De his qui ratione pietatis a ieiunio excusantur. Aliqua difficultates explicantur.

I. Tertia causa, que non rãto a ieiunio excusat, est pietas. Illi enim qui opera misericordiarum, pietatis, religionis exercere debent, vel solent, & nequeant simul cum pietatis operibus ieiunare, possunt ieiunium omittre. Siquidem, quando ieiunium præceptum impedit id quod evidenter maius bonum est, non obligat. Idque committitur omnes admittant. In hoc solum diffident, quod aliqui velint tunc solum opera pietatis a ieiunio excusare, quando ex

officio; vel obedientia exercentur; licet, cum libere, & ex arbitrio peraguntur. Ego vero censet, & opæ pietatis, caritatis, & misericordiarum, sive spiritualium, sive corporali a ieiunio excusare, quoties cum ieiunio coniungi non possunt, sive ex officio, & obedientia, sive ex propria voluntate fiant; dummodo in fraudem ieiunii non peraguntur. Quare si quis ieiunio præfata opera aggregaret, ut a ieiunio liber foret, ille violaret præceptum ieiunii. In hanc sententiam propendit D. Thomas in IV. dist. xv. quæst. 111. art. 1. quæstione 2. ad 3. *Si enim sit tanta abstrusitas, quod homo ab operibus suis impediatur, quarevis ad ea de necessitate non tenetur; multo magis est ieiunium, nisi non sit illicitum.* Hoc tamen verum est, quod omnimodi opera differri nequeunt; & sunt evidenter maius bonum quam ieiunium. Tunc autem constat de maiori bonitate, quando manifesta est proximi nostri indigentia, que nostra caritate, pietate, & religione lublevari opus habet. Heinc exculantur qui per totam noctem vigiliant, & laborant infirmis operi ferunt, & qui in hospitalibus, vel Monasteriis iisdem infirmis assuntur, quando simul ieiunare non possunt.

II. Quæst. I. An peregrinatio voluntaria excuset a ieiunio, quod cum eadem similitudinem requirit? Resp. S. Thomas 2. 2. quæst. cxxviii. art. 2. ad 3. hinc quæstio respondit his verbis: *Ad tertium dicendum, quod circa peregrinatio, & operatio, distinguendum videtur. Quia si peregrinatio, & operatio labor summo differri possit, aut dimitti absolute detrimendo corporalis salutem, & exterioris status, qui requiritur ad conservandam corporis, vel spiritualis vitam, non sunt propter hoc Ecclesiæ ieiunia prætermittenda. Si autem immittat necessitas huius peregrinandi, & magnas dietas faciendi, vel etiam multum laborandi vel propter conservandam vitam corporalem, vel propter aliquam necessitatem ad vitam spiritualem, & simul tunc hoc non possunt ieiunia Ecclesiæ observari; non aliter gerere homo ad salvandum se, quia non videtur fuisse intentio Ecclesiæ statuendi ieiuniorum per hoc impediri alia pietas, & magnos operibus causas. Similia habet Anglicus in IV. dist. xv. quæst. 111. art. 2. quæstione 4. ad 1. *Si autem peregrinatio commode differri non possit, vel quit tempus ipsorum hominum in via præoccupat, vel quia dies festus alicui immittit, ad quem ex devotione homo peregrare cupit. . . . potest cum dispensatione Superioris, omnia prædicta peraguntur, per-**

regimini, & ieiunium solvere. Hæc tamen intelligitur de his qui labore timentis ita affliguntur, quod simul cum ieiunio timere non possunt. Ad hæc clara, & decretoria est D. Thomæ doctrina, ut superfluum sit fastus eam explicare.

III. Ex hæc sancti Thomæ doctrina colligas velim, quam adversa sit sanctorum mentis, & quam laxa opinio Palqualigii, & aliorum recentiorum, asserentium licitum esse assumere non modo peregrinationem religiosam, & planti, sed etiam opera illicita, nempe ieiunium, quoties suscipitur hospes, cum meretricibus coitum, ebrietatem, & id genus similia vitanda. Sancti Doctores negant, licitum esse religionis ergo suscipere peregrinationem non necessariam, vel que differri possit, quando prævidetur ieiunium transgrediendo; hi vero novi Doctores essentiam, alium media illicita posse cum exacta intentione non ieiunandi, quia peccatus contra præceptum ieiunii. Hanc opinionem inter laxissimas recentium sapia cap. 1. num. 13. Sed falsus suo loco.

IV. Quest. II. An qui feria quinta hebdomadæ sanctæ, vel feria sexta disciplina se se publice flagellant, excusentur a ieiunio, quod eam eadem disciplina tempore negat? Resp. Salamanticenses tractat. xxvii. cap. 13. punct. 7. h. a. num. 146. probabiliorem esse opinionem illam asserunt que docet, præfatam disciplinam, potissimum eo modo quo fit in Hispania, excusare a ieiunio: quia, inquit, est actus pietatis, penitentis, & religionis. Deinde addunt, ieiunium institutum fuisse ab Ecclesia ad corpora castiganda, & passionem rebelles compendenda. Publica autem flagellatio nisi macerat corpus, & passiones subicit quam plene ieiunia. Ergo hæc omnia valent, quando ob publicam macerationem servari nequeunt. Quam iniuriam, quamve incerta sint eiusmodi argumenta, nemo non videt. Quoniam non solum considerandum est in ieiunio, quod corpus, & sensus maceret; sed precipue est attendendum, quod precipue ab Ecclesia, & quod præter corporis afflictionem, sensumque reformationem, se cum asserat obsequium, & obedientiam quam fidelis præstare debet matri sue Ecclesie. Non modo corpus, sed etiam privata flagellatio plus corpora macerare valet quam ieiunium. Licet enim non propterea erit cuique dolum percutere, etiam vincto ad effusionem sanguinis, & ventrem contra præcepta Ecclesiæ implere? Non modo hæc publica flagellatio cum ieiunii dispensando non adificat proximum, non confundit hæreticos, non

promovet Ecclesiæ decorem; sed contra tum prodentes Catholicis, tum invidi hæreticis commoventur, dum vident Ecclesiæ præcepta violari ob voluntariam corporis castigationem. Quare hic appodite usurpanti potest illud: Melius est obedientiam quam vitium. His patet contra remanent argumenta producta.

V. Quest. III. An licitum sit ieiunium obligari sub mortali solvere ob hospitium suscipiendum? Resp. Palqualigius deest. 350. ex laxitatis processit, ut doceret licitum esse solvere ieiunium, quoties suscipitur hospes, maxime si sit nobilis, vel Princeps: quia, inquit, si non parares cenam, hospes pararet te come expensis æque ferre; si cenam parares, & accumbis, sed non comedis, aut parum comedis, licet obtrudas obligationem ieiunii, id tibi ad importunam correptionem imputabitur. Quare non modo hospitium tantum beneficio tibi non devincitur, sed potius male de illo moreretur. Hanc Palqualigii opinionem inter laxas recentissimas cap. 1. num. 17. Iniculis Leander tract. v. disp. viii. quest. xl. laudat pro hac sententia Azorium, & Trullench. Quoniam hi Auctores solum docent, quod in tali quo amicus, vel hospes ob suam aliquam infirmitatem, vel ignorantiam, nollet manducare, vel cenare, erronea conscientia deceptus, quod peccaret comedendo, esseque periculum vitæ, vel gravis damni, tunc solum, ut primi damno consuleret, posset spiritu caritatis comedere eo licite, ut amicum, vel hospitem infirmum ad comedendum induceret: quemadmodum præter exemplo sancti Spiritus, quod proferret Azorium. Ceterum quod Christianum ieiunium frangere possit ob vanos illos respectus, & mandatum timorem, aliaque futilia commenta, quæ obruidit citatus Auctor, a veritate, & a Christianæ religionis sensu omnino abluvit. Quandoquidem aut hospes catholicus est, aut non. Si est catholicus, dum audit hospitem suum ieiunii lege teneri, nihil eorum que comminiscitur Palqualigius, potest rationabiliter suspicari. Si hæreticus est, utique observatorem ieiunii deridebit; sed non ob id deridenda est ieiunii observantia. Denique, si hæreticus sit, sive catholicus, non potest ob vanas suspiciones, & iniurias derisiones ieiunii præceptum violari.

VI. Quest. IV. An Concionatores, Confessarii, alique, qui doctorem, vel magistrum officium exercent, sint a ieiunio excusati? Resp. Antequam Theologorum opiniones, meliusque sententiam promo, id considerandum

obiciat quod de semetipso scriptum reliquit Concionator magister D. Paulus Apollonius I. Cor. 13. Castigo corpus meum, & in servitute reitigo, ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar: ubi D. Thomas in commentariis hæc scribit: Ergo implet factio quod docet verbo, ne se damnet ore proprio. Laudat deinde Augustinum dicentem: Suo timore nos terruit Apollolus: quid enim faciet agnus, ubi arces timet & tremis? His velligit insisterent omnes sancti Concionatores. Plus corpus, ieiuniumque afflictione, atque interiori virtutum exercitio quam vocis sonitu auditores commovebant; plus exemplo quam verbo docebant. Hæc exempla imitentur oportet doctri temporis Concionatores, ut parem verbi divini fructum assequi valeant: vix namque illis, si quod verbi edificare satagant, moribus destruant.

VII. Dico itaque primum, Concionatores non potest ob prædicationis quadragesimalis officium carnes comedere. De hac abstinence nec Theologi, nec Casuistæ, quos ego legi, verbum ullum faciunt: quoniam fatalis ut certum supponunt, id non licere. Et in primis constitutionis sacrorum Ordinum communiter statutum, ut Concionatores qui cibis quadragesimalibus vesci nequeunt, concionari desistant in Quadragesima. Constitutiones Ordinis Predicatorum apud Fontanæ titulo de Predicatoribus ita decernunt. Concionatores qui tempore Quadragesimæ a carnibus abstinere non valent, per Quadragesimam ad populum concionari non possunt, ne plus tanto scandalo offendant, quam verbis edificant. Constitutiones Societatis Iesu Tom. II. pag. 124. ult. edit. hæc statunt: Qui cibis quadragesimalibus vesci non possunt, si propter aliquam rationem proximam ecclesie domus vestras concionari ne possunt. Aliarum consuetudinum textus recentiores omitto, quia exemplaria ad manus non habeo. Sed omnes quas me legisse memini, carnium esum vetant Concionatoribus tempore Quadragesimæ. Et merito. Quia enim efficacitate luadere abstinence, ieiunium, penitentiam, aliaque corporis afflictiones valent Concionatores illi qui, cum ratione & status religiosi, & ministerii apostolici, severiori vivendi instituto sint adstridi, lautitias, & lessestiores epulas conlectantur? Et tamen (hæc tempora perditissima!) Concionatores nonnulli singulis diebus, vel ipso vespere die, carnibus in Quadragesima vescuntur. Mirum ergo esse non debet, si nullam divini amoris sententiam in peccatorum cor-

dis ascendant. Extincto enim in ipsis cælesti igne, & carnis spiritus prævalente, sermone illorum ad aures cordis non pertingit. Carnes, inquis, comedo, quia magna necessitas corporis agitatione, ac laterum vi, & resonante voce concionem recito. Quapropter vires corporis nimium debilitantur, immitique consumuntur spiritus. Exculationes istæ carnales sunt. Quid quod omnes e. g. concionatores Cappucini sine carnium esu, non modo magna corporis contentione, sed & spiritus fervore singulis diebus in Quadragesima concionantur? Nonne homines isti æque ac tu? Cur illi, quantum aliis severioribus constitutionibus extenuant, valent quotidie concionari totis diebus quadragesimalibus nutriti, tu vero id nequis? Cur? Non certe esse impotentia, quam illorum experientia evincit esse commentitiam. Unde ergo in te tanta tenentia? Unde tanta mollietas? Turbet originem perquirito: ego enim eam reterege nolo. Id solummodo addo, rationem vivendi quorundam Concionatorum nimium laxam in causa esse cur pauci peccatores penitentibus viam arripiant. Quid si quandoque etiam Concionatorum aliqui qui laxè vivunt, fructus penitentium in suis auditoribus pariunt; id divine misericordie tribuendum est, quæ luto, & spato interdum utitur, ut carcerum oculos aperiat. Per se, & absolute iustus accidit. Quia licet sacerdos, sic & populus. Quod si excepto concionum cursu in ipsa Quadragesima vel vocis defecto, vel vitium imbecillitas contigerit; poterit Concionator dispensationem a superiore impetrare carnes comedendi.

VIII. Dico secundo, Concionatores qui lingulis diebus conciones ad populum habent, si ieiunare nequeant, dispensationem a superiore impetrare debent solvendi ieiunium: quam dispensationem facillime impetrare potest superior. Iusta enim adest ratio dispensandi, quin Theologi communiter docent, prælatos concionatores a ieiunio lege liberos esse. Sed ego asserere non audeo officium ipsum concionandi a ieiunio exstare; cum potius & contrario similitudinis talis ministerii & severam ieiunii observantiam, & precum fervorem, & alia penitentis tum internæ, tum externæ opera exposcat, ut Patres docent, & sancti Concionatores omnes reipsa præstiterunt. Quare Concionatores qui ieiunare possunt, ad ieiunium teneri puto. Qui certo impotentes sunt, vel qui dubitant de sua impotentia, a superiore ieiunii dispensationem, vel

commutationem obtineant. Sub initium maxime ministerii dispensatio facile tribuenda est.

IX. Dico tertio, nimis laxam esse opinionem Thomæ Sanchez, qui *Lib. 2. cap. 1. dub. 13. num. 6.* exente in hebdomada concionatorum, vel quater in hebdomada concionatorum, quomiam debent conservare vires pro aliis futuris Quadragesimis. Concionatorum, inquit, qui in quadragesima concionantur ter, vel quater in hebdomada, concionantur & regulariter excusentur, nisi in nullodie Quadragesime tenentur feruntur; & hoc maxime, si non feruntur concionatorum... quia hoc videtur requirunt ad robur necessarium ad bene, & fructuose concionandum: quia, ut viri docti dicunt, qui debet officium exercere, non tantum debet attendere, an possit in hac Quadragesima, vel in hac die sumi ieiunare, & predicare, sed etiam in conferentia vires, & possit pures esse, & Quadragesimas predicare. Sic docti tenentur. Hanc opinionem inter propositiones nimum laxas recensit *cap. 1. num. 18. & 19.* Ex ea enim loquitur, etiam artifices, qui ter in hebdomada artes laboribus exercant, in nullo die ad ieiunium in Quadragesima teneri: quod quam sit absurdum, per se patet. Neque in diebus quibus Concionatores non exercent ministerium concionandi, ieiunare debent: Quia tribus in hebdomada diebus predicant, alii quatuor diebus ieiunium solvere poterunt? Cur? Quia docti iuniores docent conservandas vires esse pro futuris Quadragesimis. Quia hoc videtur requisitum ad robur necessarium ad bene, & fructuose concionandum. Pape: Fructus evangelicæ prædicationis non ex corporis maceratione, non ex precum fervore; sed ex robore plei ventris, ex pinguedine terræ? Quid Hieronymus ad Nepotianum *Lib. II. epist. 10. epist. 121.* clamat. Non confundant opera tua sermone tuo; ne, cum in Ecclesia loqueris, te citius quilibet respondeat: Cur ergo hoc que dicitur, *Non facis? Delicatus magister es qui plebem vestre de ieiunio dispensas. Accusare accitiam & latro potes.* Revera præta opinio apostolicum ministerium, quod divinus gratia potissimum ininitur, derelictum, & libilis exponit; atque Concionatores ipsos ad nimias provocat lassitates. His similibus Casularum opinionibus decepti Concionatores quidam in villis, & pagis ter in hebdomada ministerium exercent, & cum maximo populorum scandalo in nullo Quadragesime die ieiunant. Et, quod ultimum malorum est, in tanta opinionum pravitate educati, non modo ieiunia, sed frequentissime sacrosanctum Missæ sacrificium, & internum divinum officium recte negligunt. Et hi potissimum sunt qui

ideo conciones ad populum habent, ut stipendium asequantur temporale, atque auram, clamoremque popularem capient: contraque hæc scribit Hieronymus in laudata epistola. *Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed genitus suscipitur. Lacryma auditorum laudat tunc sine, sermo Presbyteri Scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorum esse, & cabulum, garrulumpque sine variis; sed mysterium peritum, & sacramentorum Dei tui gratissimum. Verba sobare, & veritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indolentium bonium est... Nihil tam facile quam vultu plebeculam, & indolentium cogitacione loqui, volubilitate decipere, quæ, quidquid non intelligit, plus miratur. Sed has obiter de pertransientia dicitur sunt.*

X. Dico quarto, Confessarios, Magistros, Lectoresque ieiunia docentes nullo modo a ieiunio excusari. Quia eiusmodi officia sunt mentis potius quam corporis parvus; seu illis plus meas quam corpus desaturat. Porro ad mentis exercitia peragenda ieiunia consuevit potius quam necesse. Non negaverim tamen, lecos aliquando contingere. Ideo arbitrio prudentis id reinquendum est. Quando enim materia spiritalia, que animarum profectum promovent, exerceri non possunt cum ieiunio obervantia, ieiunium omittenda esse nemo negaverit. Si enim labor corporalis sufficiens causa læpe est, cur aliquis a ieiunio excusetur, quanto magis excusabitur a ieiunio labor mentis, quantum propter aliquid ad salutem æternam necessarium, vel ad vitam spirituale ordinatum; id solum dicitur, laborem hunc mentalem suapte natura non excusare communitur a ieiunio. Doctores, Lectoresque ob suas quotidianas consuetasque lectiones, que plures lectiones, & per plures horas docent, a ieiunio non excusantur ullo modo. Si vero in aliquibus publicis dispensationibus ob pecculatum mentis attentionem, & studium insolitum aliquo virum debilitate, quædam licet les universis pro toto Excusantur sit supra facultatem Episcopi; prout tamen hæc les spectat hæc excusationem, subiacet iurisdictioni episcopali, quatenus Episcopus valet legent illam interpretari, & ex iusta causa ab eadem suos subditos dispensare: alioquin Episcopus non plus, ad hoc quod arripit, auctoritatis haberet quam simplex Confessarius. In lege vero vel a semetipso, vel a Synodo diocelana lata, non solum potest dispensare, verum etiam eandem iusta de causa abrogare valet.

CAPUT XXVI.

De dispensatione, que ad ieiunium observantia habetur. Quomodo possunt hæc dispensationem concedere.

I. Quarta causa, que ab observantia ieiunii excolvit, est dispensatio: que communitur definitur solentibus verbis.

Est iuris alicuius relaxatio ab eo qui legitimam habet potestatem, facta. De natura, & caulis dispensationis suo loco pro dignitate tractabimus. In presentia brevissime dico, dispensationem iustam a ieiunio exculare: idque omnes fatentur. Quinam poro il sint que omnes dispensationem impartire valeant, paucis declarabimus.

II. Pontifex summus in universam Ecclesiam potestatem habet dispensandi a ieiunio lege, que humana est, quatenus determinata ieiunia, & dies, quibus ieiunandum sit, præscribit. Si Pontifex committeret, maiore dispensare a lege, culpam committeret, maiorem, vel minorem, prout maioris aut minoris momenti esset lex aqua eximeret. Et, qui magis ponderis est ieiunii lex, qui divinam quamdam sapit originem, si ab ea sine rationabili causa dispensaret, dubio procul gravis culpe reus evaderet.

III. Episcopus cum suis subditis dispensare valet, ut ex D. Thoma in *II. dist. xv. quest. 111. art. 2. quest. 1. ad 3. & 2. 2. quest. xvii. art. 4.* docent communitur Theologi, & Canonistæ. Idque experientia coniat: quoniam reipia Episcopi in suis diocelibus dispensant. Et revera id ratio optima regimini postulat, ut scilicet satis provide subditis pro occurrentibus casibus consistant sit. Porro, si Episcopus potestatem desitutus foret dispensandi subditos suos a ieiunio lege, satis illis provium minime foret: quoniam frequens est causa dispensandi; & difficile est ad summum Pontificem accessus. Dispensatio Episcopi a ieiunio, univere Ecclesie indicto, sine iusta causa illicita est, & invalida: quia Episcopus non habet potestatem supra ius communis univere Ecclesie. Quare, dum a lege ieiunii quadragesimalis subditos suos solvunt aliquos Auctores non dispensat; sed tantum declarat in hoc aut illo casu legem non obligare. At, ut ego arbitror, vere dispensat: quoniam licet les univere potestati Excusantur sit supra facultatem Episcopi; prout tamen hæc les spectat hæc excusationem, subiacet iurisdictioni episcopali, quatenus Episcopus valet legent illam interpretari, & ex iusta causa ab eadem suos subditos dispensare: alioquin Episcopus non plus, ad hoc quod arripit, auctoritatis haberet quam simplex Confessarius. In lege vero vel a semetipso, vel a Synodo diocelana lata, non solum potest dispensare, verum etiam eandem iusta de causa abrogare valet.

IV. Parochis dispensandi potestatem de-

pendant plures Theologi: quia Parochorum potestas ultra fori interioris limites non extenditur. At, quidquid sit, num vi iuris communis Parochi valeant dispensare nec ne, communiisium est Theologorum, & Canoniarum sententia, iure consuetudinis saltem Parochos dispensare ob iustam causam posse suos subditos parochianos. Nam non semper facilis ad Episcopatum accessus est; & aliquo sæpe urgent dispensandi rationes. Quin sententiæ probantior videtur sententia, desiderans posse Parochum valide & licite dispensare subditos suos, etiam præsentem Episcopo: quia, experientia teste, id consuetudine invecum est. Dispensant enim Parochi, nec Episcopi reclamant. Idque confirmat suavi regimini Ecclesie. Nimirum anim grave foret, si fideles ex locis remotis adire deberent Episcopos ad impetrandam dispensationem ieiunii, cuius necessitas in die occurrit, & in diem transit, seu deficit. Vicarii quoque Parochorum, seu eorum vires gerentes, nisi Parochi expressè repugnent, possunt dispensare parochianos ob iustam causam; quia sublata, dispensatio illicita esset, & invalida; peccarentque tam Parochi, quam eorum Vicarii illam impetientes.

V. Superiores Regularium possunt cum suis subditis dispensare: quia iurisdictionem spiritualem habent providendi subditis suis in omnibus que ad eorum optimum regimen congrua indicaverint. Communis enim sententia est, id posse Prælatum regularem cum suis subditis quod potest Episcopus in sua diocesi. Eadem licet quidem utroque ratio est, ut scilicet subditis omnibus in necessarium bene provium sit. Superiores autem Regularium sunt Generales, qui in univere Ordine subditos dispensare valent, Provinciales in tota provincia, & priores, Rectores, seu Guardiani conventuum in toto conventu. Vicarii quoque superiorum locorum, adhibitis superioribus, dispensant valent, cum illorum vicibus fungantur. Hi omnes in ieiunio, siue a Regula, siue ab Ecclesia præceptis, & in absentia a carnibus dispensare ob iustam causam possunt. Dispensantes vero siue iusta causa peccant. Et, sicut cum aliis, ita quoque cum semetipso dispensare valent.

VI. Abbates, Prioristæ, & alie quævis superiores Moniales, cum nullam habeant iurisdictionem potestatem, nonnullaque spirituale iurisdictionem, ad quam feminæ non sunt idoneæ, nequeunt Moniales dispensare; possunt tamen declarare, in hoc vel illo casu

Moniales subditas ad ieiunium non teneri. Quæ omnia communia sunt.

VII. Episcopi, iusta urgente causa, belli, pestis, famisque necessitatis, possunt cum tota diocesi, vel civitate dispensare. Parochus tamen id non potest respectu totius parochie sibi subditi; sed Episcopus adire debet in simili eventu, qui raro contingit.

VIII. Confessarii potestatem habent dispensandi suos penitentes; sed solam quandoque possunt declarare in dubio penitentis legem non obligare in tali casu. Confessarii enim iurisdictionem nullam habent supra penitentes, nisi in his que ad forum internum spectant. Dispensatio autem actus est iurisdictionis, quam, ut dixi, Confessarius non habet.

IX. Medici nullo modo dispensare valent a ieiunio; sed iuxta iudicium proferre, quod infirmitas, vel debilitas necessarium notabile afferat, nisi ieiunium levetur. Non quælibet difficultas, non quodvis incommodum; ut in capitis levis dolor, vel stomachi quæcumque debilitas, sed illa tantum corporis molestia que notabile detrimentum nature inferre prohiberi potest, iussit medico, ut licite, & tute attentionem faciat superiori, qui dispensare, hæc polia attentione, valet. Sed miseri medici potissimum in causa sunt car ieiunia passim violentur. Illi enim, ut auram popularum acciperent, ut numerosam clientum turbam sibi conciliant, ut res suas promovere valeant, omnibus, potissimum nobilibus, & mollioribus feminis, non modo quævis, sed testationem faciunt, sed sponte offerunt omnibus lenocinantur, ac blandiuntur. Caveant miseri, nec, dum aliorum concupiscentia, gula, & intemperantia indulgent, ipsi perpetui incendi pernas luere debeant. Illis dumtaxat attentionem faciant quorum infirmitas, aut debilitas notabilis est. Incommoda que remota sunt, continentari. Quæ tantum probabiliter proxime imminet, causæ sufficientes sunt iuste dispensationis, & attentionis. Quando infirmitas, vel incommodum grave, & manifestum est, non est necessarium dispensatio, sed medicus ipse declarat, infirmum excusatum esse a ieiunio. Quare S. Antonius II. P. II. vi. cap. 13. S. 6. inquit: Item de vobis rationabiliter medicis infirmis ieiunia relaxantur, sed comedas carnes diebus probabit non possunt. sed peccare medicos, si sine causa rationabiliter, vel solum dubio ista manant, vel ordinat infirmis.

X. De causis iuste dispensationis in dis-

sertatione de dispensationibus sermo erit. Causæ que sufficient ad impartendam dispensationem a ieiunio, ex his que dicta sunt, constant. Liber dumtaxat hic subiicere doctrinam Sylvæstrii verb. lxxv. quælib. vii. num. 20. Tertium quantum ad dispensationem: super solutione ieiunii talis regula servanda videtur ex mente omnium Doctorum. Si certum est quod quis ieiunare non possit ex causis evidentibus, potest quis ieiunium proprio auctoritate dimittere secundum Vervec, & omnes. Si vero sit dubium, consulendus est Confessor, vel alius. Et, si iudicio eius causa est evidens, iterum potest quis proprio auctoritate dimittere secundum mentem eiusdem Vervec, quia eo casu causa est evidens. Si vero ipse sit dubius, oportet adire Superiorem, idest Episcopum, vel proprium Sacerdotem, qui declarare potest auctoritate dispensatio in dubio. Limita tamquam regulam, esse sententia, quia, etiam casus extante evidentes se, vel aliquibus, si inde aliqui scandalizarentur, petenda esset dispensatio.

XI. Quando itaque infirmitas, seu debilitas evidens est, non requiritur dispensatio; quoniam, certa existente causa impediente ieiunium, lex non obligat. Cum infirmitas, vel valetudinaribus, five quolibet alio incommodo gravatus dubitat, consulat medicum, vel Confessarium. Si illi declarant, causam excusantem esse certam, quæ dispensatione solvitur, est a ieiunio. Si illi dubia sunt, tum causa latis, et si illis tunc Superiorem adeat pro dispensatione, & Superior in alioq. piùm, sed non gratis, neque petenti dispensationem incongruam, opus committit debitum ieiunandi. Illud animadvertant Superiores, maiorem requiri causam ad dispensandum in eis carnum quam in ieiunio. Quare, si sufficienti secunda comestio, non dependit in ciborum qualitate: si carnum eius succurrant indigent, non concedatur duplex sectio. Ad dispensandum in lacteicis causa latis levi sufficit. Quando quis in Quadragesima dispensatus est in eis carnum absolute, non intelligitur dispensatus in feris lacticis, & lapidibus, nec in quatuor temporibus, nisi in dispensatione id fuerit expressum.

XII. Ex his que dicta sunt, improbanda manet opinio plurimum Casuistarum, qui asserunt, non teneri ad ieiunium illos qui debent, an sint obligati, qui melior est conditio possidentis; quam rationem falsam esse alibi probavimus. Si autem dubii essent excusati, vix foret dispensationi locus. Sed

de hoc fulius suo loco. Referuntur pro Regularibus aliqua privilegia & Sixti IV. & Leonis X. quibus declaratur, Regulares, dubitantes super obligatione ieiunii excusatos esse, & a petendis dispensationibus debito exemptos. Addunt etiam Salmanticenses ex Rodriguez merit. xxvii. cap. 11. punct. 7. num. 159. Leoniam X. concessisse Religiosis imitantibus ut ieiunium ex precepto Ecclesie unius diei in alium diem transferre valeant: vel horam comestitionis anticipare. Sed hæc privilegia mihi commentitia sunt; nec videre ea licet. Explicatio vero quam Pasqualigus exhibet deei, ccccvi. num. 3. quamque refert Leander quest. lxxi. disp. x. tract. v. laudati privilegii, illud apocryphum vincit. Ait enim hoc privilegium locum habere, quando iter breve est, & comestio fieri potest. Si enim longum foret, itineras excusatus esset, iterum, si destinaret, non egeret iuxta illorum Casuillarum doctrinam dispensatione. Privilegium ergo dispensationis eos qui nulla indigent dispensatione. Cur Religiosi, qui ubique exemplum penitentia præferre debent, dispensandi sunt in itinere brevi, & commodo? Non dispensandi laici, & dispensabuntur Religiosi? Quo fundamento preclum id potest? Nisi præsumere velimus, Pontifices summo approbante illorum Casuillarum nimiam opinandi licentiam; quod quidem nullo pacto est. Profecto igitur nullum ad id fundamentum prodegerit credendi, Pontifices citata privilegia concessisse.

CAPUT XXVII.

Christianorum ieiunium comitari debent abstinentia a peccatis, oratio, ebrietas, aliarumque virtutum exercitia.

I. Quamquam capite quarto primæ dissertationis advertit Lutheranos, Calvinitalique demonstratum, ieiunium ecclesiasticum, quod Catholici observant, officium esse virtutis, cum in honestum sinei referatur, nihilominus placet in hoc capite Christianos breviter edocere regulas que in ieiunii executione servare debent. Totam liquidem illius dissertationis oratio licet & arida fuit, quantum tota occupata in resolvendis difficultatibus, & innumeris quæstionibus, quas nimia opinandi licentia investit. Congruum ergo est ut post explicatas difficultates que ieiunii obligationem, vel illius exactam observantiam in discrimen adducebant, ac tunc in medium promamus que ieiunium perficiunt, ornant, & nitrum in modum anime

utile, singularique meriti secundum continent. Ex his que hucusque disputavimus, consequens est, paucos esse qui physicas, ut ita loquar, ieiunii regulas, vel verum ieiunium hodieque observent; paucissimos vero qui ieiunium fruantur, meritisque assurgantur. Nam plures ieiunant, quia quid comendant non habent. Ieiunant avari, ut pecunias parcant, ieiunant alii, ut corporis sanitatem conservent, ieiunant hypocritas, ut inænam gloriam acciperent. Peccatores plures a cibis abstinent, sed vitis indulgent. Habent ventrem pitibus, & leguminibus altum; sed avaritia carnes pauperum vorat, & pelles excoirit; lingua proximi famam lacerat, innocentiam fordibus contamiat. Utinam hæc concionatoria esset amplificatio, & oratoria exaggeratio, ac non simplex, & sincera illius ieiunio testimonium narratio, & descriptio. Adversus eundemmodum ieiunia invecti hæc tum Prophetæ, tum Patres. Itaias cap. lviii. Ecce in die ieiunii cæsi invenerunt volantes, infra, & omnes debiores vultus repetitis. Ecce adistes, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugna impie. Nolite ieiunare, sicut vultus ad hanc diem, ut audiat in excoelo clamor vester. Numquid tale est ieiunium quod ego, per diem abstinentem animum faciam?

II. Sancti Patres, huic Prophanæ tæxæ explicantes, toti sunt in incitanda a vitis abstinentia, ut corporale ieiunium Deo gratum evadat. S. Basilii hom. 1. de ieiunio. Quæ, in ieiunio utilitatem sola ciborum abstinentia ostendit. Perunt enim ieiunium esse abstinentiam esse vitis abstinentiam. Sed quæ simul abstinentiam continent ieiunium proximo ac debitum dimitte. Non ad litas, & contentiones ieiunatis. Carere non edis; ut interius deoras fratrem tuum, pro abstinent; ut interius ab inimico tibi non temperes. Sanctus Ioannes Chryostomus hom. viii. in Genesim. Ieiunium dicit abstinentiam a vitis. Etiam abstinentia a cibis, ieiunium hoc recepta est, ut vigilem carnis referens. Ieiunatum autem omnia oportet itum referre, mansuetudinem, & levitatem addiscere, habere eos contritum, abstinentiam concupiscentiarum repellere. Sanctus Leo serm. xlii. in Quadragesima vi. cap. 11. Apostolica institutio quadraginta dierum ieiunio implatur, non ciborum tantummodo paritate, sed privationis maxime vitiorum. Nam cum hoc castigatio ista sonatur, ut carnalium desideriorum fontes subtrahantur; nihil magis desiderandum est continentia quam quævis semper sint ab iniuria voluntate liberi, & ab inobsequia actione ieiunii. Sæpius Bernardus serm. 1. de Quadrag. si quis leu

topere hac de re confiligator. Sequelam vero probat quæ in tractatu de legibus omnines supponunt, legem non pro aliquibus, & quali paucioribus, sed pro omnibus, vel plenique saltem communitatis ferri; neque eam legem esse consiliam, quæ perloque saltem comprehendenda, & obligare non possit. Sed iuxta opiniones de ieiunio & abstinencia a carne lex ecclesiastica de Quadragesima, & ceteris ieiuniis non perloque Ecclesie, sed pauciores comprehendit, & obligat ut quicumque eas opinionem, & aperitissimas consequentes tantisper confideraverit, inveniet. Ergo hæc opinionem fallax absurdique si non essent, sequeretur cessasse iam, & desisse legem ecclesiasticam de Quadragesima, ceterisque ieiuniis; solidumque quis opinabitur, legem quæ non omnes, non perloque, sed pauciores communitatis comprehendit, nullas comprehendere, quam ipsi opinentur, factores, Condonatores, equo etiam iter facientes non teneri ad ieiunandum: Ex sequela ergo absurditate dignoscitur opinionum eorum falsitas.

Ex his illud inferrem, eam laborem, illud etiam salutis nocumentum, quod ex observantia quadragesimali per se loquitur in plerisque civitatumque status, non excusare ab ea observantia; sed requiri vel laborem, vel præiudicium salutis esse extraordinarium, & plerique universalesque status regulariter non convenientes, sed minus. Quia lex Quadragesimæ statibus omnibus Ecclesie communis est. Et paulo infra:

Ut ex publicis orationibus liquet, duplex fuit fons sanctæ Ecclesie: alter, & quasi potior, ut pro peccatis nostris penitentiam agamus, qua non modo aliquid pariamur, sed etiam, sicut ipsa dicit, pro peccatis nostris misse affligamur, atque in corpore maceremur; alter, ut hæc corporis castigatio mens rejiciatur. Hæc publica sunt in Ecclesia Dei, quorum prinde non tam ignorantia, quam inconsideratio, & libertas neminem excusare potest. Respicit, inquit, &c. ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Item. Devotionem populi tui &c. Item. Præsta &c. ut familia tua, quæ se affligendo carnem ab alimentis abstinet, sectando iustitiam a culpa ieiunet. Item &c. Et dixi præ. Breviarum esse bonum certe libram molalem.

Hæc porro Breviarum Theologia est de

plano illa ipsam quam S. Thomas tractat, 2. quæst. lxx. artic. 5. Manifestum autem est quod aliorum rationem est molas qui imponitur in concupiscentiis secundum regulam rationis humane, & secundum regulam divini: puta in suspensione ciborum, ratione humane modus statuitur, ut non nocent valetudini corporis, nec impediant rationis actionem; secundum autem regulam divine legis requiritur quod homo castiget corpus suum, & in servitium redigat per abstinenciam cibi, & potus, & aliorum huiusmodi.

Ecce ergo unde contrarietas orta sit legibus ac intentionem Ecclesie, & tot opinionum, eius intentionem insulantium: nam alia regula sit opinatores, alia vero Ecclesia mater utitur. Opinatores scilicet utuntur regula humane rationis, idque primum habent, & respiciunt, utrum ieiunium, & abstinencia a carne nocitura est, afflictaque ieiunantium; & a ieiunio liberant. At mater Ecclesia, non hæc regula, sed altiori alia dimittitur, scilicet divine legis: & vult ut per abstinenciam quadragesimalem vere pro peccatis nostris affligemur, patienturque in carne; item ut maceremur in corpore, sique illud in servitium redigatur, mens vero evadat robustior, atque ipse voces penitentiae, afflictionis in eam, macerationisque ceterisque saltem palam essent eum modum qui per regulam divine legis imponitur. Neque opinionem contrarie sunt profecto castigative, penales, aut afflictive carnis, neque commercium habent cum maceratione corporis... Lex Dei, & ea utramque Ecclesia in constitutione Quadragesimæ haud sumit valetudinem, vel in valetudinem corporis; sed per aliquam etiam eius in valetudinem vult ipsum castigari, affligi, macerari; & ita in debitam servitium redigi, atque debitas peccatorum penas quomodo exsolvi...

Ans: Ergo nulla ratio habenda est valetudinis, vel in valetudinis, nulla rigorosis, vel etiam morosis? Negamus consequentiam, vel distinguimus, & dicimus, eam in valetudinem, vel salutis detrimentum considerandum non esse quod per se loquitur ex abstinencia, penitentia, ac maceratione corporis; cum hæc hæc, ut ipsam intendatur. Considerandum vero est, si quod aliud maius, & extraordinarium imminet. Ad hoc porro, ut dignoscendum dedimus illud signum, utrum scilicet in valetudo, & dolor, aut labor

labor sit singularis, & plerique convenire soleat in quovis statu, an non. Rari enim sunt post transactam juventutem, qui magis aliquid non laborem. Quod si labor, vel in valetudo, vel dolor regulariter convenire plerique soleat, non sufficit, ut dicimus. Aliud etiam sufficere soleat in Religionibus observantibus ad se excusandos a Quadragesimis, abstinenciaque carnis, quam dispensantes peccabunt. Mirari satis non potui, plures etiam Religiosos viros, nedum laicos, qui tranquilla conscientia ieiunia solvebant ob solam medicorum licentiam seu attestationem. Nam, sicuti & Confessarii, & poenitentis sepe in fores cadunt; ita multo magis medici, & facti ægroti, Quod vero (inquit Elzaldia loc. cit.) multi censent se habita licentia utriusque medici peccare non posse, falsissimum est, ut supra de Magistris ostensum est. Et utique medicus peccare potest, & etiam qui sequitur.



UNIVERSIDAD
BIBLIOTECA
DE NUESTRO LEÓN

LIBER TERTIUS DE QUINQUE ECCLESIAE PRÆCEPTIS.

DE TERTIO PRÆCEPTO, QUOD EST DE DECIMIS
SOLVENDIS.

DISSERTATIO PRIMA.



Inter quinque Ecclesie precepta decimarum solutio, Ecclesie mini-
stris faciendam, recenseri, res comperit est. Alii quinto, alii tertio loco
debitum istud collocant. Hoc discrimen nullius momenti est: idcirco cui-
que licet quem maluerit ordinem servare. Theologus moralis tractator
paucis illius precepti difficultates perstringit. Quoniam, quae forum in-
ternum christianis populi spectant, pauca sunt; res vero quae forum exter-
num implicant, ad Canonistas remittunt. Nos media via de more in-
cedemus. Falsus quidem quam Theologi soleant, præceptum istud explica-
bimus; non tamen omnes Canonistarum controversias sub examen inducimus.

C A P U T I.

Quid sint decima, & quantum earum origo. Quae iure tum in veteri, tum in novo fœdere
prescripta sint. Harumque errores recensentur, & refelluntur.

Decima est illa fructuum pars que
quotannis Ecclesie ministris per-
solvitur. Decima nuncupatur,
quia est omnium bonorum mobi-
lium, sive fructuum iure quæstorum pars
decima. Olim Ecclesie, plebes, & altaria
nuncupabantur: nam inquit Urbanus seculum
in Synodo Nemausensi: Ecclesie, vel de-
cima vulgaris vocabulo apud nos altaria nuncu-
pantur. Christianus Lupus Tom. VI. edit.
Ven. in schol. pag. 80. hæc addit: *Est enim
& plebs fuisse appellata, quædam supra
a sancto Petro Damiano. Hinc & ipsorum
Rectores etiamnum hodie nuncupantur Pleba-
ni. Plebs habet Ecclesiam, Ecclesie altaria,
altaria decimam.* In decimis duo consideranda

sunt: nimirum & fructus qui percipiuntur,
qui certe quid temporale sunt: & ius eor-
dem fructus percipiendi, quod in ministris
Ecclesie quid spirituale est.

II. Decimarum origo quamcumque legem
scriptam præcedit. Abraham siquidem ante
scriptam per Moysen legem decimam partem
bonorum que de quatuor victis Regibus
reportaverat, Sacerdoti Melchisedech dedisse
se, Scriptura testatur Gen. XIV. *Et dedit ei
decimas ex omnibus.* Iacob quoque, cum Me-
sopotamiam patris iussu uxorem duceret præ-
terea, decimam omnium horum deditur præ-
daturum vovit, ut eandem propitium in
datum arduo negotio demeretur. Gen. XXVII.
Votum vovit, dicens: Si fuerit Deus mecum,

*Et custodierit me in via per quam ego ambu-
lo, & dederit mihi panem ad vescendum. Et
vestimentum ad indumentum, revertensque ero
prospere ad domum patris mei: erit mihi Deus
meus in Deum, & lapis iste quem erexi in
titulum, vocabitur domus Dei: et quocumque
que dederis mihi, decimas offeram tibi. Quid
plura? Ipsi Auctores ethnici scriptis produde-
re, maiores suos decimam fructuum partem
diis consecrare fuisse solitos. Plinius enim Lib.
XIX. cap. XIV. inquit: *Thur collectum Sabo-
rum, camelis convectum, porta ad id una pa-
tente. Dignidæ via capitales leges fecere. Ibi
decimas Deo, quem vocant Sabon, mensura,
non pondere, Sacerdotes captivas, nec ante me-
tari licet.... Sicut & quæ Sacerdotibus dan-
tur portiones, scribitque Regem curæ. Tullius
Lib. III. de nat. deor. cap. XXVII. Neque
Heruli quisquam decimam (sive decimam)
crevit unquam, si sapiens factus esset: quam-
quam Pythagoras, cum in geometria quiddam
novum invenisset, musis bovem immisisset, dicitur.
Plutarchus quoque narrat, Lucullum,
Romani iuris peritum, maximis opibus dona-
tum fuisse, quod decimas diis peribendas
vovisset. Quæ omnia antiquam produunt deci-
marum originem. Ante legem scriptam tamen
nullam exarabat præceptum solvendi decimas.
Quapropter tempore legis naturalis sancti Pa-
trarchæ decimasolvebant, sed aliquo præ-
cepto cogente, sed rationis virtute prævante.
III. Porro, quamvis nullam ante legem
scriptam esset præceptum, quod decimas præ-
scriberet; congruum tamen ministris Ecclesie,
pro populo divino cultui vacantibus, susten-
tationem conferendam esse, lex ipsa natura-
lis omnibus temper persuasit. Lex autem po-
sitiva seu scripta demittit, hæc alimentorum
quantitatem decimam debere esse partem o-
mnium mobilium bonorum. Levit. XXVII.
*Omnes decime terræ, sive de frugibus, sive
de pomis arborum, Domini sunt, & illi
sacrificabuntur.... Omnia decimarum bovis,
& ovium, & capræ, quæ sub pastoris virga
transierint, quædam decimam venerit, sancti-
ficabitur Dominus.* Ratio autem ob quam Deus
Levit. decimas dandi præcepit, assigna-
tur Lib. Nam. cap. XXVIII. *Reliqua autem Le-
vit. dedit omnes decimas Israelitis in possessionem
pro ministerio quo serviant mihi in tabernaculo
fœderis.***

IV. In veteri itaque testamento iure divi-
no Sacerdotibus, & Levitis decime debeban-
tur de omnibus fructibus terræ: quæ re ipsa
sic præceptum Deus in lege per Moysen popu-
lo data, ut ex relatis textibus plenum est.
Præceptum istud iudiciale fuit: ideo, mor-

tua lege modica per mortem Christi, cessa-
vit. D. Thomas 2. 2. quæst. LXXXVII. art. 1.
hanc de decima difficultatem summam perpici-
verat; omnemque questionem quatuor articulis
solvit. In decimis duo consideranda sunt.
Primo Sacerdotum, seu ministrorum Ecclesie
congruam sustentationem. Secundo determi-
nationem illius sustentationis in decima par-
te. Ex quo infer, præceptum de solvendi
decimas partim fuisse iudiciale, & partim
morale. Quatenus desinebat, alimenta con-
ferenda Sacerdotibus esse decimam partem
iudiciale fuit: quod omnino cessavit, promul-
gata Evangelii lege: prout vero præcipiebatur,
a populo alendos esse ministros Ecclesie, mo-
rale fuit, quod etiamnum subsistit: Unde præ-
ceptum (inquit Anglicus) de solutione de-
cimam partem quidem erat morale, iudicium
naturalis ratione, quatenus autem iudiciale
est decima institutum volens habens.

V. Præceptum istud, prout morale est, seu
propter bovem, ministris Dei, ipsorumque popu-
lo impatientes, ab ipso populo sustentandos
esse, in omni lege, sive naturali, sive mor-
tali, sive evangelica viguit: quia ab ipsa
lege naturali descendit. Quod enunciat D.
Thomas ex Agostolo Paulo, qui I. Corinth.
IX. hæc scribit: *Quis militat proprio stipendio
unquam? Quis plantat vineam, & de fructu
eius non edit? Quis pastor gregem, & de
lacte gregis non manducat? Nonquid se-
cundum hominem hæc dico? An & lex hæc
non dicit? Scripsit enim in lege Moysi:
Non alligabis os bovis triturantis. Nonquid
de bobus cura est Deo? An propter nos tri-
turus hoc dicit? Non propter nos scripta sunt,
quoniam debet in se, qui arat, & arat?
& qui trinitur in se, fructus percipit? Si
non vobis spiritualia ministravimus, magnum
est, si non carnalia vestris metamus.... Ne-
citis quoniam qui in sacris operatur, quæ
de sacris suis, edunt, & qui altari dedi-
caverunt, cum altari participant? Ita & Domi-
nus uncinavit ut qui Evangelium annun-
tiant, de Evangelio vivunt. Ex hæc D. Pau-
li autoritate concludit D. Thomas loco lau-
dato, ministris Ecclesie, qui populo spiritu-
alia suppeditant, esse iustitia debent alimenta
ad corporis sustentationem; non tunc
nec iure inferiori, ac laicis operariis, mini-
stris, & ministris bonam laborant. Quod enim
cui (subdit Anglicus) qui divino cultui
ministrant ad saltem populi utilitatem, popu-
lis necessaria cultus ministræ, ratio natura-
lis dicitur, sicut & hæc qui communiter utili-
tati invigilant, scilicet Principibus, & mili-
tibus,*

Wicleff, & aliis huiusmodi, stipendia solentur dantur a populo.

VI. Ex his colligitur, in novo foedere in re naturali, & divino, quemadmodum in veteri; populum teneri subministrare suo Parochi; populum teneri subministrare suum corpus sustentantem. Quod vero pro hac sustentatione possit decimam partem fructuum duntaxat, hoc bonorum mobilium, est tantum ex iure ecclesiastico. Quoniam preceptum duntaxat, impolitum Iudeis solvendi decimam partem omnium fructuum terrae, termino cessavit in morte Christi, ut dictum est. Animadvertit tamen Angelus, hoc esse discrimen inter iudicialia, & caeremonialia precepta veteris legis. Iudicialia, licet non obligent in lege gratiae, possunt tamen observari absque peccato; immo ad eorum observantiam tenentur fideles, si auctoritas aegrediat Ecclesiae. Et quia Ecclesia res ipsa statuit alimenta, quae populus ex iustitia dare ministris Ecclesiae tenetur, debere esse decimam partem fructuum terrae, ideo dicitur, solutionem decimarum esse iuris ecclesiastici, non divini, in lege gratiae. Caeremonialia vero precepta nullo modo licita sunt. Est autem haec differentia. In iudicialibus, & iudicialia legis praescripta, quod caeremonialia iustitiam est observantiam tempore legis novae; iudicialia vero, est non obligent tempore gratiae, tamen possunt observari absque peccato; & ad eorum observantiam aliqui obligantur, si statuantur auctoritate eorum quorum est condere legem: sicut preceptum iudiciale veteris legis est, quod qui furatus fuerit ovem, reddat quatuor oves, ut legitur Exod. xxxi. quod si ab aliquo Rege statuerit, tenentur eius iudicia observare. Ita etiam determinatio decimae partem solvenda est auctoritate Ecclesiae tempore legis novae instituta secundum quamvis humanitatem, ut scilicet non minus populus novae legis ministris novi testamenti exhiberet, quam populus veteris legis ministris veteris testamenti exhibebat; cum tamen populus novae legis ad iura non obligetur secularium illud Matth. v. Nihil abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorum, non intrabit in regnum caelorum; & cum ministri novi testamenti sint maioris dignitatis quam ministri veteris testamenti, ut probat Apostolus II. ad Corinth. ii. Sic ergo patet quod ad solutionem decimarum homines tenentur partim quidem ex iure naturali, partim etiam ex institutione Ecclesiae.

VII. Quae hucusque producta sunt, sufficienter ad confutandum omnium hereticorum errores. Primus haec de re error fuit Ioannis

Wicleff, qui, teste Thoma Valdensi Lib. II. Doctr. fid. art. 111. cap. lxiv. dicebat, decimas, parvas esse elemosinas, nulloque iure Sacerdotibus deberi. Errorem hunc secuti postea sunt Anabaptistae, & Trinitarii. Addebat Wicleffus, etiam modo decimas neque tamquam elemosinas dandas esse Sacerdotibus malis. Hos Wicleffus errores damnavit Concilium Constantense sess. VIII. art. 16. his verbis. Decimae sunt pars elemosinae, & possunt Parochiani propter peccata suorum Praefectorum ad solvendum suum eas auferre. Haec etiam ex propositionibus ipsius Wicleffus, quam mentio damnavit laudatum Concilium, tamquam verba Dei, & iuri naturali contraria. Utroque enim iure decimas, quatenus congruam ministrorum Ecclesiae sustentationem significant, eisdem ministris deberi, satis superque demonstratum est. Quod vero debeantur istis ministris peccatoribus, patet ex illo Matth. xxiii. Reddite quae sunt Caesari, & Caesari, & quae sunt Deo. Tempore quo Christus preceptum illud imposuit, non modo Caesares, sed & Sacerdotes, & ministri Ecclesiae improbi ac seculari erant. Decimae liquidum, non ratione sanctitatis, neque ratione Sacerdotii absolute, sed ratione ministerii spiritualis debentur ministris Ecclesiae, quemadmodum ceteris occeritur debentur stipendia. Ex quo consultus remanet error Joannis Fraticelli, & Mendicantium illorum, qui Fraticelli, & Mendicantes non nuncupabantur, quique, ut retet Ioannes de Turrecremata Lib. IV. Summ. part. II. cap. xxxvii. dicebant, ministros Ecclesiae, qui more Apostolorum in paupertate non vivunt, decimas percipere non posse. Est dictum, inquam, convulsus remanet error iste: quoniam labor in populi utilitatem, sive a paupere fiat, sive a divite, dignus est mercede sua.

C A P U T II.

Varia decimarum genera. Quo tempore consuetudo solvendi decimas in Ecclesia catholica obtinuit.

I. Decimae communiter tribuuntur in praediales seu reales, personales, & mixtas. Decimae praediales seu reales sunt quae solvantur de fructibus praediorum, agrorum, vinearum, pratorum, hororum, arborum, domorum locatarum, & silvarum. Praedia sunt duplicis quodammodo generis.

generis. Alia communia, quae semper fuerunt culta. Alia quae vocantur novalia, & sunt ea de quibus memoria non erat quod antea culta fuerint. Quae per culturam sunt novalia, semper talia remanent. Personales decimae sunt quae solvantur ex bonis propria industria, & labore, puta militia, negotiatione; scientia, officio, & quavis alia arte acquirunt. Mixtae nuncupantur ille decimae quae partim reales sunt, & partim personales; quatenus partim naturae, partim hominum industriae partus sunt; ut sunt quae solvantur ex calce, butyro, melle, & animalium lactibus. Sed hoc tertium decimarum genus, ut superfluum multi reiciunt, illudque reducant ad primum genus decimarum praedialium. Et hoc quidem merito: quia etiam fructus praediales non modo a natura, sed etiam ab hominum industria pendunt; nec tamen decimae quae ex eiusmodi fructibus solvantur, mixtae appellantur. Frustra ergo tertium genus additur decimarum ob hoc quod fructus ex quibus solvantur, tum a natura, tum ab industria humana pendunt. Sed haec levia sunt. Decimae praediales subdividuntur in maiores, & minores, seu minutae. Maiores illae appellantur quae de frumento, vino, & oleo solvantur. Minores, seu minutae sunt quae de fructibus animalium, ut de vitulis, agnis, foveolis, pullis, lana, calce, butyro, lecceminibus, & hororum fructibus offeruntur. Tandem aliae sunt decimae cessantes, quas ministris Ecclesiae pro eorum congrua sustentatione populus solvit; aliae sunt laicales, quae licet ratione institutionis sint ecclesiasticae, ex concessione tamen Ecclesiae a laicis percipiuntur. In antiquo testamento quatuor erant decimae quae solvantur. Primae decimae erant quas ex omnibus fructibus terrae, praegrum, & armentorum laici Levitis offerbant. Secundae quas Levitae ex suis decimis, a populo perceptis, dabant summo Pontifici, & aliis Sacerdotibus, decimam scilicet earum partem. Tertiae decimae erant quas laici ipsi separabant, ut eas tribuerent tempore quo ter in annum ibant in templum. Quarta tandem erant quas quisque lingulis triennis separabat, & apud se retinebat, ut in elemosinas pauperibus, viduis, & pupillis erogaret. Anno tertio separabatur aliam decimam ex omnibus quae nascuntur tibi eo tempore: & reponebat inra laenas tuas. Peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt, comedent, & satiabuntur. Deuter. xxi. In veteri lege preceptum divinum

obstringebat Iudaeos ad solvendas decimas summum praediales, seu reales, decimas personales. Rationem assignat D. Thomas 2. 2. quae lxxviii. art. 2. ad 1. cur teneantur fideles in lege gratiae solvere de fructibus personales decimas Sacerdotibus; cum in veteri testamento nulla de his bonis, in illa industria acquisitis, fuerit obligatio. Specialis ratio fuit, quare in veteri lege non fuit datum preceptum de personalibus decimis, secundum constitutionem populi illius, quia scilicet omnes aliae Tribus eorum possessiones habebant, de quibus poterant sufficenter providere Levitis, qui vacarent possessionibus; non autem interdicebant eis quoniam de illis operibus honestis lucrarentur, sicut etiam Iudaei. Sed populus novae legis est ubique pro mundum diffusus; quoniam plurimi possessiones non habent, sed de aliquibus negotiis vivunt; qui nihil conferunt ad subsidium ministrum Dei, si de eorum negotiis decimas non solvant. Multis etiam novae legis artibus interdicuntur ut si degerint negotiis lucrarentur, secundum illud II. ad Timotheum. ii. Nemo militans deo implicat se secularibus negotiis. Et ideo in nova lege tenentur homines ad decimas personales secundum consuetudinem patriae, & indigentiam ministrorum.

II. Quo praefato tempore in Ecclesia christiana consuetudo solvendi decimas obtinuerit, res dubia est, & obscura. Id comperitur videtur, tribus primis saeculis, servente Imperatorum ethnicorum favore in Christianos, ab istis decimis solutas non fuisse. Nec Ecclesiae ministri certos tum praesentes habebant; sed ex quotidiana spe vivebant. Primus qui inter Patres quidem qualem decimarum mentionem fecit, est D. Cyprianus episcopus lxxi. ubi hortatur Sacerdotes, ut constanter sint in divino ministerio quae licet in veteri lege decimae sacerdotibus solvantur, ita nunc plurimum fratrum caritate spoliata observantur. Qui in Ecclesia Domini orationibus clericis praevocantur, in nullo ab administratione arveantur, nec molesti. & negotiis secularibus attentent; sed in honore spoliatum fructuum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altaribus, & sacrificiis non recedant, sed de eis ac necesse existisibus rebus, & spiritualibus servant. Ex hoc Cyprianus testis exploratum est, solutionem decimarum non fuisse tunc lege sancitam; sed quisque fidelium ad libitum Dei ministris ubi dicitur contulerat. Deserviente perfectionibus futuro, saeculo quarto, & sequentibus Patres in

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

luis concionibus populum crebris hortabantur ad dandas decimas ministris Ecclesie; eoque populi Iudæici exemplo excitabant. D. Hieronymus in cap. 17. Malach. hæc scribit. *Quod de decimis, promittitur dominus, que olim dabatur a populo sacerdotibus, & Levitis, in Ecclesia quoque populis intelligitur, quibus preceptum est, non ledere decimas dare, & primitias, sed & redimere omnia que habent, & dare pauperibus, & sequi Dominum Salvatorem.* Quod si facere noluimus, saltem Iudæorum numerum excolat, ut pauperibus partem denari ex totis, & sacerdotibus, ac Levitis honorum debitum fruarimur. Exemplo quoque Iudæorum utebatur D. Ioannes Chrysolomus, ut populum suum induceret ad offerendas decimas, quibus videtur, & orphanis, ac Sacerdotibus sustentaretur. Hæc enim habet hom. v. in Epist. ad Ephes. *Quid Iudæi non faciunt? Decimas, & rituum decimas prebent orphanis, viduis, & Presbyteris. Sed nihil quidem de quopiam dicuntur. Hic, aut ille dat decimas. Quantum plerumque est hoc probum, & delectum. si quod apud Iudæos non habebatur in admiratione, hoc apud Christianos factum est admirabile? Si tunc erat periculum decimas non retinuerit, ergo quantum non sit.*

III. Christianus Lupus Tom. I. edit. Venet. in scholiis ad canonem v. Concilii Romani sub Nicolao II. Summo Pontifice celebrati, ad relata verba Chrysolomi hæc subdit pag. 92. *Ex quo videt, decimas tunc fuisse duntaxat voluntarias. Eas quippe non sumptuose, sed libe duntaxat, ac ille adbat, etæque opus admirationis dignum. Nicolaus Rigaltius apud eundem Lupum, relato Cypriani textu, quem supra extripit, hæc docet. Decime quidem inter mœsacos debebantur, maxime tamen tunc Christiano. Itaque ad Apostolum usque ad Cyprianum tempora nulla fuit inter Christianos sollicitudo decimarum. Usitate aliquando spectantur. Postea vero, evalescente spectantur horum, intravere in Ecclesiam pietas, religio, ceterum, ac primo videtur spectantia liberalitate, quasi spectantia hæc sustinentibus, oblata; mox autem & crudeliter exacta.*

IV. Primitis itaque tribus, Ecclesie facultis Clerum, & pauperes ex obligationibus, que aliquam decimarum imaginem præferant, vixisse colligitur. Et licet tunc præcepto non urgerentur fideles ad decimas solvendas, non propterea tamen minus liberales erant in eorumdem collatione. Quin, quo magis libe-ram servavit legem, tanto abundantiores obligatione offerebant, ut testatur sanctus Ire-

neus Lib. IV. cap. xxxv. *Nihil otiosum, nec sine fructu, & sine argumnto apud enim. Et propter hoc illi quidem decimas non habebant consecratas: qui autem perciperent libertatem, omnia que sunt ipsorum, ad dominum dederunt usum, biliter, & libere dantes ea, non que sunt minora, ut potest maiorem spem habentes. Non genus oblationum reprobatum est: oblationes tunc & illic, oblationes autem & hic, sacrificia & in Ecclesia: sed species immutata est tantum: quippe cum iam non a sacerdotibus, sed a liberis datur.*

V. Cum primus Romani Imperii clavum tenuis plurimum Constantinus, primus ex Imperatoribus Romanis Christianus, imm. tunc tranquillitas afflavit Ecclesie, pacem & tranquillitatem consecratae sunt opes. Hinc Episcopi in suis ad populum concionibus, atque in Synodis crebris hortabantur fideles, ut decimas, non amplius tamquam gratuitas elemosinas, sed tamquam stipendia iure debita, penderent. His Episcoporum, Patrumque adhortationibus permoti populi religioni sibi vertere coeperunt, si decimas exsolvere omitterent. Hac via sensim consuetudo voluntaria solvendi decimas rationem legis obligantis obtinuit. Nam sæculo quinto non modo Episcopi hortabantur, verum etiam penarum severitate cogebant fideles ad pendendas decimas. Id liquetum clare constat ex codice Iulianini, in quo les condita fuit adversus Episcopos illos qui nimia severitate prebentur populos, Ecclesias decimarum solutione deservientes. Siquidem in l. 30. §. 1. cod. de Episcopis, & Clericis hæc præscribuntur: *Non oportet Episcopos aut Clericos cogere quosdam ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematizare, aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare; quævis ususque obtinuerit. Transgressoribus autem Ecclesie, & administratione ipsius, & dat decimas libras.* Hac lege minime vestita sint decimarum petitio, sed tantum coercita immoderata, & severior exactio.

VI. Sæculo sexto in Concilio Maticonensi II. canone v. declaratum fuit, fideles qui decimas persolvere recitent, pervercatores esse divine legis, & ab Ecclesia separandos esse. *Leges divine, consulentes Sacerdotibus, ac Ministris Ecclesiarum pro hereditatis portione, omni populo præceptum, decimas fructuum suorum sacris locis præstare, ut nullo labore impediti, horis legitimis spiritualibus possint uti, ut ministris. Quas leges Christianorum*

congeries longis temporibus custodivit intermentas. Nunc autem paulatim pervercatores legum prope Christiani omnes ostenduntur, dum omnes que divinitus sancta sunt, adimpleto negligunt. Unde Batavianus, ac decessimus ut nos notigius a fide libus reparatur. & decimas ecclesiasticis famulantibus et erogantibus populis iniquis infertur; quas Sacerdotes aut in pauperum usum, aut in capitulum redemptionem præstantes, suis orationibus pacem populo, ac salutem impetrant. Si quis autem contumax nostris statuti saluberrimis fuerit, a membris Ecclesie omni tempore separatur. Ex hoc tamen Concilio, quod generale non fuit, concludi nequit, universale tunc fuisse præceptum de decimis solvendis; sed pro regionum diversitate variam consuetudinem obtinuisse.

VII. Sæculo octavo delineant, & nono ineunte, in Capitulari Caroli Magni statutu ad Lib. II. cap. xxxv. *Qui decimas non solvant, alimoniam, & penam rationis Sacerdotum dare negligenter, excommunicantur. Iscratum vero esse censuram voluntis, propter periculum perirei.* Sub idem tempus plura in variis Conciliis edita fuerunt decreta, quibus populi obstringebantur decimas exsolvere. Summi quoque Pontifices hanc de decimis, penodens Ecclesie ministris, obligationem suis decretalibus firmarunt, præsertim Alexander III. qui Episcopo Cantuariensi scripsit, ut parochianos, rementes decimas exhibere, omni studio, compelleret ad solutionem. *Quoniam igitur institutione divina manifestus oblatio qui decimas ipsas Ecclesie non persolvunt, fraternaliter vestre per apostolicam scripta manamus, quatenus parochianos vestros, monere, caveris, & si episcopi fuerit, sub excommunicationis districtione compelleret, ut de presentibus volentiam non piscarere, feno, & lana, decimas Ecclesie, quibus debentur, cum integritate persolvant.* In prima Decretalium collectione apud Antonium Augustinum tit. de decimis cap. 11. & in appendice ad Concilium Lateranense, sub eodem Alexandro celebratum IV. part. cap. 11. referitur in eadem eisdem Alexandri III. successores, plura decreta ediderunt. Innocentius III. in Concilio Lateranensi IV. anno 1215. plures statuit canones pro decimarum solutione. Et quævis in Oriente abolitus fuisse decimarum usum, quia apud Grecos certa erant pro Sacerdotum alimentis constituta tributa, nihilominus in Epiphola, ad Patriarcham Latinum Constantinopolitanum data, præcipit Venetos ibidem degentes cogendos esse ad exsolvendas etiam in Oriente decimas; mo-

netque attendendam non esse consuetudinem que Venetis obtinet, solvendi decimas paulo ante mortem. *Novo obstante consuetudine, quam habitores Venetiarum observant, ut videlicet in morte dantur decima illa que accipiantur in vita.* In gelis eisdem Innocentii. Hic sermo est de decimis personalibus, quæ postsumunt esse negotiationis favorebant. Tandem, postquam hæc Romanorum Pontificum responsa, & statuta in Decretalium Librum relata sunt, quæque partem iuris communis constituit, usumque Canoniarum, & Theologorum consensu conculsum est, omnes ad decimas solvendas teneri, tum reales, tum personales, attentata tamen regionum consuetudine, ut infra declarabitur. Si plura de decimarum vicissitudinibus scire cupis, consule Ludovicum Capitulinum Tom. III. vet. & nov. discipl. Thom. & seq. Christianum Lupum Tom. I. vet. edit. pag. 92. Van-ospem part. 11. tit. xxxviii. cap. 1. Epagnam in II. Lib. deano, part. 11. Hæc enim pro nostro instituto debita sufficit.

CAPUT III.

In te tantum ecclesiasticum in lege gratia decima, spectata pars, quantitate, solvantur. Reseruitur opinio Canonistarum antiquarum, esse ferentium vi iuris divini non decimas pendendas esse. Nonnulla hæc de re quasi iudicialia reseruntur.

I. Cardinalis Bellarminus Tom. II. Corruptio Lib. I. de Clericis cap. xxxv. recentis hæreticorum erroribus in decimarum materia, quantum errorem appellat opinionem Canoniarum, contendendum fideles adstrictos esse vi iuris divini ad solvendas decimas, spectata etiam earum quantitate. *Quartus error, inquit, est multisvorum Canoniarum, qui contendunt, decimas, etiam quoad determinationem quantitatis, esse de iure divini, non posse ulla humana lege, aut consuetudine aliam statui quantitatem.* Hanc antiquorum Canoniarum opinionem propugnantiam suscepit Anacletus Resinifentus Tom. I. Jur. Can. Lib. III. tit. xxx. de decimis, & edit. §. 1. nota. 13. & seq. Quoniam, inquit, in contrarietate in quibus agitatur, num aliquid iuris divini sit nec ne, standum est determinationi Ecclesie, & declarationi summorum Pontificum. Atqui summi Pontifices conceptis verbis declarant, decimas iure divino a fidelibus pendendas esse Sacerdotibus. Sunt igitur iure divino solvendæ. Ut minorum propositionem evincat, plura allegat summo-

vum Pontificum testimonio, in quibus clarissime asseritur, debitum conferendi decimas Sacerdotibus, esse iuris divini; nolite aliqua supra decimas, id etiam confirmant (ut ipse quidem censet) Sancti Patres Hieronymus, Augustinus, Ambrosius & alique plures, qui, nulla facta distinctione, absolute pronuntiant, Dominum adstringere fideles ad decimas persolvendas; postquam, si sermo sit de decimis prædialibus.

II Mirum est, Auctorem istum, post unanimem omnium Theologorum consensum, quin & recentiorum Canoniarum sententiam, propugnandam suspectis opinionem aperte saltem falsam, de qua iterum loco laudato ait Bellarminus. *Sine illo dubio error est manifestus, ut non solum Theologi omnes, sed etiam ex Canonistis decem Sylvester, Navarra, &c. Nec solum tantum, sed his peccant multi Cardinalium, Sines, & quia falsum defendunt. Item, quia docentur fere hereses omnes Theologi qui contrarium sentiunt; cum a contrario ipsorum fœderata facilitate convinci possit erroris.* Et sane ex his que capite superiore dicta sunt, evidenter falsa apparet hæc Canoniarum opinio. Quoniam que iuris divini sunt, semper, & ubique eadem consistunt; nec temporum, & locorum vicissitudinibus obnoxia sunt. Quomodo ergo iuris divini est solutio decimarum, si primis Ecclesie sæculis vix mentio expressa de eisdem habitata fuit? Denique postmodum sæculis varia obtinuit consuetudo eisdem solvendi, donec tandem per Ecclesiarum decretum, fuit, ut omnibus solvendas esse, quamquam etiamnum in variis regionibus diversitatem conspiciamus.

III. Ad argumentum autem Reiffenstuel aliorumque Canoniarum factis responso est. Utique in controversiis que ius divinum spectant, standum est declarationi Ecclesie, & immemor Pontificum. Sed negamus hæc Pontifices, aut Ecclesiam reipsa dehisville solutionem decimarum iuris esse divini. Quoniam in testibus qui allegari solent, solum habetur, fideles iure divino & naturali ad debitum istud pendendi decimas iuris esse ecclesiasticum, non divini. Nec alium momenti est, quod subdit Reiffenstuel, Pontifices & Patres non distinguere in decimis quantitatem ab ipsa substantia fructuum; seu, ut ipse ait; inter decimas materialiter, & formaliter sumptas. Quoniam ex his que dicta sunt, compertum latet eis nec non potuisse allegare ius divinum pro ipsa fructuum

quantitate, iuris naturalis, & divini est; sed determinatio talis stipendi auctoritate Ecclesie in lege gratie facta est. Congruum autem dicitur Ecclesie definire, quid fideles pro his alimentis solvant decimarum partem omnium bonorum mobilium; & sic fidei auctoritate innovavit præceptum veteris legis, quod, promulgata lege gratie, cessaverat. Nec, quando Patres, & Pontifices pronuntiantur, decimas iure divino Sacerdotibus conferendas esse, quæstio erat de iure quo debebantur, sed difficultas tota in eo vertebatur, quod fideles reipsa alimenta ministris suppeditare vel negligebant, vel recusabant. Non super alimentorum quantitate, quæ dicitur decima, sed super rota rei substantia disputato tenebat. Idcirco vult omnino argumentatio Reiffenstuel, nempe in controversiis in quibus disputatur, an aliquis iuris divini sit nec ne, standum esse determinationi Ecclesie; non quia id verum non sit; sed quia falsum asseritur, disputatum tum fuisse, tum iure divino teneretur fideles dare Sacerdotibus pro suis alimentis decimam partem fructuum bonorum. Etenim, ut diximus, difficultas in eo sita erat, quod populi recusabant ministris Ecclesie alimenta conferre. Porro, ut Patres, Episcopi, & Pontifices validius populos pemoverent, atque inducerent ad eisdem alimenta, seu stipendia solvenda, legem Dei id præcipientem allegabant. Quæ omnia clariora evadent, si dixerimus malum in nova lege extare præceptum quod definit, quantitatem stipendi Sacerdotibus conferendi debere esse decimam partem omnium bonorum mobilium. Præceptum autem veteris legis non erat mortale, neque enim extabat ante legem Moysi; nec proprie erat ceremoniale; sed iudicialia tantum, quod obsolevit. Cum itaque præceptum nec in veteri, nec in novo testamento reperitur, quod obstringat fideles ad suppeditandam decimam fructuum mobilium bonorum partem Presbyteris; & cum ex alia parte certo sciamus, in Ecclesia vixiam obtinisse consuetudinem circa solutionem decimarum; dicimus necesse est, debitum istud pendendi decimas iuris esse ecclesiasticum, non divini. Nec alium momenti est, quod subdit Reiffenstuel, Pontifices & Patres non distinguere in decimis quantitatem ab ipsa substantia fructuum; seu, ut ipse ait; inter decimas materialiter, & formaliter sumptas. Quoniam ex his que dicta sunt, compertum latet eis nec non potuisse allegare ius divinum pro ipsa fructuum

quantitate, seu decima parte. Quandoquidem nec ex Scriptura, nec ex ratione naturali id erueri poterant. Quæ enim ratio naturalis præscribitur alimentis ministrorum Ecclesie sint decima pars, & non octava, vel duodecima bonorum omnium que laici vel ex terra, vel ex industria colligunt? Iure ergo asserunt omnes Theologi, & recentiores Canonistæ, prælatos Patres ius divinum in medium attulisse, non ad prostrandam quantitatem, sed ad evincendum debitum alendi ministros congruo stipendio: quod postea ad decimam partem deductum fuit, iuxta congruentiam quam ex D. Thoma supra dedimus. Quid plura? Ipsam Concilium Lateranense, sub Innocentio III. celebratum decrevit, solutionem decimarum esse iuris ecclesiastici. Hæc namque verba habentur cap. in aliquibus de decimis: *Ille quisque decime necessario solvenda, sicut quæ debentur ex lege divina, vel legi consuetudinis approbata.* Quis iuris divini fuit, locorum consuetudini non subiacent. Quare, ut hunc textum explicit Canonistæ, in sententiam, vel nolentes, incidunt Theologorum. Concedunt namque & illi ipsi, quantitatem fructuum, seu decimarum pro diversis locorum consuetudine majorem, vel minorem esse. Hoc ipsum latetur Theologi, ut ex D. Thoma supra vidimus, nimirum fideles iure divo ministrare alimenta debere suis Sacerdotibus. Vocantur autem decime *fiducium Dei*: quia fideles, dum eas in ministrorum Dei, aliorumque pauperum, qui peculiariter merita sunt Christi, sustentationem conferunt, illas quodammodo Deo offerunt; & consuetudinem quodam religionis cultu votata sua Deo persolvunt.

IV. Quæst. I. An consuetudo valeat abrogare obligationem solvendi decimas? Respond. Ex his que dicta sunt, propositæ quæstionis solutio manifesta est. Canonistæ qui defendunt, decimas iure divino deberi, etiam quando quantitatem, consequenter propagant, eas nulla consuetudine nimis, vel abrogari posse. Contra Theologi, qui alimenta congrua pro Sacerdotum sustentatione deberi iure tum naturali, tum divino docent, nulla consuetudine contraria auterri posse debitum eadem solvendi etiam solent. Verum quia sicut periculum habent, quantitatem minus sustentationis ab ecclesiastica potestate definitam fuisse; hæc vel consuetudine abrogari, vel minus posse adfirmari. Quia, si ministris Ecclesie alia via provium effectus fuerent, alienantur, introducti posse consuetudinem, vi cuius fideles liberi forent a solutione cuiusque fructuum partis. Quia,

cessante titulo, cessat debitum. Titulus autem conferendi decimas ministris Dei est illorum sustentatio ratione ministrorum. Quoties ergo nullo modo indigerent alimentis, quia aliunde ex Ecclesie provisione illis conferrentur; consuetudo obtinere possit idem decimas non solvendi: Sed hoc nunquam fortassis contingit. Quare consuetudo potissimum locum habet in circumstantiis decimarum, quod nempe solvantur ex his rebus, non ex illis; in hac, non in illa mensura; hoc, non illo tempore. Hoc ipsum præclare valet præscriptio; dummodo ad illam requiratur necessaria pro legitima præscriptione.

V. Quæst. II. An Ecclesie valeat auferre consuetudinem introductam non solvendi decimas? Respondet. D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxviii. art. 1. & quæst. vi. art. 10. ad 2. docet, nunquam introducti posse consuetudinem talem non solvendi decimas, in Ecclesia nequeat tam abrogare: quia nulla consuetudo solvit a debito decimarum, nisi approbata, vel saltem tolerata a summo Pontifice sit. Ubi autem consuetudo legitime obtinere non solvendi vel quantitatem decime, vel simpliciter, vel ex talibus rebus; ea nec per Clericos, neque per Episcopos particulares, sed solum per summum Pontificem abrogari potest. Solut enim Pontifex ex iusta & rationabili causa iure communi derogare valet. Et deo D. Thomas laudata quæstione lxxxviii. art. 1. ad 5. asserit, laudabilitate ministris Ecclesie aliquando non exigere decimas, vel propter delinquendum, vel propter scandalum, quod ex exactione consequerentur. Et *firmius laudabilitate ministris Ecclesie decimas Ecclesie non requiritur, ubi sunt scandalosi, qui non possunt propter delinquendum; vel propter aliquam causam casum. Nec tamen sunt in statu damnationis qui non solvant in illis locis, in quibus Ecclesia non petit; nisi forte propter obligationem animi, habentes voluntatem non solvendi, etiam ab eis peteretur.* Quæ ultima verba, ut advertit Suarez, quodam modo intelligi possunt. Primo, quando fideles ita oblitati essent, ut, licet eorum spirituales ministri indigerent congrua sustentatione, recitentur alimenta necessaria illis suppeditare præterit consuetudinis, que præscribere nequit adversus ius naturale, vi cuius debentur alimenta ministris populo indigentibus. Secundo, quando fideles recitentur obedire Pontifici, qui propter universale bonum Ecclesie præcipere solutionem decimarum, que antea ratione consuetudinis non solvebantur. In his duobus casibus peccarent fideles qui præterit consuetudinem

vere decimas renuerunt. Cæterum, sicut consuetudo eximere potest aliquam integram communitatem, ita potiori iure liberare valet perionam aliquam privatam a solutione decimarum.

VI. Quæst. III. An Summus Pontifex valeat omnino tollere decimarum solutionem? Respondet. In primis Pontificem dispensare non posse a solutione decimarum, quoties ministri debentur essent necessarii alimentis, quæ debentur illis naturali iure, & quod nulli humanæ potestati subiacet. Secundo plures tum Canonici, tum Theologorum docent, Pontificem, si sua absoluta potestate uti vellet, posse omnino tollere præceptum decimarum, salva semper congrua sustentatione ministrorum, quamvis id illicitè præstare. Verum, quidquid sit de hac opinione, dico Pontificem neque validè, neque licite posse legem decimarum, licet ecclesiasticam, omnino abrogare. Quoniam talis abrogatio non esset dispensatio, sed, ut communiter dicitur, dissipatio reddituum ecclesiasticorum, quæ cederet in gravissimum, & universale detrimentum totius Ecclesiæ, non solum temporali, sed etiam spirituale. Porro Christus Dominus suis Pontificibus non contulit supremam potestatem in destructionem, & ruinam, sed in edificationem, & incrementum Ecclesiæ. Verum, quia Spiritus Dei est qui specialitè assistentia regit suos in terris Vicarium in universali Ecclesiâ moderamine, nunquam permittit ut illi quidquam agant, vel decernant in commune tonus Ecclesiæ spirituale detrimentum.

VII. Quæst. IV. An Summus Pontifex possit aliquos privatas dispensare a decimarum solutione? Respondet. Id constat ex usu pio, & manifesto, quo summi Pontifices omnino, seu tempore plures privatæ personæ a debito solvendi decimas dispensant. Ratio autem clara est: quoniam præceptum solvendi decimas ecclesiasticum est, a cuius observantia ob iustam causam Pontifices summi eximere possunt subditos suos. Neque de hoc difficultas est inter Theologos.

CAPUT IV.

Summi Pontifices, & Episcopi variis, iustis, quæ de causis Monachis, & Regularibus decimas concedere. Donatio decimarum, laici a summo Pontifice facta sine iusta causa, illicita, & nulla est.

Decimæ res sunt temporales, ideo Monachis, & laicis iusta de causa communicari possunt. Ius tamen illas exaugendo spirituale est, quod ministris Ecclesiæ competit. Ita inquit sanctus Thomas 2. 2. quæst. lxxviii. art. 3. ad 3. *Sicut res nomine decimæ accipiuntur potest Ecclesiæ alioquin laico tradere, si iura etiam potest et concedere, ut laicos decimas ipsi accipiant, iure accipiunt ministris Ecclesiæ reservato, sicut quibusdam militibus decimæ debentur in fandum per Ecclesiam concessis, sicut etiam ad subventionem pauperum, sicut quibusdam Religiosis laicis, vel non habitantibus curam animarum aliquæ decimæ sunt concessæ per modum elemosinæ: quibusdam tamen Religiosis competit accipere decimas ex eo quod habent curam animarum.* Nullum ergo dubium est, Pontifices summos posse tum Religiosis, tum laicis iustam ob causam privilegium non solvendi, & facultatem percipiendi decimas concedere. Quo posito tamquam certo, ad facti veritatem explorandam accedo.

II. Gravita diffida, iurgia, & scandala Clerum inter & Regulares exasperant ob decimas, illis vel ab Episcopis, vel a summis Pontificibus collatas. Si tamen Clerici, & Parochi ad causas eorummodi privilegiorum animum intenderent; non de Monachis, seu Regularibus, sed de semetipsis conquererent. Certum siquidem est, læpiss Romanos Pontifices, & Episcopos Ecclesiæ parochias Regularium regimini subiecisse, non ut Regularibus, sed ut ipsis Ecclesiis consulerent. Gratianus *caus. xvi. quæst. 1. can. lxxviii.* epistolam refert sub nomine S. Hieronymi ad Damasum Papam, in qua narratur, Episcopos Monachis potestatem concessisse percipiendi decimas. Verum communis est eruditorum opinio, epistolam hanc suppositiciam esse, in gratiam Monachorum confictam eiceteri frontum xi. Ideo eam nullam facimus, ut gemina monumenta protestamus. Leo IX. Monasterio S. Petri Damiani parochialium Ecclesiarum univit. *Sancimus etiam* (inquit Pontifex epist. xviii.) *ut ple-*

ben sanctæ Mariæ, positam in loco qui dicitur in Vinde, presertim Eugenius presertim inter possideat. Plures quoque Ecclesiæ fuisse, constat deudas ab Episcopis traditas fuisse, constat ex Concilio Pictaviensi, anno 1078. celebrato, in quo *can. xviii.* hæc leguntur. *Abbas, Monachi, Canonici Ecclesiæ, quas nunquam habuerunt, non emant, nec alio modo sibi vindicant, nisi consensiente Episcopo, in cuius fuerint diocesi. In illis vero quibus dicitur absque calumniam habuerunt, reditus, beneficium obtinent. Presbyter tamen de cura animarum, & de christianitatis ministerio Episcopo respondet.* Hinc tamen non inferatur, Episcopos potestatem habere applicandi etiam modo decimas alteri quam ei cui ex iure competebant, iusta de causa, ut delegatus Sedis apostolicæ, Regularibus, aliisque quandoque applicare, salva semper ministrorum iustentatione. Innumera monumenta ex antiquitate adhuc transcribere possem, ut ostenderem, semper necessarium fuisse consensum Episcoporum in translatione decimarum ad Monachos, Satis nunc sit referre Concilii V. Romani *can. ix. Ut nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quæ auctoritate Romanæ Pontificis, seu Episcopi consensu in cuius diocesi habuit recipit, detinet, apostolicam solutione firmamus.* Verum de hac obiter dictum sit. Aliam nunc viam, per quam ad Regularium Cœnobita decimæ pervenerant, aperiamus.

III. Non modo a summis Pontificibus, & Episcopis, sed etiam ab ipsis laicis decimarum cogunt Regulares acceperunt. Id autem hoc evenit pacto. Secula octavo, nono, & sequentibus cum Europa bellorum æstu arderet, & postissimum pagani hostibus undique premerent, plures Ecclesiis, decimæ, & patrimonialia sacra laici variis titulis occuparunt. Nobiles potissimum, propriis conscriptis opibus in bello adversus infideles, aut ab ipsis Regibus decimas, & altaria obtulerunt, aut propriis auctoritate eadem invenerunt. Carolum Martellum decimas, & Ecclesiis laicis concessisse, historici produnt. Quæ de re fragmentum edidit Petrus Pithæus, quod hæc continet. *Carolus Martellus, & Androsorum Princeps res Ecclesiarum propter utilitatem bellorum laicis reddidit.* Via hæc degeneravit ecclesiasticam reddituum lapsum, aucta in dies fuit, quæ bonorum possessione non extinguitur, sed accenditur, omnibus limitibus transiit, vel iure infundationis, vel aliis titulis, Ecclesiæ parochialium decimas aut a Regibus da-

tas acceperant, aut seipsis usurparunt. At, cum omnes res clamant ad dominum suum, maxime bona sacra ad sapientem universos Dominum Deum clamorem emittunt, atque inuitos possessores continentem reprehendunt, & acerbis stimulis ad restitutionem perargunt. Itaque laici, sacrorum reddituum predatores, & internis conscientie angoribus agitati, & externis Episcoporum adhortationibus perterriti, de sacris inabibus retinendis consilium inire. At, quia Clerus una cum honorum iactura, morum quoque disciplina amiserat, maluerunt laici Monachis, qui virtutum splendore vigebant, quam Episcopis, & Parochiis (fortitan non ita bene moratis) Ecclesiis, & decimas restituere. Non omnes tamen, ut conscientie sue faceret satis, restitutionem hæc execrationi mandarunt. Plures quidem ipse, & ut iustitiae litarent, id præstiterunt, sed plures illi non prius optima spolia Monachis reddiderunt, quam accepta ab ipsis pecunia. Ecclesiæ Pastores, quod neque auctoritate, neque potentia tanta pollebant, ut ad sua fidei restituenda laicos cogere, temporis morem gellere, & quod impedire nequeverunt, necellario approbarunt. Rem hæc describit Christianus Lupus Tom. VI. edit. Vetus pag. 80. *Et Monachorum, & Regularium in censuris, aut collegiis Claustris Clericorum disciplinam non solum vigebat. Hinc plures laici, dum secularis seu singularis Clerici acciperentur, decimas aliorum decimas illis donarunt, & ex ipse fundavit viam Monasteria, & regularia Collegia, atque utramque istam professionem opulentissimas dixerunt. Ipsa decimas cum omni re reparavit, & ornata fabrica, & iustissimè ad populi utilitatem Cleri sustentandi. Post extractionem Caroli Magni solentem, & patet in Formosum Pontificem scandala, malum adeo refluxerit, ut laici in ipsis etiam Romanis Basilicis decimas adventantibus singulis ablatione intruderent, & ipsas adstantes in sui prætoribus, Medietatem adhibere iterum caput Gregorius VI. Victor II. ut præsertim sanctus Leo IX. laudatus ab Hieronymo contractis. Et tunc iterum varia, in quibus vigebat regularis Ordo, Monasteria non parum profecerunt.*

IV. Græci itaque summe Monachis agende sunt, quod morum sanctimoniam, virtutum splendore poterunt et manibus laicorum sacra ipsa extorqueret. Sed ob idipsum maximam liberant Monachi invidiam, ob decimas nempe sibi a laicis collatas, læpiss quidem ipsorum Episcoporum consensu. Hinc si quidem murmura, hinc diffida, & iurgia

Clerum inter & Monachos. Parochi apud Episcopos, & Episcopi apud Inimicos Pontifices Monachos, tanquam iulios decimarum usurpatores, traducebant. Quibus iurgis, ac dissensionibus ut prospicerent Pontifices summi, haudquamquam Monachis decimarum acceptationes interdixere; sed decreverunt ipsos eas recipere debere, vel Sedis apostolice, vel Episcoporum consensu, ut patet ex Capone Concilii Romani sub Gregorio VII. quem paulo ante descripsimus. Simul vero quorundam Episcoporum avasitiam corroborantem, ac declarantem Sedem apostolicam adire Monachos debere, quoties Episcopi consentire rennerent, ut decimas a laicis donatis acciperent. Hæc omnia continentur in Concilio Romano, sub Urbano II. anno 1099, celebrato can. xv. Nullus laicus decimas suas, aut Ecclesiam, nec aliquam ecclesiasticam curiam est. sine consensu Episcopi, sive Romani, sive provincialis Pontificis Monasteria, aut Canonice offerre possunt. Quod si quis Episcopus, improbitatis, & avaritiæ causa, consentire nulerit, Romano Pontifici monietur, & eius licentia, quod offerendum est, offeratur. Similium canon editus fuit in Synodo Mellensi anno 1089. Adeo frequentes canonnes tum Synodi, tum Pontificis eviderent in Monachorum, decimas a laicis recipentium, favorem: quia non deerant pseudo-doctores, inquit Christianus Lupus, qui estusiebant, non secus Monachos ac laicos non posse hære decimas possidere. Quis quo tunc dicere prolepti erant, ut in hæc damnationis deprecarent esse Monasteria que decimas possidebant. Hæc ætatem doctrina militum Monachi ceperit. Casubius relictis, alio tunc receperunt. Hæc omnia describit Ivo Carnotensis Episcopus epist. cxxxi. Hæc & his similia præcones huiusmodi non intelligentes, aut non legentes, suadent Monachis ut sine Monasteria deserant propter Abbatem suum, & procuratores Monasteriorum suorum, qui aliquas decimas, qua, iure pertinent ad ipsam religionem Episcoporum, Monasteriis suis acquirunt. Dicant mihi tum subtilis divinarum iudiciorum scrutatores, quid salubrius sit Monachis, utrum permanere Carolibus sub Præpositorum suorum obedientia, que melior est quam victima, & ibi vivere de decimis, & oblationibus fidelium, quas Ecclesia lege caritatis communitate potest non tantum Monasteriis, sed etiam Xenodochiis, infirmis, & peregrinis; an fieri servatibus, ut in privatis locis propriis iure vivant, & nihil sibi de substantia pauperum per manus reportent, & de seivis negotiatorum accipiant. Licet enim decimas, &

oblationes principaliter debeant clericis militibus; potest tamen Ecclesia omnia quod habet, cum pauperibus iulius communi. Quamvis autem cum his pauperibus qui, relictis facultatibus propriis, non in auxilia Carolibus creatum Christi, sequantur pauperem Christum? Est tamen, in quo Abbatibus, & præpositis Monasteriorum parcendum esse non existimem, si ab illis ad quos non pertinent, id est a laicis, decimas, & oblationes accipiant, si inordinate eas a quibuscumque personis acquirant, si terminis transgrediantur antiquos, iulius si stipendia Præbiterorum antiquis iustitia impendant, ac sibi usurpent. Nec tamen ideo Monachi que hæc ignorant, aut non probant, debent suam collectionem deserre, aut Abbatibus suis minus obedientes existere. Hæc sancti Ivoensis epistola compellit multorum Auditorum, pluresque Monachos proprium Abbatum regimini subiecit. Animadvertit laudatus Lupus, plures Monachos religioni sibi dixisse ius in Monasteriis, que decimas possidebant, vitam degere. Quis enim nesciat, inquit sanctissimum Cisterciensem Ordinem proficisse ex schismate, & quali apollonia exortimant fratrum, & Molinensi Monasterio? Quisstant enim le extra salutis viam diredi, & quod dicit Benedictus Regulam prohibere conferent altarium, Ecclesiarum, decimarum possessionem. Qua de causa Venerabilis Alberticus, secundus Cistercii Abbas, longo tempore, tanquam schismaticus auditor, ac incensor Molinensem carcerem sanctificavit. En quomodo divina providentia pallim permittit ut sacrorum Ordinum insulatores, atque monasticæ disciplinæ reparatores, malorum fratrum perfectionibus vegetentur. Quorum, ut illi meritorum, illi scelerum mentiorum implement.

V. Porro ideo laici decimas Monasteriis libentius conferebant, quod Monachos, liberaliores in pauperes, & exactiores bonorum ecclesiasticorum dispensatores reputarent. Non in Monachorum dumtaxat sustentationem, sed & in pauperum, viduarum, ac orphanorum subsidium decime postissimum Monasteriis conferebantur; ut relatur pre aliis D. Petrus Damianus Lib. II. epist. xiv. Ut capissina in pauperes alimenta proficiant, datur in Monasteria, & Erant decime quorundamque procuratorum, & non modo pecuniam, sed cornicem pariter, & ovorum. Heinc insert Lupus, Monasteria, & Clericorum Collegia, que decimas possident, ad largas, copiosasque elemosinas pauperibus impertientias, non modo caritate, sed etiam iulius lege obstringit. Et quia non

non pauca Monasteria minus exacte tantum debent implere; ideo ab insulato de facere, & in laxitate sententiam prolapsa, in commendas redacta fuerunt. Copiose si quidem divitie semper disciplina non ecclesiasticæ, tum monasticæ, inleste extiterunt, & exaltate. Abundant decimarum possessio occasio fuit, cur Regala D. Benedicti a sua puritate legeritate declinaverit. Ut eisdem Regale punita observantia insularetur, insulato fuit Cisterciensium Ordo in summa paupertate abique decimis, & altaribus. Cuius paupertatis disciplina ut lata testa custodiretur, Alexander III. sacro illi Ordini decimarum receptionem interdixit; & tandem in paupertatis observatione foruit, quamvis saluberrimis sanctissimi Pontificis decretis paruit Ordo ille.

VI. Non modo Monachis, sed etiam Fratribus mendicantibus decimas, & Ecclesiæ collate fuerunt, modo a laicis, contententibus Episcopis, modo a laicis, Episcopis ipis. Fulcos Episcopum Tolosanum decimarum ultum concessisse Patribus Prædicatoribus, competunt est. Concessionem hanc confirmasse Honorium III. pariter certum. Id tamen eorum fuit ut non ipsi, sed Præbiter ab Episcopo insulato regeret altaria. Tempore decuria Fratres ipsi Ecclesiæ regebant. Hinc diffidia, & murmura Parochorum. Ioannes vigesimus secundus sua peculiaris constitutione professorum cultibus mendicantium Ordinis ad inferiores cathedralibus Ecclesiis postulari prohibuit. Sanctus Pius V. hanc constitutionem derogavit, & privilegium indultis conditis mendicantibus, ut quocumque a suis Fratribus prælatore Episcopo possent pro animarum cura peragenda in Ecclesiis sibi iudicatis. Hæc pauca deliballe sufficiat circa decimas, a Pontificibus, Episcopis, & laicis, Regularibus concessas. Qui pura cupit, consulat laudatos Lupum, Thomassinum, & Van elpen.

VII. Quare, An privilegium, sua alia causa iulius laico concessum, non serventur decimas, & aliam sit? Resp. Sub initium istius capituli dictum est, posse summos Pontifices iulius de causa valide, & licite tum Ecclesiasticis, tum laicis aliquam decimarum partem applicare. Quoniam laici, licet capaces non sint iuris percipiendi decimas, quia ius illud spirituale est, ut diximus; capaces tamen sunt fructuum decimarum, quos temporales sunt. Quorsio specialis de iure insulatur. Nam, si applicatio fiat decimarum personis ecclesiasticis, etiam abique iulius causa, valida est. Tunc etiam non violatur iulius commutativa

nisi feret cum damno ministrorum, populis interventum, quibus, ut dictum est, ex iulius alimenta debentur. Quibus posito, dicimus, applicationem decimarum, factam per Pontificem laico sine ulla iulius causa, esse nullam; atque adeo nec Pontificem concedentem, nec laicum recipientem tantum reddere in conscientia. Ratio evidens est. Si quidem decime a fidelibus conferuntur in commorem Ecclesiæ utilitatem, in pauperum, & ministrorum sustentationem, in divinum cultum, aliisque pia opera; non vero in usus profanos. Pontifex autem non est dominus absolutus illorum bonorum, ita ut possit pro libito, cuiuscumque voluerit, eadem impartire; sed est supremus dispensator intra fines quorum intuitu eadem bona a fidelibus collata sunt. Ergo, dum illa in usus profanos converteret Pontifex, peccata contra iuliam commutativam, & ius naturale, ac divinum; & eiusmodi largitio nulla esset, utpote contra intentionem offerentium decimas, & contra voluntatem veni domini. Neque enim Deus potestatem Pontifici contulit in destructionem, sed in edificationem Ecclesiæ. Quando tamen certo, & evidenter non constat, sine causa applicationem factam fuisse, qui recipient decimas, tuti sunt in conscientia; dummodo veras, & non falsas causas exposuerint. Nec enim præsumendum est, Pontifices summos prodigere Ecclesiæ bona, & sine rationabilibus pique causis eadem dispensare. Hanc doctrinam in publica Signatura gratie uberrima eloquentia explanavit summus Pontifex feliciter regnans, BENEDICTUS XIV. epist. anno 1747, ut in Lib. de leg. iulius explico. Heinc insertur, nullam quoque futuram applicationem fructuum alicuius beneficii alicui persone, etiam ecclesiasticæ, vel loco sacro, quando feret cum detrimento congruæ sustentationis ipsius ministri, vel beneficii. Quoniam, ut sapienter dictum est, congrua sustentatio ministri, intervensit populo, est de iure divino naturalis, quod obnoxiem non est humane potestati. Quare si cui sintrodi fructus applicati essent, ad restitutionem tenebatur pro ea parte que necessaria est ad congruam ministri sustentationem. Sed de hoc iulius fun loco.

CAPUT V.

De personis que decimas solvere tenentur. Plures quasiuncule hac de re explicantur.

I. Omnes fideles baptizati vi iuris communis, per se loquendo, nulli aliquo privilegio exempti sunt, ad decimas solvendas adstringuntur. Clare traditur in cap. *Extransmissis*, & c. *A. nolis* de decimis. Res certa est penes omnes tum Canonistas, tum Theologos cum D. Thoma 2. 2. *quæst. lxxviii. artic. 1. & 4.* Explicatur singula membra propositæ assertionis. Ex quo fideles baptizati tenentur ad solutionem decimarum, excluduntur omnes infideles non baptizati, qui a decimis pendendis liberi sunt. Quandoquidem, si præceptum decimarum spectetur, ut naturale est, alimenta ministris Ecclesie conferenda precipiunt, plannim est non obligare infideles, qui, cum a ministris Ecclesie spiritualia nec recipiant, nec recipere tenentur, siquidem sunt extra Ecclesiam, naturali iure ad eorum ministris alendos non obligantur. Si præceptum quatenus ecclesiasticum sit, consideretur, pariter compositum non est, non obligare infideles, qui, cum non sint Ecclesie membra, Ecclesie legibus non sunt subiecti. Fideles autem baptizati, & a ministris Ecclesie recipere alimenta spiritualia tenentur, & membra sunt Ecclesie: ideo iure & naturali, & ecclesiastico ad decimas solvendas obligantur. Hæretici baptizati tenentur ad solvendas decimas, quia ratione baptismatis subiecti sunt præceptis Ecclesie: & quamvis alimenta spiritualia non recipiant, tenentur tamen recipere, & ministri parati sunt ad ea omnia illis conferenda quæ ceteris suis civibus ministrant. Cathælici vero, qui sunt filii infidelium, non tenentur lege decimarum: quia fides interna, & privata, absque professione solennem in faciem Ecclesie, & sine character baptismatis non subicit eos Ecclesie legibus. Filii Catholicorum obligantur ad decimas solvendas, etiam si aduli differant baptismatis susceptionem: quoniam ratione characteris parentum, seu originis, Ecclesie præceptis obnoxii sunt: idcirco ad decimas tenentur.

II. *Quæst. I. An Iudæi, Turcæ, ceterique infideles qui nunquam baptismum susceperunt, tenentur solvere decimas prædiales de fructibus, quas possident in locis Christianorum?* Resp. Infideles per se, ut dictum est, quatenus infideles sunt, decimarum oneri non subiciuntur;

ratione tamen alienis circumstantiæ ad aliquas decimas solvendas obligantur. Ad aliquas, inquam, non ad omnes. Nam communis est Theologorum sententia, ad decimas personales non teneri: quia cuiusmodi decimæ dantur Ecclesie ratione administrationis rerum spiritualium. Nihil autem spirituale ab Ecclesia infideles recipiunt. Quare opinio Gloriosi, in cap. *Quarto* contrarium defendentis, communiter improbat. Aliqui Canonistæ docent, infideles, habitantes in aliqua Christianorum parochia, teneri ad decimas personales ratione computationis damni quod Ecclesia patitur. Si enim loco infidelis inhabitaret Christianus, is decimas solveret. Sed hæc ratio, ut inquit Sotus *Lib. IX. de iustis. & iur. quæst. iv. artic. 4.* nulla est. Quandoquidem Ecclesia ius non habet, ut omnes Christiani alicuius parochie laborent, nequeant, arteque exerceant. Quid, si omnes illius parochie nobiles essent? Anne nobiles tenerentur solvere decimas personales: quas solverent artifices, & negotiatores? Nulla ergo probabilitate gaudet opinio Panormitani, Abbatis, & quorundam aliorum Canonistarum, obligationem infideles ad decimas personales ratione computationis damni quod afferunt Ecclesie. Quoad decimas autem prædiales distinctio operis est. Nam infideles vel possident prædia in locis, & provinciis Christianorum, quæ ab ipsis Christianis emerunt, vel alia prædia possident in propriis provinciis, quæ Christianorum potestati non subiacent. De prædiis que in Christianorum locis possident, decimas pendere obligantur, non quatenus infideles, sed quatenus illis prædiis usus est omnis realis decimarum, quod unus sequitur prædia, quoscumque devolvantur. Hoc aperte declaratum est in capite *Quanto*, de iuribus his verbis: *Hæc eadem sententia Iudæos decimarum compellendos ad satisfaciendum Ecclesie pro decimis, & oblationibus debitis, quas Christiani ad domibus, & possessionibus aliis percipere consueverunt, antequam ad Iudæos quæcumque titulo decissent, ut sic Ecclesia conferentur indennent.* Ex quo textu colligitur, Ecclesiam habere ius ad exigendas decimas ex tali prædio. Porro hoc iure Ecclesia defraudari nequit ob infidelitatem acquirentis. Hæc omnia docet S. Antoninus II. Part. tit. 11. cap. 111. *§. 2.* *Decima prædialis... debet dari indifferenter a possidente prædia, sive iuste, sive iniuste possideret: & non solum, si possideret prædia a Catholicis, sed etiam ad hæreticos, Iudæos, vel Faganos, Thomas, & Raymundos.* De prædiis que infideles possident in propriis

pro-

provinciis, ad decimas non tenentur: quia Ecclesia nullum ius habet, vel habuit in illa prædia. Oppositum sustinet Panormitanus cum quodamdam alio Canonistis: quia, inquit, licet infideles non sint iuri ecclesiastico obnoxii; nihilominus subiciuntur iuri divino. Nonne creatura omnes ratione prædicte tenentur recognoscere Deum, ut supremum rerum Dominum? Ergo hæc ratio, ut scilicet infideles recognoscant supremum Dei dominum, decimas Deo offerre adstringunt. Et videtur hoc colligi ex cap. *Tua nobis*. Responsum facile est. Utrique omnes, tum fideles, tum infideles, tenentur supremum ac universale unius Nominis dominum venerari, suamque ipsi submissionem aliquo tributo, & oblatione testari. Sed falsum est, ut illius iuris obstrigunt infideles ad recognoscendum hoc divinum supremumque dominum decimarum solutione; cum possint huic debito satisfacere aliquo alio tributo, seu sacrificio. Præceptum solvendi decimas in veteri lege non obligabat alios præter Iudæos: & nihilominus alios rationem Deo offerre aliquas oblationes, illiusque aliquo tributo recognoscere adstringebantur. Antequam ergo infideles Ecclesie membra fiant, absolute non subiciuntur Ecclesie præceptis. Hæc responsio, subdit, evincit solum, infideles non debere solvere decimas quoad quantitatem, quod iuris est ecclesiastici; non vero eos exemptos esse a decimis, quatenus sunt alimenta ministrorum, quæ naturali divinoque iure illis debentur. Responsio data utramque evincit. Nam infideles a ministris alimenta spiritualia non recipiunt, nec sunt illorum onus, & ministri non sunt pastores actu infidelium, sed fidelium.

III. *Quæst. II. An Ecclesia iure exigere possit ab infidelibus tributum exequitur ad sustentandum Predicatores, & Missionarios, quos ad eorum conversionem mittit?* Resp. Ecclesia ab infidelibus, in terris sibi subiectis inhabitantibus, sibi que temporaliter subditis, recipi exigit hoc tributum. Rostre siquidem Iudæi pensationem pendunt ad alendum Predicatorem qui illis Christi Evangelium exponat. Hac potestate uti non solet Ecclesia in infideles, sibi non subiectos quoad temporalem iurisdictionem. Verum unquam est, Christum Dominum omnes ad idem vocasse, & vocare. Et, quemadmodum mortuus est pro omnibus, ita omnes quocumque Ecclesia sua supponit, quatenus scilicet omnes tenentur Evangelii prædicationem suscipere, illius ministris audire, etque parere. Quia tamen Deus ipse neminem cogit ad fidem suscipiendam; ideo nec illius

Ecclesia, quæ eisdem Dei Spiritu regitur, sua potestate utitur ad cogendos infideles, ut fidem amplectantur: ac proinde tributum imponere non solet infidelibus sibi non subditis, tum ad evitandum scandalum, quod inde consequi posset, tum ad imitationem Iesu Christi, & Apostolorum, qui omnino gratis legem gratis in omnes gentes promulgantur, quive proprio labore victum fide comparant, aut a fidelibus, iam fide imbutis, quodammodo sibi impie accipiunt.

IV. *Quæst. III. An Clerici tenentur decimas solvere?* Resp. Nec Pontifices, nec Episcopi obnoxii sunt decimis personalibus. Non Pontifex, quia nullum habet imperium, cui subiciuntur: scilicet etiam ipse sacramento a ministris percipit; attamen ille ipse potestatem ministris conferre impediendi sacramenta. Neque Episcopi, qui hæc decimas personales pendendas obligantur. Et certe non Parochi, quia sunt filii subiecti; non Pontifici, quia, licet iusta de causa possit summus Pontifex Episcopos, utpote sibi subditos, decimas personales imponere; tamen hæc potestatem Pontifex nunquam nisi sunt, sed alia via sibi providentur. Sic docet D. Thomas 2. 2. *quæst. lxxxviii. art. 4. ad 3.* *Unde non eadem ratione tenentur Clerici summo Pontifici decimas dare, si exigunt. Naturalis enim ratio dicitur ille qui habet curam de communibus multitudine statu, providere de communibus bonis, unde possit exigi ea que pertinent ad communem salutem.* Pontifices vero obnoxii sunt decimis prædialibus de illis terris, seu fructibus, quas possident titulo patrimonii temporalis. Quoniam; facta parochiarum partitione, unicuique Ecclesie assignata sunt prædia cum onere decimarum: quod omnis, reale cum sit, temper annexum est prædiali prædiali. Ergo, si Pontifices possessores sint titulo vel hereditatis, vel emptiois, vel donationis, vel quocumque alio temporalis iure, eiusmodi prædiorum, obstriguntur ad solvendum decimas decimum eorum dem terra assignatam. Idem de Episcopis potior iure dicendum est. De prædiis, que habent ratione Episcopatus, seu que redimus decimas solvere. De prædiis vero profanis, seu que titulo hereditatis, patrimonii, vel emptiois possident, decimas solvere adstringuntur, ob rationem iam dictam, quod prædiis eiusmodi annexum sit omnis realis decimarum, quæ a quocumque solvi debent.

V. *Quæst. IV. An Clerici curati, seu Parochi tenentur decimas solvere personales?* & reales? Resp. Ad decimas personales non tenen-

tenen-

tentur; quia illæ solvantur Pastor ratione sacramentorum. Parochi autem, cum recipiunt sacramenta, ea non suscipiunt ab aliis Parochiis, tamquam subditi, sed tamquam cooperatores in vinea Domini. Neque tenentur solvere decimas Episcopis de fructibus beneficiorum: quia nec iure, nec consuetudine talæ debitam censent. Obligantur vero solvere decimas de prædiis quæ possidentur in titulo temporali hereditatis, emptiois, aut quovis alio. Sic docet D. Thomas 2.æ quartæ. lxxxvii. art. 1. Clerici autem, in quantum sunt in titulis aliorum, hereditatis prædiorum tenentur decimas de fructibus debentur. Unde tales Clerici, in quantum Clerici sunt, illæ decimas habent ecclesiasticas possessiones, decimas solvere non tenentur. Et alia vera causa, scilicet propter hoc quod Possident proprio iure, vel ex successione parentum, vel ex emptione, vel quocumque legitimo modo, sunt ad decimas solvendas obligati.

VI. Quæst. V. An Clerici simplices tenentur ad decimas non personales, non reales? Resp. Ut primum de decimis personalibus loquamur, animadvertendum oportet, Clericos duplici ex titulo lucrari posse, spirituali nempe, & temporali. Actione spirituali lucrari possunt, dum Missam canunt, dum cadavera defunctorum curantur &c. Quæ his actionibus lucrantur, decimis obnoxia non sunt. Et si vero, quæ corporali labore, seu studio, & temporali titulo lucrantur, tenentur decimas persolvere. Si quidem decimæ personales debentur ratione sacramentorum, quæ ipsi Clerici recipiunt a suis Parochiis. Normæ autem Clericorum intelligimus non solum eos qui in minoribus ordinibus sunt constituti, sed etiam Sacerdotes. Ad decimas vero reales quod attinet, distinctio pariter opus est. Nam de fructibus beneficiorum, aut decimis quas ipsi ratione beneficiorum percipiunt, decimas solvere non tenentur; ut declaratum est in cap. Novum genus, de decimis, ubi Palchalis II. hæc dicitur. *Novum genus exactionis est, ad Clerici a Clericis decimas exigant; cum nullum in lege Domini hoc legimus. Non enim Leviticus a Levitis decimas accepisse legitur.* Quam decretalem refert S. Thomas 2.æ quartæ. lxxxvii. art. 4. in arg. Sed contra. De prædiis vero quæ in titulo hereditatis, emptiois, donatiois, vel alio simili possidentur, decimas solvere tenentur; etiam si eiusmodi prædicia sint in territorio Ecclesiæ cui intersunt. Ita D. Thomas loco laud. ad 2.

Clerici de propriis prædiis tenentur solvere decimas parochiali Ecclesiæ, sicut & alii, etiam si ipsi sint eiusdem Ecclesiæ Clerici; quæ aliud est habere aliquid in proprio, aliud ut commune. Prædicia vero Ecclesiæ non sicut ad decimas solvendas obligata, etiam si in infra terminis alterius parochiæ. Hinc inferitur, teneri Clericos ad solvendas decimas etiam de fructibus sacramentorum, cuius titulo ordinantur: quia eiusmodi fructus, seu terra in patrimonium deputate possidentur a Clerico in titulo temporali, & solum ad tempus deputatae sunt ad sustentationem Clericorum, ceterum remanent bona laicalia. Non ergo defraudandi debent Ecclesiæ parochiales iure expendi super illis prædiis decimas, que sibi debebantur, antequam fundi eiusmodi deputarentur in patrimonium Clericorum. Hæc omnia, quæ hucusque dicta sunt, communiter Theologi docent.

VII. Quæst. VI. An Principes, & Reges ad decimas pendendas tenentur? Resp. Præceptum de decimis solvendis universale est, omnemque fideles baptizatos comprehendens: ergo & Reges, & Principes. Eadem ratio est omnium ratio. Non minus etiam Principes, Receptique subditi sunt Pastoribus Ecclesiæ, in spiritualibus ac ceteri fideles; & ab illis sacramenta percipiunt. Communis penes omnes sententia.

VIII. Quæst. VII. An pauperes subiecti sint decimarum solutioni? Resp. Distinguedi sunt varii paupertatis gradus, seu status. Non minus gradus paupertatis est qui appellatur communis. Secundus gradus paupertatis est qui vocatur gravis. Ultimus gradus paupertatis est qui denominatur extrema. Pauperes in extrema necessitate constituti a decimarum debito omnino liberantur: quia in tali statu possunt aliena, ut propria, accipere. Ergo potiori iure valent decimas retinere, quàm præceptum eorum tanto rigore non obligat. Communis ius hæc penes omnes. Nec tenentur pauperes, si ad meliorem aligerent statum, decimas quas in extrema necessitate non præbuerunt, compenlare Parochiis: quoniam tunc retinuerunt quod tuum erat; quidquid alii dicant. Sed de hoc futuræ loco laud. ad 2. autem.

atem dicendum de pauperibus gravi laborantibus necessitate? Sanez Tom. I. de Re. lig. tract. 11. Lib. I. cap. xvi. num. 18. docet probabile esse, gravem necessitatem eximere pauperem a decimis solvendis: tum quia eiusmodi fructibus indiget pauper ad suam, & familiaris sustentationem (talis quidem reputatur necessitas gravis:) tum quia præceptum illud affirmativum est, quod pro semper, ut dicitur, non obligat; sed cum certis circumstantiis. Nec præceptum decimarum in omnibus circumstantiis urget; sed alienationem solutionis permittit propter gravem necessitatem debitoris: sicut qui possidet rem alienam, & non potest reddere statim sine gravi iactura personæ vel status, potest diserte restitutionem. Admissa vera gravi necessitate, absolute non negantur probabilitatem illius sententiæ. Quoniam decimæ, potissimum quantitate suspicæ, insitute sunt, & accipiuntur ab Ecclesiâ non solum in sustentationem ministrorum, sed etiam in pauperum subsidium. Quapropter, quando pauperes revera gravi veniantur pauperate, non videntur præceptum Ecclesiæ eos ad pendendas decimas urgere; cum potius contra in tali eventu eorum pauperatæ decimarum fructibus sublevanda sit. Hæc sane absolute considerata vera mihi apparet. Sed, quia grave periculum est ne plures se pauperes effingant, gravemque pauperatæ deprædicent, cupiditate magis quam penuria adacti: idcirco mihi probabilis videtur, pauperes tenori exoptate suam pauperatæ Pastoribus Ecclesiæ, ut debitum liberemur, reddere vero, cogitari pauperum gravi necessitate elemosinam ipsi erogare obstringuntur, saltem a solutione decimarum eos eximere. At quid, dum pauperes timent sibi a Parochiis minime subveniendum fore, etiam expolita, & probata propria necessitate? Respondet, verosimiliter esse pauperes hanc pauperatæ exaggerare quam reverere illorum Pastores vere eorum gravitate necessitati succurrere. Ceterum, si Parochi proprii muneris immemores negligenter prospicere urgenti pauperatæ parochianorum; in hac hypothese, post expolitam propriam indigentiam, ipsi possent retinere decimas, quibus suam sustentationem inopiam. Cum tamen fors melior assigneret, ad reddendas decimas tenerentur. Nec audiendus est Fillsicæ, cui tract. xvi. II. Part. cap. vii. num. 166. probabile esse indicat, eiusmodi parochianos ad restitutionem non teneri, etiam divites

effectos. Siquidem communiter hoc Theologorum reprobat. In sola enim extrema necessitate, que consumatur, restitutioni non subsistent, iuxta communionem Theologorum doctrinam.

CAPUT VI.

Quomodo Religiosi, & Clerici in communibus viventibus in iuris communis exempti sint a decimis solvendis: quæque pro eadem exemptione iustis Regularibus concedantur privilegia que extra iuris corpus repetuntur.

I. Capite quorundam superiore egimus de privilegio quibus Romani Pontifices Monachis, & Regularibus, etiam mendicantibus, iustis de causis concessit tenere decimas percipiendi. In presentia vero sermonem institutum de privilegiis quibus Regularis a debito solvendi decimas liberantur. Et ut recte perspicere rem totam evaleamus, prius quid in iuris communis, deinde quid virtute privilegiorum que extra iuris corpus sunt, litem competat declarabimus.

II. Porro Monachi, & Clerici in communibus viventibus in privilegiis, iuri communis inserti, antiquitus exempti fuerant a decimis tum personalibus, tum prædialibus. De personalibus, constat ex cap. Decimas xvi. quæst. 1. De prædialibus vero, nempe earum terrarum quas propriis manibus colebant, sive proprie forent, sive conductivæ, etiam patet ex cap. de multiplici de decimis, ubi Adrianus IV. assertit se hæc privilegia decessit Giffertienibus. *Abbas, inquit, privilegium a nobiscum, ut de lazaribus, quæ propriis manibus, aut simplicibus excolunt, nulli decimas solvere tenentur.* Illius privilegii meminit Alexander III. in cap. Ex parte x. de decimis: & testatur hoc ipsum privilegium fuisse prædecessoribus suis concessum prout omnibus Religiosis in communibus viventibus, Giffertienibus, & Hospitalariis concesserat. *Ceteris vero, at de novallis fuit, quæ propriis manibus, vel simplicibus excolunt, & horris suis decimas non persolvent.* Quod privilegium confirmat ipse Alexander III. addit, quæ ex casibus in eodem privilegio expressè teneri Religiosi omnes ad decimas ex rebus omnibus solvendis. Et in cap. Dilecti declarat, eos non liberari a solvendo d. ciii.

cimis de terris quas per colonos excolant; sed ait, privilegium illud artari ad prædia propria Religioforum; nullo vero modo extendi ad fundos conductos, etiam si per se, aut per suos famulos eos colant. Innocentius vero III. in Concilio Lateranensi, celebrato anno 1215. limitavit præfata privilegia (ut habetur in *cap. Nuper eodem tit. de decimis*.) ad prædia habitata, & possessa ante viduum Concilium. Idcirco etiam Cistercienses, quam Templarios, & Hospitalarios debere solvere decimas de terris, seu prædiis post præfatum Lateranensem Concilium possidentibus; de quibus antea Parochis decimæ solvebantur; consequenter novitas excepta, & immunita remanent, ut suo loco dicetur. Et textum citari capitis. *Ne occasione privilegiorum sanctorum Ecclesie ulterius progrediantur, decemimus ut de alienis terris, & annodis acquirendis, etiam si ex propriis manibus, aut sumptibus excolant, decimas persolvant Ecclesiis quibus ratione prædictorum antea solvebantur, nec cum ipsis Ecclesiis aliis decimas dampnentur. Et hoc ipsum ad alias Regulares, qui gaudent similibus privilegiis, extendi volumus. & mandamus.* Omnes itaque Regulares tenentur ad decimas solvendas de prædiis habitis post Concilium Lateranensem quartum; nisi aliquando posteriori privilegio, transactione, aut prescriptione exemptantur.

III. In prælo tamen *cap. Nuper*, non est revocatum privilegium quo Regulares exempti sunt a solvendis decimis de novalibus, & hortis, quos propriis manibus colunt, & de animalibus que ad eorum sustentationem nutriunt. Ad his liquidum decimis exempti fuerant Religiosi regulares; ut constat ex *cap. Ex parte*, ubi dicitur: *Et de mirum est circumstantiis horum, & de hortis suis decimas non persolvant.* Sed hoc privilegium revocatum non fuit in *cap. Nuper*. Consistit tamen etiam post Lateranense Concilium. Quod autem non sit revocatum, patet ex descripto textu laudati capitis. Nam ibi dicitur, solum a Regularibus solvendas esse decimas de prædiis, impolitum post Concilium acquirendis; & de quibus, antequam ea ad Regulares devolverentur, decimæ Parochis solvebantur. Nullus ibi sermo de Novalibus prædiis, de quibus antea Ecclesie decimas non percipiunt. Nihil pariter statuitur de gregibus, animalibus, & hortis. Ergo privilegium concessum in *cap. Ex parte de decimis* in suo robore subsistit. Et hæc omnia communia sunt. Neque limitandum est dictum privilegium ad solos fructus suo-

rum horrorum, qui cedunt in usum Monasterii; quia, cum privilegium absolute estimatur horros Regularium, a debito decimarum, nullum adgit fundamentum illud restringendi ad solos fructus quos constantem Religiosi, sed ad omnes fructus eorumdem horrorum, etiam ad eos qui per venditionem distrahuntur, extendi debet. Denique, quomodo per dictum caput *Nuper* revocatum fuisse privilegium, concessum in *cap. Ex parte*, quod saltem esse patet ex dictis; plurima tamen sunt posteriora privilegia quæ eximunt Regulares a solvendis decimis de hortis, arboribus, & prædiis que propriis sumptibus colunt. Nam Paulus III. Pius IV. Gregorius XIII. & Sixtus IV. concesserunt Regularibus (ut videtur et in Mari Magno Predicatorum, Carmelitarum, aliorumque Ordinum) id quod concessum erat in *cap. Ex parte*, & cum expressa revocatione capiti *Nuper*; que revocatio addita fuit ad explendos inanes quascunque interpretationes.

IV. Quæst. I. An præfata privilegia, excepti iuris communis inserta, late, vel strictè interpretanda sint? Resp. Salmanticenses tract. xviii. cap. lxxi. §. 2. num. 69. defendunt, latissime interpretanda esse eorumdem privilegia; quia, inquit, non sunt odiosa; cum sint contra præcipuum sit favor Regularium, qui valde in vinea Domini laborant, populæque non minus quam Parochi insistant, & adiuvant. Ideo summa equitate Pontificis dicta privilegia illis concessere. Vera sunt hæc omnia. At negari minime potest, dicta privilegia esse odiosa, & in damnum tertii. Parochis de iure decimæ debentur, qua Parochi de iure sunt gregis, evangelicæ Palliores. Regularis iure cooperatores in Parochorum subsidium vocati ad ministerium laborandi in vinea Domini Sabaothi. Propter eorum frugiferos labores, atque copiosam mellent eorum sudoribus partam iure ad meritum Pontificis summi illis privilegia exemptionum impertiti sunt. Verum, cum remissa generalis præscribat, *ad ea restringenda*, nihil dicendum videtur, laudata privilegia strictè interpretanda esse; quod colligitur etiam ex *cap. Cum capella de privi. Duo* extrema evitanda sunt, in que non pauci, partium affectionibus præoccupati, prolapsi sunt. Nam aliqui, qui partes Parochorum sustinent, ita restringere vellent eorumdem privilegia, ut nullum profrus effectum parentarent. Contra quidam, qui Regularium exemptiones nullo delectu defendunt, ita ampliare illa gellunt, ut Parochorum iura minime

ledantur. Ad hoc duo extrema declinanda, privilegia sic exponenda sunt, ut, quoad fieri potest, illata Parochorum iura consistant, seu ut quam minimum fieri possit, nocent iuri tertii, derogentque communi legi. Verum, ut interpretatio recta sit, etiam restrictio, iusta simul requiritur, ut hæc verba privilegii in sua proprietate salventur, & quem significant effectum producant. Sed de hoc supra alibi.

V. Quæst. II. An non Regulares reipsa exempti sint a decimis solvendis de propriis hortis, prædiis, & quæ propriis sumptibus colunt, necesse privilegiorum quæ extra iuris communis corpus reperitur illis concessa? Resp. Hactenus dictum est de exemptione, qua fruuntur Regulares vi privilegiorum, quæ iuri communi sunt inserta. In præfata autem sermo est de privilegiis illis concessis; quæ extra ius commune sunt; quare illos a solvendis declaraturus ex prædiis, propriis sumptibus aut manibus cultis, examinat. Plures sunt Pontifices, variis temporibus omnibus factis Regularium Ordinibus privilegia ampla impertiti sunt, quibus a præfatis decimis solvendis esse exemptum, Sixtus IV. Predicatoribus, Minoribus, & Carmelitis; Martinus V. Catholicanis; Gregorius XI. Mercenariis; Eugenius IV. Augustinianis; Clemens VII. Monachis Vallisletanis; Sixtus IV. Cisterciensibus; Trinitariis excolentibus Urbanus VIII. Quæ communiter sero omnia antea concesserant Innocentius IV. Alexander IV. Clemens IV. Innocentius VI. Ordines mendicantes. Recentius privilegia videri possunt in collectione privilegiorum, quam quilibet mendicantium Religio habet. Superfluum nunc plures super his privilegiis difficultates relindecenda.

VI. Quæst. III. An Regulares vi suorum privilegiorum exempti sint a solvendis decimis, non solum de novalibus, sed etiam de aliis terris, aut, & post Concilium Lateranense acquirunt, propriisque sumptibus colunt? Resp. Communissima sententia est affirmativa; quia privilegia laudata aliquid concedunt quod ante concessum non erat; altero apertissime declaratum in textu *cap. Audientiam* h. t. ubi hæc reperitur. *Nam, si consiliteremus, tantummodo de novalibus, ubi parvitas de laboribus, & de novalibus governamus.* Porro vi iuris communis Regulares exempti sunt a decimis de novalibus. Ergo, ut præfata privilegia, quæ sero omnia derogant *cap. Nuper*, aliquem effectum habeant,

eximere debent Regulares non solum a novalibus, sed etiam ab aliis prædiis que propriis sumptibus excolunt, quæve post Concilium acquiruntur.

VII. Quæst. IV. An Regulares tenentur solvere decimas de terris, seu prædiis, quæ excolunt tradunt aliis, nempe colonis? Resp. Et responsio clara sit, distinctione est opus. Tribus modis possunt agri, seu prædia aliis aranda, occidant, & solummodo tradi. Primo tradi possunt aliis, ut ministris, & famulis ipsius domini, cuius sumptibus illi mercede pacta agros excolunt in commodum, vel incommodum eisdem domini; & in hoc casu plurimum est Regularis exemptos esse vi privilegiorum, quæ illis post Lateranense Concilium indulta sunt, a debito solvendi decimas. Vel fundi tradunt possit colonis, ut ipsi propriis sumptibus eisdem colant, in proprium commodum, vel periculum, cum onere conferendi dominis antiquam pensionem, sive in frumento, sive in vino, sive in pecunia. Tertio tradi possunt prædia parvitas, ut scilicet coloni propriis sumptibus fundos excolant, deinde fructus, qui produciuntur, inter dominum & colonum partitio dividantur, vel ad medietatem, vel tantum tertia parte domino servata, & duabus aliis colono deputatis. Hoc tamen pacto, ut si fundus post culturam nulli gigneret fructus, aut grandine destrueretur, colonus præfatus decimas esse debebat, nihique exigere ultra a domino valeat. Quibus possit, queritur, an Regulares liberi sint a solvendis decimis de illis prædiis quæ duobus ultimis modis traduntur decimas solvere. Salmanticenses tenentur decimas solvere. *cap. lxxi. p. 3. non. 75.* Insistent, necque Regulares, necque colonos tunc ad decimas solvendas Parochis; sed colonos eas decimas solvere debere. Religiosis domini, qui vi privilegiorum exempti sunt. Et certe admisso, prædia illa esse exempta, tolli Religiosi domini fructus exemptionis gaudere debent, non coloni; quia nullo modo in eorum favorem privilegia illa concessa fuere. Ratio quam præfati Auctores promunt, est, quod privilegia concessa Regularibus, non solum sunt personalia, sed etiam realia, quæ prædia ipsa efficiunt, quantum sub dominio Religioforum remanent. Sed prædia tradita colonis, ut eadem excolant, sunt sub dominio Religioforum. Ergo ab omni decimarum exemptione sunt. Addunt, eiusmodi privilegia realia ipsa concessisse Bonifacium VIII. Cisterciensibus, Joannem

XXII. Carthusiani cum revocatione cap. Super, Statum IV. Carmelitæ, Clementem VIII. Militæ S. Jacobi, Paulum III. Ordini S. Hieronymi, Gregorium XIV. & Innocentium IX. Conventum de *Esorial*: Rescripserunt pro hac sententia Ioannem a Cruce de *perul. Lib. II. cap. 15. dub. 4.* Philippum a Cruce *tratt. de Decim. §. 2. num. 9.* Glosiam in *Clement. Religiosi*, de *decimis verb. Excolendis*, Abbatem in *cap. Ex parte de decimis non. 5. Fagnandez Lib. II. cap. 19. num. 1.* Rodriguez *Op. Reg. Tom. II. quest. xlv. Raphaelien. a Torre. 2. 2. quest. lxxxvii. disp. vi. fol. 360.* Calotropianum *Tom. II. tract. x. disp. unic. punct. 12. num. 10.* Antonium a Spiritu sancto *tract. 21. disp. 111. sect. 6. num. 161.* Dinam *Part. X. tract. xii. Bellarminum Tom. II. tract. viii. cap. vii. sect. 5. num. 176.* Boverium *Tom. I. perul. Motum. comp. 2. l. l. II. num. 122.* Henriquez *Lib. VII. de regulis cap. xxvii.* Tamburinum *Tom. I. disp. xx. quest. xxvii. num. 31.* Garciaum *T. I. n. 1111. disp. 3. dub. 2. punct. 4. num. 10.* Villalobum *Tom. II. tract. xxiii. disp. 4. num. 1.*

VIII. Ur, que probabiliora nobis videntur, distincte promamus, que certa sunt, in antecessum premitimus. In primis certum est, Religiosos vi privilegiorum, que inlata sunt corpori iuris communis, exemptos non esse ab onere solvendi decimas de prediis que altius duobus modis supra expositis aliis tradunt excolenda. Quandoquidem satis perspicue in *cap. Ex parte de decimis x. l. 1. & cap. Licet h. 1.* prelata predia decimarum oneri subiacentur his verbis. *Licet de benignitate Sedis apostolicæ sit votum indultum ut de libertate que propriis manibus, vel sumptibus colitur, novam decimas solvere teneantur; propter hoc tamen non est licitum vobis decimas de terris vestris subtrahere, quas alius tradidit excolendas.* Quod attinet ad privilegia que extra iuris corpus reperiuntur, quæva dicuntur a laudatis Pontificibus concessa Regularibus, saltem non omnia exemptum Religiosorum predia, que non propriis sumptibus, sed colorum industria, expensis, & periculo colorum. Et quando privilegia exemptis non eximant dicta predia, etiam ab aliis colenda, ab onere decimarum non intelliguntur exempta. Quoniam, ut dictum est, quomodolibet privilegia odiosa sunt, & interpretanda. Quid quod, cum fundi plerumque Cencobiorum sint latius amplii, si illi omnes exempti essent ab onere decimarum,

contingere posset quod Parochi congrua satisfactione defraudarentur. Quia in territorio sine parochia fortasse maior fundorum, ex quibus decimas percipit, pars est Regularium. Denique ipsa praxis in pluribus locis, regionibus contraria est. Ceterum, si privilegia explicitè eiuſmodi predia eximant, ut videntur esse illa que concessa sunt Cisterciensibus, Carthusianis, & aliis; tunc tam Regularibus, quam eorum coloni liberi forent a solvendis Parochia decimis; sed coloni decimas illas, ipsi Religiosi dominisolvere deberent. Non enim in favorem colorum, sed Religiosorum privilegia indulgentia essent. Tunc autem fundamentum est affectus, predia dicta esse exempta, quando necantur *Eximuntur hoc Religiosos, eximuntur omnia predia, & fructus ab onere decimarum.* Nec est quod longius, & penitus non hanc discutiamus; quoniam praxi iam inſectæ standum est. Si qui sunt qui suorum privilegiorum amplius exemptionibus fruuntur, bene illis sit, in idque incumbant ut diu in possessionem perire queant.

IX. *Quest. V. An eiuſmodi privilegia de exemptione decimarum extendantur etiam ad predia conductiva, vel in emphyteusim accepta ab ipsis Religiosis, qui propriis manibus, aut sumptibus eadem excolunt.* Resp. In hac questione communis sententia est, que affirmat, Religiosos regulares vi suorum privilegiorum liberos esse a pendendis decimis, etiam de agris alienis, & a se conductis, & cultis. Hanc defendunt Salmanticenses loco citato *num. 77.* & adducunt ex Garcia privilegium Martini V. in quo hæc habentur. *De quibusque possessionibus, & prediis, que in presentiarum possidentur, & in futurum, præstante Deo, inſitis titulis poteritis adipisci, etiam si ea ab aliis conductiva, donec tamen illa vestris manibus, vel sumptibus excolatis, seu pro sustentatione vestra excolat faciat, decimas quibusvis Ecclesiis, laicis, aut personis solvere minime teneantur.* Si omnium sacrorum Ordinum privilegia his, vel similibus clausulis, seu verbis concepta essent, dubio procul Religiosos omnes immunes forent ab onere decimarum, etiam de prediis alienis, & ab ipsis conductis, live propriis, & aliis locatis. Quare hi Ordines qui propria eiuſmodi privilegia habent, tunc contentiamur, quando alia non obtinent, decimas retinere possunt. Sed saltem ad privilegia, communiter Regularibus concessa, esse tam ampla, & expressivè exemptionem decimarum, etiam de agris tunc con-

conductis, tum locatis. Neque reponi valeat privilegium, uni Ordini concessum, per communicationem iustragari omnibus Regularium Ordinibus. Quoniam eiuſmodi privilegia odiosa non sunt, ut probatum est, per communicationem non ampliantur. Et profecti si vera forent que Salmanticenses cum aliis citatis Auctoribus scribunt, plurimi essent Parochi congrua sustentatione destituti. Nam opus plurimum Religiosum satis abundanter aucte sunt; & plures reperuntur parochie, multi etiam notæ, quarum potissima fundorum pars pertinet ad Regulares. Si ergo omnia eorum predia, tum conductiva, tum locata, exempta essent a decimis; certe plures Parochie eluerent. Sed, que diximus supra, in memoriam revocari debent, duo nempe extrema, & nimis extensivis, & nimis coarctativis, in usu privilegiorum evitanda esse. Sententiam nostram docent Suarez *Tom. I. de Reg. Lib. I. cap. xxx. num. 8.* Filiucius *tract. xxvi. cap. viii. quest. xi. num. 148.* Calotropianus *tract. 2. disp. 1. punct. 12.* Barbosa de *iur. Eccl. cap. xxvi. §. 3. num. 20.* & plures alii.

X. *Quest. VI. An privilegia Regularium de exemptione decimarum foveant etiam Monachos?* Resp. Communis sententia est affirmativa; quia plures Pontifices præfata privilegia ad Moniales etiam diatarunt, scilicet Bonifacius VIII. Sixtus IV. Leo X. Paulus III. Clemens VIII. Pius IV. ut referunt Emmanuel Rodriguez in *Op. Reg. Tom. II. quest. xlv. art. 3.* & *Tom. III. quest. xxv. art. 15.* Miranda in *Manual. Pract. Tom. II. qui dicit, art. 22.* Barbosa de *iur. Eccl. cap. xxvi. §. 3. num. 26.* pioreque alii. Equites Ordinum militarium, qui sunt veri Religiosi, omnibus Regularium privilegia, que exemptionem a decimis spectant, fruuntur, ut communiter omnes decant. Excipiuntur tamen bona patrimonialia, que absque dubio decimarum pensioni sunt subiecta.

XI. *Quest. VII. Quomodo citata privilegia exemptionis ab onere decimarum amittuntur?* Resp. Primo amittuntur per non usum universalem Ordinis, cui sunt concessa. Neque enim ad amissionem privilegiorum sufficit non usus alicuius Cencobii; quia causa concedendi eiuſmodi privilegia non fuerunt merita huius vel illius Monasterii, sed totius Ordinis. Ergo neque demeritum negligentiæ unius vel alterius Monasterii causa erit amissionis eorumdem. Quin per usum aliorum Cencobiorum conſervantur etiam in beneficium illius Cencobii quod illidem non

solit, vel neglexit usi; ita ut valeat imponeretur tui beneficio sorordum privilegiorum. Secundo cessant eiuſmodi privilegia, quando decimas temporis evadunt nimis damnosa Parochiis, eorumque iura graviter lendant. Purior, si tempore concessionis exigui & modici erant Cencobii fundi, vel non adeo abundantes; deinde titulo sine duntaxat, sine hereditatis, sine emptionis, sine quavis alia via nimium augetur, v. g. supra medietatem, & ultra; tunc Parochi grave damnum perferunt. Nam, si fundi in eorum territorio devolvantur a laicis ad Regulares, & si devoluti ad Regulares eximantur ab onere decimarum; Parochi amittunt decimas quas antea percipiabant. Graviter ergo laeduntur. Porro privilegium quodcumque expirat, quoties tertio grave-nocentium inferat. Abbas in *cap. Suggestum 11. h. t. num. 3.* & Barbosa in *deon. cap. Resistentium Lib. III. tit. xxx. de decim. numer. 76.* Suarez *Tom. I. de Reg. tract. 11. Lib. I. cap. xx. numer. 2.* Filiucius *tract. xxvi. cap. viii. quest. x. numer. 185.* & communiter tum Theologi, tum Canonici. Quando porro privilegium debeat censi, & iudicari graviter, & enormiter laedere, non est adeo facilis decisio. Communiter citati Auctores docent, læsionem sine dampnum Parochi debere esse certum, manifestum, evidens, ut privilegium ipso facto amittatur; vel ut index inferior, nempe Episcopus, possit declarare privilegium in tali casu cessare. Si autem dubium sit, nun læsio Parochi fit levis, vel gravis, ad summum Pontificem pro declaratione recurrendum est; cap. *Cum venerit 11. de iudicio*, ubi Innocentius III. *Cum super privilegio Sedis apostolicæ vertatur questio, volentes de his per alios iudicari*; quia illius est interpretari privilegia, cuius est privilegium concedere. Tertio amittuntur privilegia *translacione, compositione, seu pacto facta inter partes*, si necessaria requisiti adint, maxime contentus Superiorum iuxta cuiusque Ordinis statuta; quoniam super privilegio, universo Ordini concessio, non possunt superiores alicuius Monasterii transactionem peragere, incontinenti superioribus totius Ordinis.

XII. Ex his omnibus que dicta sunt, colligas velim, in hac a decimis exemptione nitum maxime, & consequentem locorum attendendam esse. In dubiis diffidia evitentur, & cum Parochis de bono & æquo compositiones fiant. Quo liberiores cum Parochis erunt Regulares, eo ditiores erunt penes Deum, & mundam; quemadmodum litigiali

Deo, & mundo odiosi sunt. Abline a litibus, & minues peccata.

CAPUT VII.

De quibus rebus decima, tum personalis, tum prædialis, quoque tempore, & sic solvi debeant.

I. Quæst. I. De quibus rebus solvenda sint decima personalis? Resp. Vi iuris communis de omnibus lucris, & proventibus per industriam acquiritis decimæ solvi debent. Ita omnes tum Canonice, tum Theologi. Iura clara sunt. Cap. Transmissa de decim. xxiii. h. t. Fidelis homo de omnibus que licite acquirere potest, decimas erogare tenetur. Cap. Tua nobis, xxvi. De censuris omnino proventibus decime sunt reddenda. Cum concordantiis. De vine, grano, fructibus arborum, perovibus, negotiatione, de ipsa etiam militaria, de venatione, & de omnibus decima sunt ministris Ecclesie tribuenda. Item de proventibus molendinorum, piscinarum, feno, de negotiis, & artificibus. Quare vi iuris communis omnes mercatores de lucris negotiationis acquiritis, omnes milites, doctores, advocati, iudices, lectores de suis proventibus, omnes piscatores de præda per piscationem comparata, omnes venatores de venatione, omnes artifices de fructibus suarum artium, omnes famuli, & famule de mercede acquisita decimas solvere tenentur ministris Ecclesie. Sententia communissima.

II. Quæst. II. An decima solvenda sint de rebus illicitè acquiritis? Respondet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 2. ad 2. Dicendum, quod aliqua male acquirantur dissipantur. Uno modo, quia ipsa acquisita illicita; puta que acquirantur per rapinam, aut furtum, aut usuram: que homo tenetur restituere, non autem de eis decimas dare. Tamen, si aliquis ager sit capax de usura, de fructu eius tenetur usurarum decimas dare. Quædam vero dicuntur male acquisita, quia acquiruntur ex turpi causa; sicut de meretricio, & hisionati, & aliis huiusmodi: que non tenentur restituere. Unde de talibus tenentur decimas dare secundum modum aliarum personarum decimarum. Tamen Ecclesia non debet eas recipere, quoniam sunt in peccato, ne videatur connivens communicare; sed postquam pauperunt, possunt ab eis de his recipi decima.

III. Quæst. III. An recentia decima personalis non solum vi iuris communis, sed etiam

iam ex usu, & consuetudine, que nunc obsolescit, solvenda sint? Resp. Decima, que iuxta omnes vi iuris communis debentur, usque, & consuetudine omnes abrogatæ sunt. Nullibi enim, quantum scire licet, solvantur, ut fatetur communiter Auctores; & quilibet suæ regionis testis est, quod decimas non perlovi. Hinc concludit D. Thomas loco laudato ad 1. In vobis lege tenentur homines ad decimas personales, secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum. Quare, si in aliqua civitate, vel parochia fundi non essent, ex quibus decimæ perlovi possent, uti est Venetiis, decimæ personales solvenda forent, seu fideles aliqua via ministris suis alimenta, que iure naturali & divino eis debentur, illis tribuere adstringerentur. Res est manifesta.

IV. Quæst. IV. De quibus rebus decima prædialis, seu reales solvenda sint? Resp. Vi iuris communis debentur decimæ Ecclesie de omnibus, & singulis fructibus qui in terra seu præditi tum communibus, tum novalibus producantur: de tritico, hordeo, omnique alia segete, de palea sive integra, sive comminata, de feno, de omnibus fructibus arborum, de foliis mororum, de nucibus, castaneis, de oleo, feni olivis, de olivibus, & leguminibus. Excipit tamen quoddam fructus minus D. Thomas loco citato ad 3. qui, inquit, nec in veteri lege determinatum sunt ut de huiusmodi minoribus rebus decima dentur. . . . Unde & nunc de huiusmodi minoribus rebus non tenentur homines decimas dare, nisi forte propter consuetudinem patriæ. Decimæ quoque debentur de patens, prati, delano, canape, de variis fodinis, argenti fodinis, & de proventibus domorum, cibonorum, molendinorum. In his omnibus consuetudo patriæ consuetudo attendenda est. Nam certum est quod hodie non solvantur ubique decimæ de omnibus recentibus fructibus.

V. Quæst. V. An decima solvenda sint de fructibus, antequam deducatur expensa facta, vel tributa, & vectigalia, ac operariorum præcia? Respondet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 2. ad 4. Debentur autem decimæ de fructibus terra, in quantum proveniunt ex terreno munere. Et ideo decimæ non dantur sub tributu, nec etiam sunt obnoxie mercedi operariorum. Et ideo non debent prius deducantur decimæ; sed ante omnia debent decimæ solvi ex integris fructibus. D. Thomas accedunt omnes Canonice, & Theologi, qui pariter allerunt, nec detrahendum esse

semen, puta tritici, hordei; etiam si quantitas fructus, seu mellis, non excederet quantitatem illius grani quod leminatum fuit. Quare coloni partiarum non possunt ante decimarum solutionem expensas deducere; sed primum ex fructibus in unum cumulati conspectis decimæ extrahi debent; & postea divisio faciendæ inter dominum & colonum. Licita tamen est via illa consuetudo, qua agricolæ ante fructuum decimationem elargiuntur elemosinam ex cumulo tritici, vini, aliorumque fructuum. Insuper licita quoque esset consuetudo, si introducta fuisset, extrahendi prius semen terræ mandatum, deinde decimæ; quodvis enim habet potissimum in circumstantiis decimarum, ut supra dictum est: quia quantitas iuris est ecclesiastica.

VI. Quæst. VI. De quibus fructibus, qui dicuntur mixti, solvenda sint decimæ, qui pariter debent animalium, ut de bobus, capris, & ovibus, de quibus cap. Omnes xvii. quæst. vii. dicitur: Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt: quicquid decimum venerit, sanctificatum Domino. De pullis quoque camelorum, equorum, almonum, pecorum, de lana pecorum, de lacte, & calce decimæ danda sunt. Item ex pullis & ovis gallinarum, & anserum, ex melle, & cera decimæ solvi debent. Fetus animalium non statim ac nati sunt, sed solum quando sine matre vivere possunt, dandi sunt in decimam. Lana pulli, vitæ oves, butyrum, & calces in sine collectionis decimæ.

VII. Quæst. VII. Quo tempore solvenda sint decimæ prædialis? Resp. Statim ac collecti sunt fructus, decimæ solvi debent; ut expressè habetur in cap. Cum homines de decimis. Mandatum quatenus eos cogat, ut decimam, statim fructibus collectis, persolvant, atque de subsaratis, & recentis dignam satisfactionem exhibere precurent. Peccant igitur qui tardius quam par est decimarum solutionem differunt. Non tamen absolute demandi sint peccati mortalis, ut ait Leonardus tract. vi. dispu. xv. quæst. xxxv. ubi nimis precipitauerit resolvit, peccare mortaliter eos qui differunt solvere decimas ultra tempus consuetum; & de peccato mortali intelligendum esse Glossam ad cap. Cum homines. Neque enim dilatio quoque culpam inducit mortalem. Ex circumstantialiariam itaque varietate culpe gravitas colligenda erit. Peccant quoque qui deteriore fructum partem

tum in decimas persolvunt: & si detrimentum sit grave, peccatum erit mortale contra iustitiam; & consequenter debitum erit restitutionis faciendæ. Nec tamen tenetur tribuere meliores fructus; sed bona fide ex cumulo manipulorum frumentis, vini, &c. prout res se se offerunt, decipere fructuum quantitatem pro pendendis decimis.

VIII. Quæst. VIII. An parochiani tenentur solvere decimas, antequam eas parochiani petant? Resp. teneri parochianos solvere decimas, etiam si Parochus illas non petat: quia uniuersique reddere alteri tenetur quod eius est, etiam illo non petente. Nec enim Ecclesia precipit ut fideles requisiti decimas solvant; sed absolute solutionem precipit decimarum. Contrariam sententiam defendit Grassus Part. II. cap. xxvii. numer. 15. citaque professe Thomam, & Antoninum. Sed salto, cum ex eorum doctrina aperissime colligatur oppositum. Solum enim docet Angelicus, quod fideles non peccent, si decimas solvere omittant; ubi committendo non esset solvendi decimas: peccarent vero, si adeo obliuati essent, ut Ecclesia etiam precipiente, decimas solvere recusatent: quia Ecclesia auctoritate habet abrogandi consuetudinem non solvendi decimas, & consuetudo contra, repugnat Ecclesie, non præscribit. Ideo, si fideles Ecclesie precipiente obides detraherent, culpam gravem committerent. Id, & non amplius docet Angelicus 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 1. ad 5. Et Landy Doctoris verba. Nec tamen sunt in statu damnationis qui non solvant in illis locis in quibus Ecclesia non petat; nisi forte propter obliuionem animi, habentes voluntatem solvendi: etiam si de eis petatur. Hinc tenentur, tanquam animis laxam, hanc propositionem, quam docet Van-eipen Part. II. tit. xxxiii. cap. ixi. numer. 25. pag. 521. Immo, cum decimæ quotiens ex fructibus singulis annis recentibus debeantur; si uno anno petita non fuerint, sequitur anno duplice petiti nequeant; immo pro anno illo quo petita non fuerint, remissa habentur. Hac opinio improbabilis est, & laxa. Nam præceptum est absolute; & parochiani absolute decimas debent, iure quodam naturali, & divino secundum substantiam, ut aint; & iure vero ecclesiastico secundum quantitatem definitam ab Ecclesia. Asserunt autem debitorem non adstringi, nisi requiritur, ad debiti solutionem, si iustitiam est, non longiore opus habet impugnatione.

IX. Quæst. IX. Quo in loco solvenda sint decimæ? Resp. Iux commune nihil, ad hoc quod

Deo, & mundo odiosi sunt. Abline a litibus, & minues peccata.

CAPUT VII.

De quibus rebus decimæ, tum personales, tum prædiales, quæque tempore, & sic solvi debent.

I. Quæst. I. De quibus iuris solvende sint decimæ personales? Resp. Vi iuris communis de omnibus lucris, & proventibus per industriam acquiritis decimæ solvi debent. Ita omnes tum Canonice, tum Theologi. Iura clara sunt. Cap. Transmissa de decim. xxiii. h. t. Fidelis homo de omnibus que licite acquirere potest, decimæ erogare tenetur. Cap. Tua nobis, xxvi. De censuris omnino proventibus decimæ sunt reddendæ. Cum concordantiis. De vine, grano, fructibus arborum, perovibus, negotiatione, de ipsa etiam militaria, de venatione, & de omnibus decimæ sunt ministris Ecclesie tribuendæ. Item de proventibus molendinorum, piscinarum, feno, de negotiis, & artificibus. Quare vi iuris communis omnes mercatores de lucris negotiationis acquiritis, omnes milites, doctores, advocati, iudices, lectores de suis proventibus, omnes piscatores de præda per piscationem comparata, omnes venatores de venatione, omnes artifices de fructibus suarum artium, omnes famuli, & famule de mercede acquisita decimæ solvere tenentur ministris Ecclesie. Sententia communissima.

II. Quæst. II. An decimæ solvende sint de rebus illicitè acquiritis? Respondet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 2. ad 2. Dicendum, quod aliqua male acquirantur dissipentur. Uno modo, quia ipsa acquisita illicita; puta que acquirantur per rapinam, aut furtum, aut usuram: que homo tenetur restituere, non autem de eis decimæ dari. Tamen, si aliquis ager sit capax de usura, de fructu eius tenetur usurarum decimæ dare. . . . Quædam vero dicuntur male acquisita, quia acquiruntur ex turpi causa; sicut de meretricio, & hisionati, & aliis huiusmodi: quia non tenentur restituere. Unde de talibus tenentur decimæ dare secundum modum aliarum personarum decimarum. Tamen Ecclesia non debet eas recipere, quoniam sunt in peccato, ne videatur consensu peccatis communicare; sed postquam peccatum fuerit, possunt ab eis de his recipi decimæ.

III. Quæst. III. An recentia decimæ personales non solum vi iuris communis, sed etiam

iam ex usu, & consuetudine, qua nunc obsolescunt solvenda sint? Resp. Decimæ, quæ iuxta omnes vi iuris communis debentur, usæ, & consuetudine omnes abrogatæ sunt. Nullibi enim, quantum scire licet, solvantur, ut fatetur communiter Auctores; & quilibet suæ regionis testis est, quod decimæ non perlovi. Hinc concludit D. Thomas loco laudato ad 1. In vasa lege tenentur homines ad decimæ personales, secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum. Quare, si in aliqua civitate, vel parochia fundi non essent, ex quibus decimæ perlovi possent, uti est Venetiis, decimæ personales solvenda forent, seu fideles aliqua via ministris suis alimenta, quæ iure naturali & divino eis debentur, illis tribuere adstringerentur. Res est manifesta.

IV. Quæst. IV. De quibus rebus decimæ prædiales, seu reales solvenda sint? Resp. Vi iuris communis debentur decimæ Ecclesiis de omnibus, & singulis fructibus qui ex terra seu præditiis tum communibus, tum novalibus producantur: de tritico, hordeo, omnique alia segete, de palea sive integra, sive comminuta, de feno, de omnibus fructibus arborum, de foliis mororum, de nucibus, castaneis, de oleo, feni olivis, de olivibus, & leguminibus. Excipit tamen quoddam fructus minus D. Thomas loco citato ad 3. qui, inquit, nec in veteri lege determinatum fuit ut de huiusmodi minoribus rebus decimæ dentur. . . . Unde & nunc de huiusmodi minoribus rebus non tenentur homines decimæ dare, nisi forte propter consuetudinem patriæ. Decimæ quoque debentur de patens, prati, delano, canape, de variis fodinis, argenti fodinis, & de proventibus domorum, cibonorum, molendinorum. In his omnibus consuetudo patriæ consuetudo attendenda est. Nam certum est quod hodie non solvantur ubique decimæ de omnibus recentibus fructibus.

V. Quæst. V. An decimæ solvende sint de fructibus, antequam deducatur expensa facta, vel tributa, & vectigalia, ac operariorum præcia? Respondet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 2. ad 4. Debentur autem decimæ de fructibus terra, in quantum proveniunt ex terreno munere. Et ideo decimæ non dantur sub tributu, nec etiam sunt obnoxie mercedi operariorum. Et ideo non debent prius deduci tributa, & pretium operariorum, quam solvantur decimæ; sed ante omnia debent decimæ solvi ex integris fructibus. D. Thomas accedunt omnes Canonice, & Theologi, qui pariter allerunt, nec detrahendum esse

femen, puta tritici, hordei; etiam si quantitas fructus, seu mellis, non excederet quantitatem illius grani quod leminatum fuit. Quare coloni partiarum non possunt ante decimarum solutionem expensas deducere; sed primum ex fructibus in unum cumulati conspectis decimæ extrahi debent; & postea divisio faciendæ inter dominum & colonum. Licita tamen est via illa consuetudo, qua agricolæ ante fructuum decimationem elargiuntur elemosinam ex cumulo tritici, vini, aliorumque fructuum. Insuper licita quoque esset consuetudo, si introducta fuisset, extrahendi prius semen terræ mandatum, deinde decimæ; quodquid in oppositum dicit Sotus Lib. IX. de ius. & iur. quæst. iv. artic. 2. Consuetudo enim vim habet potissimum in circumstantiis decimarum, ut supra dictum est: quia quantitas iuris est ecclesiastica.

VI. Quæst. VI. De quibus fructibus, qui dicuntur mixti, solvenda sint decimæ, qui pariter debent animalium, ut de bobus, capris, & ovibus, de quibus cap. Omnes xvii. quæst. vii. dicitur: Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt: quicquid decimum venerit, sanctificatum Domino. De pullis quoque camelorum, equorum, almonum, pecorum, de lana pecorum, de lacte, & calce decimæ danda sunt. Item ex pullis & ovis gallinarum, & anserum, ex melle, & cera decimæ solvi debent. Fetus animalium non statim ac nati sunt, sed solum quando sine matre vivere possunt, dandi sunt in decimam. Lana pulli, vitæ oves, butyrum, & calces in sine collectionis decimæ.

VII. Quæst. VII. Quo tempore solvenda sint decimæ prædiales? Resp. Statim ac collecti sunt fructus, decimæ solvi debent; ut expressè habetur in cap. Cum homines de decimis. Mandatum quatenus eos cogat, ut decimam, statim fructibus collectis, persolvant, atque de subsaratis, & recentis dignam satisfactionem exhibere precurent. Peccant igitur qui tardius quam par est decimarum solutionem differunt. Non tamen absolute demandi sint peccati mortalis, ut ait Leonardus tract. vi. dispu. xv. quæst. xxxv. ubi nimis precipitauerit resolvit, peccare mortaliter eos qui differunt solvere decimas ultra tempus consuetum; & de peccato mortali intelligendum esse Glossam ad cap. Cum homines. Neque enim dilatio quoque culpam inducit mortalem. Ex circumstantialiariam itaque varietate culpe gravitas colligenda erit. Peccant quoque qui deteriore fructum par-

tum in decimas persolvunt: & si detrimentum sit grave, peccatum erit mortale contra iustitiam; & consequenter debitum erit restitutionis faciendæ. Nec tamen tenetur tribuere meliores fructus; sed bona fide ex cumulo manipulorum frumentis, vini, &c. prout res se se offerunt, decerpere fructum quantitate pro pendendis decimis.

VIII. Quæst. VIII. An parochiani tenentur solvere decimæ, antequam eas parochiani petant? Resp. teneri parochianos solvere decimæ, etiam si Parochus illas non petat: quia uniuersique reddere alteri tenetur quod eius est, etiam illo non petente. Nec enim Ecclesia precipit ut fideles requisiti decimas solvant; sed absolute solutionem precipit decimarum. Contrariam sententiam defendit Grassus Part. II. cap. xxvii. numer. 15. citaque professe Thomam, & Antoninum. Sed salto, cum ex eorum doctrina aperissime colligatur oppositum. Solum enim docet Angelicus, quod fideles non peccent, si decimas solvere omittent; ubi committendo non esset solvendi decimas: peccarent vero, si adeo obliuati essent, ut Ecclesia etiam precipiente, decimas solvere recusatent: quia Ecclesia auctoritate habet abrogandi consuetudinem non solvendi decimas, & consuetudo contra, repugnat Ecclesie, non præscribit. Ideo, si fideles Ecclesie precipienti obedire detraherent, culpam gravem committerent. Id, & non amplius docet Angelicus 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 1. ad 5. Et Landy Doctoris verba. Nec tamen sunt in statu damnationis qui non solvant in illis locis in quibus Ecclesia non petat; nisi forte propter obliuionem animi, habentes voluntatem solvendi: etiam si de eis petatur. Hinc tenentur, tanquam animis laxatis, hanc propositionem, quam docet Van-eipen Part. II. tit. xxxiii. cap. ixi. numer. 25. pag. 521. Immo, cum decimæ quotiens ex fructibus singulis annis recentibus debeantur; si uno anno petita non fuerint, sequitur anno duplice prius inqueant; immo pro anno illo quo petita non fuerint, remissa habentur. Hac opinio improbabilis est, & laxa. Nam præceptum est absolute; & parochiani absolute decimas debent, iure quodam naturali, & divino secundum substantiam, ut aiunt; iure vero ecclesiastico secundum quantitatem definitam ab Ecclesia. Aliterque autem debitorem non adstringi, nisi requiritur, ad debiti solutionem, si iustitiam non esse longiore opus habet impugnatione.

IX. Quæst. IX. Quo in loco solvenda sint decimæ? Resp. Iuxta commune nihil, ad hoc quod

quod attinet, determinavit. Non pauci Canonice docent, decimas deferendas esse a parochianis in domum, sive ad horrea, vel Ecclesias ruralium. Alii sentiunt solvendas esse in agro, sive in loco in quo fructus manant, solummodo debent esse parochianorum monendi Parochiam, ut deferri ceteras decimas ad locum destinatum. Sic docent Suarez Tom. I. de Rehg. mat. 11. Lib. I. cap. xxxvii. numer. 7. & Leander tract. 19. disp. vi. quæst. xxxviii. & alii plures. Sed in hoc stantim est contestandi, quia sane in his regionibus contraria obtinet, & ut mea presertim opinio, rationabilior est, ac ipsi præcepto magis consonanea. Nam, ut ipsemet Suarez adverte citato loco numer. 1. præceptum in veteri lege erat offerre decimas: Exod. xxxi. Debent ergo hæc esse offerre decimas. Quibus? Ministris Ecclesie. Verbum autem offerre essentialiter includit deferre: qui enim offerre victimam sacerdoti, nisi eam deferat. Quomodo namque offerre quis potest aliquid, si illud non deferat, vel non habeat prædens. Si inique fideles viciniam præcepti tenent offerre alimenta congrua ministris suis, profecto eadem illis præferant, seu deferre adtinguntur. Id suadere videtur ratio, cui consuetudo pluribus saltem in locis consonantia est. Si tamen alicubi contrarius vigeat usus, cum nihil, ut dictum est, in uideretur sit, illi standum est. Illud tamen contentum advertunt Auctores, non posse parochianos recondere, vi iuris, fructus sine contenta Parochorum. Stipendium ex reg. 39. iuris in 6. Quod unus tangit, ab omnibus debet approbari. Sed etiam in hoc standum est consuetudini, quæ contraria est: frequentior liquidum usus est, quo ex cumulo fructuum decimæ decernantur, postquam in horrea sint delata frumentum, vinum, & ceteræ fruges, quantum mensuræ vis lupulanti possunt, nulli in horreo.

X. Quæst. X. An decima prædialis, seu redditus solvenda sint illi parochia in cuius territorio prædialia reperiuntur? Respondet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. artic. 3. ad 2. Decima personalem debetur Ecclesie in cuius parochia homo habitat; decima vero prædialis rationalibiter magis videtur pertinere ad Ecclesiam in cuius terminis prædialia sita sunt.

XI. Quæst. XI. An decima animalium solvenda sint parochia in cuius territorio paucuntur, & fetus pariant; licet domini habitent in alia parochia, vel, si bieme in una, æstate in altera habitent, sint inter utraque parochias dividenda? Respondet. Etiam huic quæstio respondet D. Thomas hoc citat. his

verbis. Pastor autem qui diversis temporibus in duabus parochiis gregem pascit, debet proportionaliter utrique Ecclesie decimas solvere: & quia ex passis fructus gregis proveniunt, magis debetur decima gregis Ecclesie in cuius territorio grex poscitur, quam illi in cuius territorio grex locatur. Hanc doctrinam D. Thomas communiter subribitur & Theologi, & Canonice. Ex qua doctrina Theologi, id etiam quod uno ore asserunt Theologi, nimirum, si oves in una parochia pascantur, in altera necant noctu, & dormiant, decimæ debentur illi parochia in qua pascuntur; quamvis opportum doceat Suarez loc. cit. cap. xxi. numer. 10. scilicet decimas esse in tali casu dividendas. Sed D. Thomas doctrina rationabilior est: quoniam fetus gregis potissimum ex partibus, & agris proveniunt: usque cum agri & pascua decernantur oneri subiciantur; potius illi Ecclesie in qua pascua sita sunt, decimæ gregis exolveri debent. Quare, etiam si domus ovium domicilium habeat in una parochia, & grex per interitum annum pascetur in altera parochia, huic, & non illi, decimæ debeantur. Decimæ vero non debentur Ecclesie per quantum territorium oves transiunt pascantur. Decimæ quoque de fructibus apum debentur illi parochia, in cuius territorio sunt apes, hoc domus in altera habitat: quia tales decimæ sunt prædiales. Cera enim, & mel ex herbarum floribus proveniunt. Verum & in hoc consuetudo servanda.

CAPUT VIII

De culpa, & penis non solvendum decimarum de variis modis quibus decimæ defraudantur possunt: & de iustis quibus obligatio decimarum auferri valet.

I. Solutio decimarum, quatenus alii minus, sicut Ecclesie, est actus iustitiae; punit vero solutio hæc contumaciam, tanquam oblatio decimarum Deo facta in recognitionem supremi dominii, est actus religionis; quemadmodum docet Angelicus sepius citata quæst. lxxxvii. Ex quo consequitur, defraudatorem decimarum peccatum committere & iniustitiae, & sacrilegii: quia peccat contra iustitiam, & religionem.

II. Quæst. I. An late sint aliquæ penæ contra defraudatores decimarum? Resp. Coarta non solventes, aut impediendo decimarum solutionem lata est pena excommunicationis: quam ipso facto incurrit, docet Rebuffus c. ult. numer. 15. de decim. Sed hæc opinio fallit, ut

est, ut aperte colligitur ex cap. Statuimus xv. q. 1. & clarum ex Tridentino sess. xvi. c. xix. de refo. ubi hæc habetur: Qui decimas aut subtrahunt, aut impediant, excommunicantur; nec de hoc crimine, nisi plena restitutione facta, absolvantur. Excommunicationi ergo subdiciuntur sunt qui decimas exolvere recusant; nequaquam vero sunt ipso facto excommunicati. Quare præmittenda admonitio est, antequam excommunicationi infligatur. Hinc etiam penam contumacia præire debet, ut communitur Auctores docent. Si Parochus debitum remittat alicui solvendi decimas; si nec culpam, nec excommunicationem incurrit. Qui, dum confitetur, imponitur vere est ad decimas solvendas, absolvi debet; etiam si sua culpa in hanc se coniecit importanter: quia Tridentinum non absolvendo eas declarat illos qui passunt, noluntque propriam implere debitum. Ad excommunicationem vero evitandam non sufficit aliquo decimarum partem tribuere; sed integre decimæ reddende sunt. Privandi quoque sunt ecclesiastica sepultura qui contumaciter resistunt defraudatas decimas renuunt; propterea statuit in cap. Prohibemus de decimis, hic verbis. Prohibemus ne late decimas cum animarum suarum periculo decimantes in alias laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & Ecclesie non reddiderit, Christiana sepultura privetur. Hanc tamen penam procedere debet excommunicatio repta iniusta. Excommunicationi tandem obnoxii sunt Religiosi, qui decimas ad ipsos non pertinentes recipiunt, vel occupant, usurpantque. Idque habetur expresse in Clementina de decimis, Ex Clement. Capientes de penis. Suspenduntur quoque penam incurtere Religiosi Confessarii, qui penitentibus suis, in solutione decimarum refractariis, nullam conscientie scrupulum iniungunt, docet Suarez Tom. I. de Rehg. mat. 11. Lib. I. cap. xxxviii. numer. 3. quæst. primæ colligit ex Clem. c. penites. Ut tamen huic penæ obnoxii sint Confessarii, non sufficit quæcumque negligentia; sed gravis requiritur malitia. Quod dictum est de non solventibus decimas, idem dicendum de impediendis solutionem.

III. Quæst. II. An qui fructus non decimatos furatur, tenentur ad restituendum Ecclesie decimas non decimatum? Resp. Certum est cum ad restitutionem teneri; quia decima pars talium fructuum pertinet ad Ecclesiam. Quare servi, famuli, filii, qui ex fructibus non decimatis magnam quantitatem furantur, decimam restituere debent, sub mortali quidem, si quantitas gravis fuerit; Con. Theol. Tom. V.

Sub veniali vero, si quantitas parva exciterit. Satis tamen est, si fructus omnes domino restituant. Immo ipsi propria auctoritate nequeant novem partes restituere domino, decimam vero Ecclesie: quia de aliena re solvere ipsi decimas non debent. Dominus vero de fructibus, facto vel rapina sublati, antequam illos recuperet, decimas solvere non adtingitur, ut docet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 2. ad 4. De his que facte, vel rapina tolluntur, hæc a quo auferantur, decimas solvere non tenentur, antequam recuperent, nisi propter negligentiam, vel culpam suam damnata incurrent: quia ex hoc Ecclesie non debet damnificari. Qui ex hoc Ecclesie non debet damnificari, qui spicas post meliores colligunt, earundem decimas solvere non tenentur; secus dicendum de illis qui ante messem spicas furantur.

IV. Quæst. III. An emptor, qui fructus non decimatos emit, tenetur solvere decimas? Resp. Emptor potest vel bona, vel mala fide tales fructus emere. Si advertat fructus non esse decimatos, & non habeat intentionem solvendi decimas, quia solvere debebat venditor, est emptor male fidei, & peccat; teneturque ad restitutionem, tam ratione iniustitiae acceptationis, tum ratione rei acceptæ. Si vero emptor bona fide emit, putans venditorem sine scilicet debito persolvendi decimas; nullatenus habeat fundamentum suspicandi oppositum, tunc nullo modo peccat; sed ratione rei acceptæ ad restitutionem decimarum Ecclesie faciendam tenetur, servatis sibi iure adversus venditorem. Quare Ecclesia habet actionem adversus tum venditorem, tum emptorem. Ita D. Thomas loco proxime laudato his verbis: Si vero venditor triticum non decimatum, postquam Ecclesie decimas exigere & abemptore, quia habet rem Ecclesie debitam, & a venditore, quia quantum est de se Ecclesiam defraudavit. Uno tamen solvente, alius non tenetur.

V. Quæst. IV. An combustores, seu defensores segietis & fructus, adorsive succulentas, tenentur ad fructus decimas Ecclesie restituere? Resp. Calypsalus Tom. II. tractat. 3. punct. 2. numer. 9. hæc docet propositionem: Quarto inferatur, impediendum a ventilatione, & pascatione, aut segietis aliorum transisse combustionem, aut damnificationem, non tenentur Ecclesie restituere decimam partem illarum: quia Ecclesie solon debentur decimæ de fructibus collectis, & perceptis, non de colligendis. Hæc propositio nimis laxa mihi videtur. Nam ex ea consequitur, latronem furatum fructus, triticum nempe, vinum, aliaque segietis, antequam colligantur, non teneri ad decimarum

marum restitutionem: quod Theologorum nemo concessit. Vana nimirum est ratio qua assignatur, nimirum quod decime debeantur de fructibus collectis: quoniam, antequam colligantur, decima pars neque supparatur, neque reddi potest. Etiam coloni soli de fructibus collectis portiones frumentum, vini, aliarumque segetum dominis suis solvant. Qui ergo fructus illos ante collectionem destruant, comburant, vel surantur, ad restitutionem non tenentur: Id profecto maxime absurdum est. Tenetur ergo iniuste comburens, delivens, & furans, fructus segetesque ad compensandum & dominum & Ecclesiam, quia tunc dominum, tum Ecclesia damnum grave, & reale subierunt. Ergo qui damnum intulit, illud rescire debet. Ita continenter Theologi cum D. Thoma: ex eius doctrina, numeris precedentibus relata, evidenter erunt preteris relati. Qui in bello iniuste segetes, arboresque succidunt, quia id necessarium indicant ad victoriam, & bellandum cum hoste, ad restitutionem, seu compensationem decimarum non tenentur; sed dicendum, si dicta combustio nullo modo necessaria foret ad bellum expedire peragendum.

VI. Quæst. V. An parochianus qui proprias segetes, vineas, & aliosque fructus ante collectionem comburit, vel fructus collectos sua culpa perire sinit, teneatur pro destructis decimas Ecclesie satisfacere? Resp. Bonacina dicitur, unica quæst. v. punct. 3. non. it. hæc scribit: *Adiuvit aliqui Doctores, cum qui iniuste segetes comburit, aut convulsiones, vel arbores succidit, etiamsi fuerit dominus agrorum, teneatur ad restitutionem decimarum, quia salutare fuisset. Nam consecuta causa effectus huius damni Ecclesie, qua habet ius exigendi decimas.*

Ego vero probabilissimus existimo, non teneri, quia dominus agrorum non tenetur solvere decimas agri ex fructibus quos sua culpa non collegit, ergo neque tenetur, si segetes combussisset, antequam fructus colligeret. Præterea qui inopie aliquid iniuste, ne ferax, aut pices capiat, quorum decima solvenda fuisset, non tenetur ad restitutionem: ergo neque tenetur qui segetes nondum collectas combussit. Non modo probabilis, sed, quod mirari fatum non subit, prohibitor Bonacine est hæc sua opinio. Contra mihi improbabili, & laxa videtur. Aliud est quod quis non teneatur agros colere, ut decimas solvat. Hoc & nos concedimus. Nec S. Thomas laudata 9. lxxxvii. art. 2. contrarium docuit, ut falso ei imponit Bonacina loco citato sub initium numeri;

sed solum docet sententiam contrariam laxæ opinioni Bonacine, ut mox videbimus. Aliud vero est quod de productis fructibus, qui ad messem tendunt, inique eidem proximi, decime non debeantur. Urque solvi non debent fructus, antequam colligantur, sicuti neque dominus colonos solvere eos vel debet, vel potest ante collectionem. Decime prediales, ut dictum est, sunt omne reale agris affixum. Fructus cum tali onere nascuntur. Qui illos vel rapit, vel destruit, damnum inferit Ecclesie, quam privat fructibus illi debitis. Argumentatio Bonacine a decimis personalibus ad decimas prediales inopie est. *Qui impedit aliquem iniuste ne ferax, aut pices capiat . . . non tenetur restitutionem: ergo neque tenetur, qui segetes nondum collectas combussit.* Decime de veneratione, & picatione personales sunt, que tunc non solvantur. Anne pices, & ferax omne reale decimarum, quemadmodum predialibus, adnexum est? Præterquamquod, ad paritatem qualem saltem speciem similitudinis præferret, sic efformari deberet. Sicut qui impedit aliquem, ne pices capiat, non est obnoxius restitutioni; ita neque qui impedit aliam, ne terram arce, occidet, colatque, ad restituendum tenetur. Et forte tunc probabilis foret illatio ob impedimentum magis remotum. Vel alio modo, & magis directo, paritas instituerenda fuisset. Qui impedit aliam ne terras arce, non tenetur ad restitutionem: ergo neque qui impedit, ne fructus iam maturus, ne segetem abeam ad messem colligat, tenetur ad restitutionem. Quo quid absurdum dici possit, non video. Ius habet Ecclesia supra fructus, & segetes agrorum, seu prediorum; sed de his disponere nequit, neque actum exerceat super illas, antequam colligantur, sicuti nec dominus prediorum ante fructuum collectionem ad decimas solvendas adstringitur. Qui ergo ledit hoc ius Ecclesie, qui eam privat proximo actu iuris, qui denique illi fructus fructus ad quos ius habet, grave et infertur damnum: ergo ad compensationem obstringitur. Neque limitatio, quam addit Bonacina, iustitiam fere laxentur temporat. Subdit namque, se non obligare ad restitutionem comburentem segetes, nisi segetes, seu fructus arborum in eis essent iam in tractu debentur Ecclesie ad decimas. Quia iuxta eius doctrinam non aliud significat hæc limitatio, nisi quod, si quis comburentem agrum iam excussit, vel manipulos traxerit area, teneatur ad restitutionem. Quippe solum in hoc statu fructus apti sunt ut Ec-

clesie tradantur: quia solum post collectionem decime reipia solvi debent. Ceterum, si dominus frumentum iam messe proximum ad suam pravam iniquitatem volentem comburens, cum ad decimarum restitutionem non teneri, relati Bonacina; illeque probabilissimus iudicat. Mihi vero improbabile videtur. Et hæc nostram sententiam commanissime docent Theologi, Suarez Tom. I. de Relig. tract. 11. Lib. I. cap. xxxvi. num. 17. Covarruvias part. 11. 9. 8. num. 18. Villucius tract. xxvii. cap. xi. quæst. viii. num. 246. Trullench. Lib. III. in Decalog. cap. 111. dub. 2. Raphael de la Torre in 2. 2. quæst. lxxxvii. disp. 3. Sed sufficit unus pro omnibus D. Thomas, contra quem decretorie Bonacina loco laudato relolvit his verbis: *Respondet non teneri . . . contra sanctillum Thomam.* Et, quod magis festivum est, nec verbum habet S. Thomas de ea quam Bonacina veritat questione. Siquidem Bonacina relolvit, non teneri ad restitutionem decimarum agrorum qui sua negligentia agrum non colit; de qua nihil fatuit D. Thomas, qui loco citato a Bonacina, nempe 2. 2. quæst. lxxxvii. art. 2. ad 4. solum asserit, dominum qui sua culpabili negligentia a latrone auferri permittit fructus iam productos, ad eam compensationem teneri. En verba Angelici. *Ille a quo auferuntur (fructus) decimas solvere non tenetur, antequam recuperet, nisi forte propter negligentiam, vel negligiam suam damnum incurrit.* Hæc, & non amplius habet Angelicus loco citato. Et hæc apostolicam doctrinam, fructibus collectis applicatam, excipiunt commaniter Theologi, Suarez, Glossa, Alesius, Rebutius, Fagnandez, Trullench, Felicius, Leander; quin & ipse Bonacina, qui immerito pro sua priori opinione, modo a nobis impugnata, allegat Lessium, & Molinam, qui solum loquuntur de fructibus in bello combustis. Sed de hoc pluraquam satis.

VII. Quæst. VI. An dominus qui voluit colligere fructus iam maturus, qui ex illius negligentiam graviter culpabilis portetur, teneatur ad restitutionem decime dependens? Resp. Suarez Tom. I. de Relig. Lib. I. cap. lxxxvi. num. 20. in eam pendit opinionem que propugnata hæc ad restitutionem non teneri: quam sententiam descendunt Villucius, Gualtopolus, Bonacina, & Trullench. Sed contraria sententia, que clare deducitur ex D. Thome doctrina, mihi probabilior est, quam defendit Sotus, de iustit. et nr. Lib. IX. quæst. iv. art. 2. Leander tract. vi. disp. 11. quæst. xviii. Contraria

sententia patroni ex eo decipiuntur, quod tenent, præceptum Ecclesie non extendendum ad decimas collectas: quod iuxta ipsorum doctrinam falsissimum est. Enervetur & ipsi quidem docent, decimas prediales esse omne reale quod ipsi prædium, quocumque devolvantur, adheret, ita ut, si prædia semel decimis subiecta in dominium deveniunt Regularium, vi iuris communis obnoxia sint decimarum solutioni: quia, inquit Suarez cum aliis, decima predialis est omne reale prædium, & agris affixum. Quo posito tamquam certo, his efformo rationem. Hoc omne, hoc debentur, decimarum prædium adnexum, cui potestati, cui iuri subicitur? Aliter enim iuri subicitur oportet. Quandoquidem debitor, & creditor duo sunt, quorum unus sine altero non consistit. Quis repugnat dari decimam, nisi detur ille qui ius habeat illud exigendi. Omnis ergo laicus debitor decimarum est aliter iuri, & potestati subiectum. Hoc ius, hæc potestas in sola Ecclesia parochiali residet. Ergo Ecclesia ius habet in fructus prediorum, antequam colligantur. Quia omnia competentissima sunt. Verum porro est quod ius illud Ecclesia executioni mandare non potest, nisi post fructuum collectionem: neque dominus agrorum decimas solvere tenetur, immo neque solvere ante collectionem: quia decima pars decipi non valet ex aliis prædium, nisi detur tumulus illarum partium. Hoc autem haberi non potest, nisi fructibus collectis. Quam ob causam dicitur, fideles non adstringi ad solvendas decimas, nisi de collectis fructibus, non de colligendis. Cum in eo evidens sit Ecclesiam iure potiri in fructus colligendos; consequitur, dominum qui sua negligentia graviter culpabilis fructus illos perire sinit, et quod non opportuno tempore eisdem colligere, damnum inferre Ecclesie, illiusque ius ledere. Ergo ad rescindendum hoc letum ius tenetur.

VIII. Quæst. VII. An qui voluit colere agros, vel qui agros, aut vineas in domos convertunt, teneatur ad compensationem decimarum? Resp. Communis opinio est negativa quoad utramque partem: quia præceptum solvendi decimas nulli modo extenditur ad cogendos fideles, ut agros colant, sed solum ut de agris prædiorum fructus respondentibus decimas pendant. In fundis quoque vinearum, & agrorum dominos adhibere possunt: quia dominus pro libito uti re sua valet. Et hæc clara sunt quam ut longiore egeat discussione.

IX. Quæst. VIII. An Parochi valent pro-
p. 4

Eccliesie cathedralis esset Parochus alius Sacerdos, huic decime deberentur. Secundus casus est, quando prædia non sunt alicui parochie determinate assignæ. Hæc prædia tunc censentur sub iurisdictione Episcopi, & deo ex prætatis prædiis decime luvende sunt. Tertio, quando parochia in diocesi distincta non sunt, sed tota diocesis una est parochia, cuius Parochus est ipse Episcopus, vel eum Episcopo decime debentur. Quarto tandem, quando Eccliesie episcopalis, seu cathedralis decime titula vel donationibus, vel consuetudine, live quocumque alio iure, debite sunt, Episcopo solvendo. Ita Avonius Lib. VII. Inq. Mor. cap. xxx. quæst. ix. illumque optime sub hoc capite citat Barbosa quæst. 32. Quare errat Leander tral. in sup. viii. quæst. 111. ubi citat Avonium lib. cap. xxvi. & corrigi Barbosa, citantem Avonium eundem lib. cap. xxx. Passim solum criterium Auctor ille exerceat in his generis, & quæstionibus, ac passim decimas.

V. Quæst. III. An Parochia dividitur, vel prædictis vicibus decime solvi debent? Resp. Parochia, quantum dividitur, decime solvenda sunt: quoniam non ratione, sed intuitu personarum, live divitum, live pauperum, decime penduntur; sed ratione spiritualium ministrorum. Quis dixerit, Regi diviti, & opulento tributum solvenda non esse, aut reddenda non esse debita creditorum, pecunioso 2. Parochia quoque male moratis decime debentur eadem ratione, quod scilicet non ad meritum, vel virtutem personæ, sed propter officium, & curam spirituales a Domino præcipiantur. Iam sub istum dissertationis divites, damnatum fuisse in Concilio Constantiensi sess. xlv. Wicleff errorem, essentibus liberum esse fidelibus denegare Sacerdotibus mali decimas. Quod etiam veritatum fuit in cap. Tua nobis, de decim. Prætexta vero nequitia Clericorum nequunt eas, hoc est decimas, nisi quoniam ex mandato circum debentur, pro suo arbitrio erogare, cum nulli sit sicutum aliena cuique concedere proter animi voluntatem.

VI. Quæst. IV. An Canonici, Clerici beneficiati habitantibus, & Regularibus qui curam parochiam exercent, decime solvenda sunt? Resp. Omnes præfati ius habent ad decimas exigendas: quæ sicut, facta divisione parochiarum, Parochus quique ius habet percipiendi decimas in sua parochia, ius percipiendi facta relictum in plura beneficia, quibus Beneficiatus ius habet, & titulum exigendi decimas que affixæ sunt proprio beneficio. Idque manifeste habetur in cap.

Ex parte de decim. Anima vertendum tamen est, solis Parochia, seu curam animarum exercentibus, ex iustitia decimas debentur; ceteris autem ex præcepto mere Ecclesiæ. Hinc, si Regularis parochialem Ecclesiam administrat, illis, tamquam veri Parochia, decime debite sunt. Quandoquidem neque Clerici simpliciter, neque Regularibus ratione sacrorum ordinum decime debentur; sed tantum ratione ministerii spiritualis, live potestæ hoc spirituale ministerium exercenti Clerici, live Regulares, idem ius æquuntur, live propterea quod lecturis, & primis decimas solvenda sunt.

VII. Quæst. V. An laici aliquibus decime solvi debent? Resp. Iam super dictum est, laicos ineptos prioris esse ad decimatum ius, quod spirituale est, in ministerio sacrali solvendo. Solum laici percipere possunt decimas, vel ratione spiritualium ministrorum, Pontificis, vel ratione alicuius contractus, quo minister ecclesiasticus ad tempus locare valent ius facultatem, seu potestatem exigendi decimas sibi debitas. Que potestatis, utpote fundata in contractu, live locationis, vel venditionis, non spiritualis, sed temporalis est. Manifestum autem est posse ministros Ecclesiæ locare laicis potestatem exigendi decimas, ut habetur in cap. Vella. Duceptatorum Episcoporum statuto contrario non obstat, vestram decimarum potestatem illis libere locare potestis, cum quibus Ecclesiæ vestra constitutione potestatis facere meliores: ita tamen, quod huiusmodi locatio ad festum, vel ad octavam non locetur. Tempus autem infra quod ecclesiasticis ministris decimarum exactionem locare queunt, est triennium: ut decrevit Paulus II. in Extratragenti Ambrosia, de rebus ecclies. non alienand. Hæc omnia pressè, & distinctè docet Angelicus 2. 2. q. lxxvii. art. 2. & 3. videlicet & solis Clerici ratione ministerii ius decimarum competere, & laicis facultatem eadem exigendi concedi posse. Ratione inquit art. 2. solutionis decimarum est debitum quo seminantibus spiritualiter debentur carnalia. Deinde libidè art. 3. ius illud solis Clerici ministris Ecclesiæ convenit, in quantum confessantur illud debitum quo ministris solvitur debentur semper de ministris, & quo seminantibus spiritualiter debentur carnalia: quod ad solis Clericos pertinet habentes curam animarum; & ideo eis solis competit hoc ius habere. Res autem que nomine decimarum dantur, corporales sunt. Unde possunt in usum quæcumlibet edere, & sic possunt etiam ad laicos pervenire. Tandem

dem in responsione ad tertium concludit. Sicut res nomine decime acceptas potest Ecclesiæ alieni laico tradere, ita etiam potest eis concedere, ut dantur decimas ipsi accipiant, ite accipiendi ministris Ecclesiæ referunt, si ve pro necessitate Ecclesiæ, sunt quibusdam ministris decime debentur in fructum per Ecclesiæ concessis, live etiam ad subventionem pauperum, sunt quibusdam Religiosis laicis, vel non habitantibus curam animarum aliquæ decime sunt concessa per modum elemosynæ. Quibusdam ratione Religiosis competi accipere decimas et eo quod habeat curam animarum.

VIII. In ceteris huius dissertationis pauca adiciam, quibus & fideles pii excitentur ad decimas luvendas, & refractarii terrentur; & tandem ipsi Ecclesiæ ministris decimarum exactores permoneantur ad eandem distributionem lacundum pijs fidelium voluntatibus. Atque in primis ampla sunt premia que fidelibus, decimas Ecclesiæ ministris animo hilaro ac devoto, largaque manu offerentibus, Deus etiam in hoc mundo retribuit. II. Paralip. xxxi. vers. 8. Cumque ingressi essent Eccliesiam, & principes eius, viderunt acervos, & benedixitque Dominus, ac populo Israël. Interrogavitque Eccliesiam Sacerdotes, & Levitas, cur ita taceretis acervi. Respondit illi Azarias Sacerdos... dicens: Ex quo offerri ceperunt primitie in domo Domini, comestimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima, ex quibus benedixit Dominus populo suo. Reliquarum videri cepit est illis, quam tertio. Propterea iustus Eccliesiam, ac preparavit heredes in domo Domini: quod non fecerunt, impleverunt tunc primitias, quam decimas, & quocumque viderunt, fideliter. Malachias quoque Propheta benedictiones carissis quibus fideles decimas offerentes Deus replere solet, sic enumerat. Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea: & præbium me super eos, dicit Dominus: si non aperueris oculos tuos, & consideraveris benedictionem usque ad abundantiam, & intempta sit vobis devotio, & non contempet fructum terra vestra: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatus vobis dicens: quæ gentes: erit enim terra desolata, dicit Dominus exercituum. Cap. iii. vers. 10. & seq. Contra vero dira, & atrocis supplicia illis minatur.

Deus qui decimas offerre recusat. Hoc colligitur quod non accipit Christus, inquit Augustinus, & habetur in esp. Maiore xii. quæst. vii. & additur ex eodem Augustino, Iude videlicet erant qui sperare solent, & alios, quos non sperant, si iustas decimas, & integros sacrificios. Neque excusantur fideles a debito decimarum, vel iniquam ministrorum distributionem, vel pravum usum, ut essentibus Wicleffis. Sed debent Deo, & Ecclesiæ mandatis parere, memores, quod, live boni, live iniqui sint ministri, non ab illis, sed a Deo premia sunt percipuri: quemadmodum contra Deo ministris severissimas penas debent, si contra fideliem, si pauperum victum, si Christi patrimonium in usus profanos prodigunt. Peccant utique fideles decimarum solutionem constitentes, sed gravius peccant ministri Dei, quoniam eisdem decimas abutuntur, quos non cequant. Enimvero inquit B. Petrus Damianus Lib. II. epist. xvi. ut optiores in pauperes alimenta proficiant, dantur in monasteriis, & ceteris decime. Epistola 2. hæc addit. Quædam regales epistole, quotidie apparant, quotidie nuptiale convivium. Et, unde refrigerare debuerant indicantes, reventium tabularum retroam gestatores. Anne proinde mirandum, si populi, cum videant tam iniquam decimarum distributionem, omni industria se subducere ab eorum solutione studeant, si in murmura lapsus erumpant, si adversus manifestos ac obvios abusus inclament? Quid mirum, si ministros, nimis severitate decimas exigentes, improbitur, evanescant, & frequentius maiorem auctoritatem impertit decimarum exactoribus quam ab ipso sacri avaris decimis distribuis? Excusatio obvia ministrorum Ecclesiæ est, se iuramento obstrictos esse ad Ecclesiæ live iura facta tute custodienda ab omnibus præiudiciis. Hunc polent proteritum contuderet, si exactas decimas, non in usus profanos, non in luxum, delicias, & opparia convivia; sed in pauperum levationem, & in Ecclesiæ ornatum converterent. Ipsi sint fideles decimarum dispensatores; & populi, non iustitiam penis atacti, sed religionis spiritu ducti, & caritatis, qua ardere Pastores suos aspexerint, exemplo permoti, hilari animo decimarum tributum extolvent.

DISSERTATIO II.

DE PRIMITIIS, ET OBLATIONIBUS.

CAPUT I.

Quid sint primitiæ: qua iure debita olim in lege natura, & scripta fuerint: & que iure in lege gratiæ delectantur: & an iure sui contrariæ consuetudine abrogatæ.

Multiplex est primitiarum significatio. Prima est que temporis quadam initia prodit: qua de causâ Apostoli dicuntur primitiæ spiritus ad Rom. viii. vers. 13. *Non ipsi primitiæ spiritus habentes: quia ipsi primi fuerunt sancti Spiritus gratia repleti; primitiæ Christi partes interserunt.* Secundo dignitatem quamdam præfert, & peculiaritatem bonitatem; qua in acceptatione reselectæ, & selectiores; quamvis non sint primi, nuncupantur primitiæ. De primitiis in hoc sensu acceptis nullus nobis in hac dissertatione sermo erit. Primitiæ, de quibus in præsentia, sunt primi fructus agrorum, & arborum, qui Deo offeruntur. De his primitiis loquitur D. Thomas 2. 2. *quisl. lxxxvi.* in quatuor articulis tribus: quorum tres primi sunt de oblationibus; quartus de primitiis; & cum D. Thoma communiter Theologi, & Canonice loquuntur.

II. Primitiæ a decimis distinguuntur, quod decime immediate in ministrum Ecclesiæ sustentationem, & pauperum subsidium exhibentur; primitiæ vero in gratitudinis argumentum Deo pro acceptis beneficiis per se offeruntur, quamvis postea in ministrorum usum convertantur. Insuper decima, ut vox ipsa præfert, designat fructuum partem ex parte; primitiæ vero non aliquam partem, sed aliquid de primis fructibus quo terra gignit, & significat.

III. Omnes fere gentes, naturali perfuse lumine, Deo frugum aliquid offerre in more habuerunt. Caini, & Abels oblationes ex communi opinione, & testimonio Scripturæ cap. iv. *Genes.* fuerunt primitiæ de primogeniis agrestis, & optimis terræ fructibus. Atheniensis iuvenes erant primitiæ, cum ex ephebis excellentissimæ, inquit Alexander ab Alexandro *Lib. V. dier. Gen.*

Apollini consecrabant. Romani, teste Plinio *Lib. XV. cap. 11.* nihil de terræ fructibus sullabant, priuilegium novarum frugum Sacerdotibus primitiis obtulissent. Tamen ante legem scriptam præceptum nullum fuit naturale diuinum, quod primos terræ fructus Deo offerendos prescriberet. Est quidem, inquit D. Thomas, iuri naturali consentaneum ut Deo, tanquam supremo Creatori, aliquid ex productis fructibus offeratur, at quod ejusmodi oblatio sit de primis terræ fructibus, aut quod in tanta quantitate, vel talibus personis detur, fuit in lege scripta iure diuino, & in lege gratiæ iure ecclesiastico definitum. Ita docet Angelicus citata questione lxxxvi. artic. 4. *Pertinet autem ad ius naturale ut homo ex rebus sibi datis a Deo aliquid exhibeat ad eius honorem; sed quod talibus personis exhibeatur, aut de primis fructibus, aut in tali quantitate; hoc quidem fuit in veteri lege iure diuino determinatum; in noua autem lege desinit per determinationem Ecclesiæ, ex qua homines obligantur, ut primitiis soluant secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum Ecclesiæ.* Dum Angelicus asserit, ad ius naturale pertinere quod homo aliquid Deo offerat de terræ fructibus, non intendit inuicem aliquid præceptum iuris naturalis, quod hæc sint oblationem iubeat; sed eo illa verba præferant, ut expriment, summopere notare consentaneum esse, atque eidem iustum, ut Deus non modo mente, corde, lingua, & ceteris animæ facultatibus, corporaliq; membris, verum externis etiam rebus colatur.

IV. In lege veteri fuisse præceptum a Deo impostum filiis Israël de primitiarum oblatione aperta sunt Scripturæ testimonio. Exod. xlii. vers. 20. *De primitiis tuis, & primitiis tuas non tardabis reddere.* Et cap. xliii. vers. 19. *Primitias frugum terræ tuæ deseres in domum Domini Dei tui.* Et Num. xviii. vers. 8. *Loquutus est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum.* Et vers. 12. *Primitias tuis dedit, & filius tuus, & filius tuus iure perpetuo: qui mundus est in homo tuus, & vesceat eis. Omnem medullam olei, & vini, & acumen*

ni, quicquid offerant primitiarum Domino, dedit tibi. Et Deuter. xii. vers. 6. *Et offeretis in loco holocaustis, & victimis vestras, decimas, & primitiis manuum vestrarum.*

V. Barbosa *Lib. III. de iure Eccles. non vers. cap. xv.* in eam propendit sententiam que adstruit, primitiis consilio tantum, non præcepto, Deum hominibus præscripsisse. Quod evincere contendit illo textu Exod. xxxv. vers. 1. *Loquere filiis Israël, ut tollant primitiis: ab homine, qui offeret ut voluntas, accipietis eas.* At in hoc textu Deum loqui de tributis, seu elemosinis, quas populus ultroneus in fabricam Tabernaculi consecrabit, evincunt verba que in vers. 3. proxime sequenti habentur. *Hæc autem sunt que accipere debetis: aurum, & argentum, & et, hyacinthum, & purpuram, coccumque bis trictum, & pikes caprarum.* Ex quibus verbis colligitur, sermonem hoc in capite minime esse de primitiis terræ quas Deus in gratiarum actionem, & in sui supremi domini significationem sibi offerri expresso præcepto tulit. Nec solum de omnibus terræ fructibus, sed etiam de fructibus arborum populus linæticus primitiis Deo offerre adstruitur erat. Quantitas primitiarum non fuit in lege veteri definita ulque ad Ezechielem Prophetam, qui propter avaritiam Sacerdotum quantitatem primitiarum determinavit cap. xlv. his verbis: *Hæc sunt primitiæ quas tolletis, sextam partem ephi de eoo frumenti, & sextam partem ephi de eoo hordei: mensura quoque olei, batas olei decima pars eori est, & decem bati eorum facient, quia decem bati implent eorum; & ardetur unum de grege inventorum, que nati sunt Israël.* Animadvertit D. Thomas loco citato in responsione ad tertium, quod in lege non fuit determinata quantitas oblationis: quia, cum primitiæ speciem præferant oblationis, consentaneum est ut quantitas eorumdem arbitrio relinquatur offerentis. At quia avara Sacerdotum cupiditas præter modum populi sanguinem emungebat, idcirco ad eorum coercentiam avaritiam Ezechiel primitiarum quantum determinavit. Quadruplex erat primitiarum genus in veteri lege. Primum offeriebatur primitiæ speciarum ad huc virentium secundo die azymorum, iuxta illud Leviticus ii. vers. 14. *Si autem obtuleris manus primarum (non primarum, ut scribit Leander emendator Suarez, & Corneli, qui scripserunt primitiarum) frugum tuarum Domino de specie adhuc virentium, turrebis igni, & confinges in mucronem faris, & sic offeres primitias tuas Domino.*

Deinde offeriebatur primitiæ panis ex novo tritico in Pentecole, ut habetur Leviticus xxiii. vers. 15. *Numerabis ego ab altero die Sabbati, in quo obtulisti manubulum primitiarum, septem hebdomadas plenas. . . . ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis simile fermentate, quos coquetis in primitiis Domini.* Tum de panibus, quos lingulis hebdomadibus consecrabit, Deo primitiis offerentibus Hebræi, ut colligitur ex Lib. Num. c. xv. vers. 20. *Sicut de arenis primitiis separatis, ita & de palmentis deditis primitiis Domino: de palmentis, id est de panibus.* Quarto tandem offerentibus primitiis in fella Tabernaculorum ex omnibus fructibus. Exod. xxviii. vers. 16. *Et solemnitate missæ primitiarum operis tui, quocumque seminaveris in agro, & solemnitate quoque in exitu vestri, quando congregaveris omnes fruges tuas de agro. Abundantes primitiis Deo offerentibus Hebræi; non solum ob illam rationem universalem, omnibusque communem, ut scilicet Deum primum confique mellis, & fructuum terre autorem conferentur, sed etiam ut contententer liberationis ab Ægyptiaca servitute, & acquisitionis terræ promissæ memoriam recolerent, atque Deo pro tot tantique beneficiis aliquid grati animi argumentum exhiberent. Hæc omnia indicantur Deuter. xxvi. *Curus tuos interieris terram quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, & obtuleris tunc, argus habitaveris in ea; dederit de cunctis fructibus tuis primitiis, & poples eas in cartallo, persequat ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit, ut ibi invocetur nomen eius: accedatque ad Sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dicat ad eum: Preficor hodie coram Domino Deo tuo, quod ingressus sum in terram pro qua iuravit patribus nostris ut daret eam nobis. Suscipisne hæc Sacerdos ecclesiæ de manu tua, & ponet ante altare Domini Dei tui. . . . Adisti nos de Ægypto in manu forti, & in brachio extenso, in ingenti dolore, in signis atque portentis: & introdisti ad locum istum, & tradidisti nobis terram lacte, & melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ, quam Dominus dedit mihi. Et diviseris eas in conspectu Domini Dei tui, & aderato Domino Deo tuo.**

VI. In lege gratiæ primitiæ non sunt iure divino, led tantum ecclesiastico debite. D. Thomas non negat (ut fallit ei impostum Leander tract. vi. disp. xi. *quisl. xx.*) primitiæ esse vi præcepti ecclesiastici in lege nova tollende. Quam expresse adducit cano-

nem Ex parte de decimis xvi. *quæst.* vii. ad evincendum, eas in novo fœdere esse præscriptas. Deinde concludit, in lege veteri iure divino, & in lege gratiæ Ecclesiæ auctoritate primitias esse a fidelibus pendendas; ut ex eius verbis hoc capite *num. 3.* relatis constat. Fallitur quoque Bonacina, dum asserit *disp. ult. de præcept. Eccl. p. 1.* *ultim. num. 2.* nullum esse asseri posse in lege gratiæ, quo obligentur fideles ad primitias solvendas. Nam obligentur fideles ad primitias solvendas. Nam communiter cum Theologis, tum Canonice tenentur, institutum reipsa fuisse in Ecclesiæ hoc præceptum. Communis quoque est sententia, ipsa experientia manifestè confirmata, ubique fere obsoletum, & abrogatum esse eiusmodi præceptum. Et hac ratione verum est fideles nunc non obligari ad primitias solvendas. Ideo circa longiore huius rei discussione abstinere. Id dumtaxat adiciam, fideles, qui frugum suarum primitias Deo offerre negligunt, ingratiitudinis notam non evadere. Præceptum positivum contraria consuetudine abrogatum est; ad delectus non est naturalis ille inhiectus, qui inima voce prædicat debitum illud altissimi pendendi, congruunt tributum Deo supremo rerum omnium largitori. Quod & nunc p. fideles, maxime pauperes (quorum est regnum Dei) fructum, tractantque omnium primitias Deo offerunt.

CAPUT II.

De oblationibus. Quid sint oblationes: unde iure sint impostæ: a quibus solvenda: & quibus debeantur.

Oblatio in sua generali acceptio est, cuiusque rei spontanea largitio, quæ homini facta donatio dicitur, Deo dicata oblatio nuncupatur: quia Deo nihil datur, aliquid de suo offerre illi postquam. Hæc oblatio ad Deum relata comprehendit sacrificium, decimas, primitias, cæque res omnes quas fideles sponte in divinum cultum conferunt. Si rei oblate in Dei cultum, & honorum conferuntur, sacrificium appellatur. Si vero quod offeritur in divinum cultum, in ministrorum cedit sustentationem, decimæ, & primitiæ appellantur. Si res denique offerunt, non v. alicuius præcepti, vel legi, sed libere, licet in sustentationem ministrorum cedat, absolute oblatio dicitur. Sic docet Angelicus Doctor 2. 2. *quæst.* lxxvii. ar. 1. *Nomen oblationis commune est ad omnes res que in cultum Dei exhibentur, ita quod si aliquid exhibetur in cultum divinum, quasi in aliquod*

sacrum, quod inde fieri debeat, consumendum, & oblatio est, & sacrificium... Si vero sic exhibetur, ut integrum maneat divini cultui deputandum, vel in usum ministrorum expendendum, erit oblatio, & non sacrificium. Porro oblatio, de qua in present, distinguitur & a sacrificio, quod consumitur in divinum cultum; & a decimis, ac primitiis, que in singulos annos vi præcepti debentur. Hæc autem spontanea est, & libera, atque utilitas, que in dies fieri potest. Quapropter describi solet, quod sit donatio bonorum, qua fideles religionis intuitu ad altare, aut in alio Ecclesiæ loco, aut extra Ecclesiam ad imaginem miraculosam sponte offerunt, ut vel Ecclesiæ, vel ministrorum usui inservantur. Res que in Missa offeruntur, primario nomen oblationis retinent. Quare etiam vulgo appellatur offerria. Secundario oblationis nomen habent res que extra Ecclesiam, vel in Ecclesiâ offeruntur pro purificatione mulierum, pro desponsationibus, alicuique Pastoris functionibus, vel ad aliquam imaginem &c. Solet diligenti triplici alia oblationum species. Prima est donatio rei facta Deo, vel Ecclesiæ inter vivos. Secunda est donatio causa mortis; & solet mortuarium appellari. Tertia est usualis rerum rerum quas, ut diximus, fideles ad altare, vel ad manum Sacerdotis communitur offerre solent.

II. In lege veteri præceptum extabat istarum oblationum, ut colligitur ex Lib. Exod. cap. xxxiii. Non apparebit in conspectu meo advena. Id ipsum præcipitur Num. vii. 21. Dixitque Dominus ad Moysen: Singuli dures per singulos dies afferant munera in dedicationem altaris. Neque de hoc difficultas est inter Auctores. Postquam in questionem vertitur, num in lege gratiæ datur aliquid tale præceptum ecclesiasticum. Sed communissima sententia est, nullum de oblationibus, in ultimo sensu a nobis explicati, dari in lege nova præceptum. Ita docet D. Thomas loco citato. Huiusmodi ergo oblationes de iurisdictione habent quod voluntarie offeruntur, secundum illud Exod. xxv. Ab homine qui offert voluntatem, accipietis eas. Præterea nullum in sacris canonibus reperitur mandatum quod cogat fideles ad oblationes exhibendas.

III. Obicij solent varij iuris textus: ut can. *Omnis Christianus*, dist. 1. de cont. lxxv. *Omnis Christianus procuret ad Missarum solemniam aliquid Deo offerre, & dicere ad memoriam quod Deus Moysi dicit:* Non apparebit in conspectu meo vacuus. Etiam in colle-

collectis SS. PP. liquido apparet quod omnes Christiani offerre aliquid Deo ex usu SS. PP. debent. Can. *Statutus* 55. *caus.* xvii. *can.* *Quia Sacerdotes*, *caus.* x. *quæst.* 1. Respon- que canones intelligendos esse in hypotheli quod ministri Ecclesiæ unde viverent, non haberent; vel facta positione quod fideles loco consuetudine se ad habes oblationes obligassent.

IV. Tametsi oblationes sint libera, animadvertit nihilominus D. Thomas citata *quæst.* lxxvii. *articul.* 1. eas multiplici ratione fieri debitas posse. Primo, inquit, ex præcedenti conventioni; sicut cum alicui conceditur aliquis fundus Ecclesiæ, ut veteris temporibus certas oblationes faciat; quod tamen habet rationem census. Secundo propter precedentem donationem, sive promissionem; sicut cum aliquis offert donationem inter vivos, vel cum religio in testamento Ecclesiæ aliquid rem committit, vel innumera in posterum solvenda. Tertio modo propter Ecclesiæ necessitatem; puta, si ministri Ecclesiæ non haberent unde sustentarentur. Quarto propter consuetudinem; tenent enim fideles in aliquibus solemnitatibus ad aliquas oblationes consuetas. Tamen in his duobus ultimis casibus remanet oblatio quoddammodo voluntaria, scilicet quantum ad quantitatem, vel speciem rei oblata.

V. Ex hac D. Thomæ doctrina evidenter apparet responso data ad laudatos canones. Quod spectat ad tertiam rationem, quam promittit Angelicus, iam sepius dictum est ex eodem Angelico alimera ministris Ecclesiæ iure naturali, & divino deberi; quoniam causam decimæ postissimam, & primitivæ deputatæ sunt in ministrorum sustentationem. Si vero ministri Ecclesiæ has decimas, sive quæ ecclesiasticis proventus, a fidelium liberalitate proficentes, in usus profanos prodigerent; vel si a superioribus aliis personis iniuste applicarentur, vel ad arbitrium dilapidarentur: tunc fideles obnoxii minime forent aliarum decimarum, sive oblationum oneri. Si ministri Ecclesiæ tunc congrua sustentatione defraudarentur, non ex fidelium culpa, sed ex iniuria bonorum ecclesiasticorum distributione id ortum duceret. Immo in similibus eventibus fideles non debent solvere decimas alij personis, a ministris Ecclesiæ applicatas; sed omnes redditus retinere; ut ego quidem sentio, possent, præter id quod rectè foret ad honestam necessariumque ministrorum, seu Sacerdotum suorum sustentationem. Quod tamen ut præstari licite posset,

deberet esse evidens, publica, & manifesta ministrorum Ecclesiæ indigentia. Nemo enim privata auctoritate in dubia causa, immo nec in certa & manifesta, quando necessitas vice sustentandæ non urget, quidquam in rebus a superiore statutis agere, minime, vel debet potest.

VI. Circa quartam rationem, sua Angelicus asserit, consuetudine quoadquæ, nempe in magnis solemnitatibus, oblationes a fidelibus deberi, gravem controversiam sufficitur Theologi non pauci, & Canonistæ. Nam Barbola Lib. III. de iure Eccl. cap. xxxiii. *numer.* 11. Azorius Lib. VII. cap. vii. *quæst.* xi. Hostiensis, Covarravius, Gutierrez, alique Canonistæ præsumunt, obtinere consuetudinem obligantem fideles ad oblationes. Sed communior, & vera sententia oppositum defendit. Nam licet communitur fideles in magnis solemnitatibus, & alicubi singulis dominicis, aut bis in mense, solent Sacerdoti, seu Pastori inter Missarum solemniam aliquid offerre; tamen fundamentum nullum ad id afferendi, consuetudinem hanc inveniam a fidelibus fuisse cum animo se obligandi. Immo contrarium manifestè colligitur tum ex ipsius oblationis natura, quæ spontanea esse debet; tum ex ipso inimo fidelium sensu. Nemo liquidem religionis sibi verit, dum eiusmodi oblationes, etiam in magnis solemnitatibus, omittit. Neque Parochi, aut Episcopi cogere fideles solent ad eiusmodi oblationes. Ergo illius legitime, liberæ eas esse, nullaque sive lege, sive consuetudine debitas.

VII. Quod si alicubi consuetudinem, temporis longo firmatam, & animo se obligandi introductissem populi dubio procul observanda foret, ob rationes quæ obvias, quod nimirum consuetudo legitime introducta, non per modum cuiusdam spontaneæ devotionis, sed per modum legis obligantis servari debet, non secus ac lex quilibet: quo in sensu loquitur D. Thomas in laudata auctoritate. Quamquam vero consuetudo isthæc ad culpam non obligaret; monendi tamen fideles essent ne a tam pio, & laudabili usu desisterent; sed suadendi ut in eodem perseverarent.

VIII. Oblationes quæ a fidelibus fiunt, solum Parochio debentur, sive in Ecclesiâ, sive extra Ecclesiam offeruntur. Et ratio iam sepius indicata est, quod nempe ipsi Parochi sit ius, parochianis sacramenta ministrare, & omnino cadavera sepelire. Hinc oblationes factæ in Ecclesiâ cathedrali debentur.

tor Archiepiscopus, seu Parochus, non Episcopus; nisi Episcopus simul Parochus foret. Deinde etiam oblationes factæ facris imaginibus, in facellis extantibus, pertinent ad Parochum illius parochie, in qua imagines, vel facella, reperitur sita. Item, si imago per quam Deus patrie miracula dignaretur, depicta foret in pariete alicuius domus, oblationes factæ ad Parochum pertinerent. Excipe casum in quo offerentes velient domino talis domus expresse suas oblationes conferre; puta ad sublevandam illius ecclesiam. Nec audiendus est Trullench, qui *Lib. III. Decal. cap. 111. dub. 3. num. 5. neque* potest concedere Episcopum ut domino domus fiant eiusmodi oblationes. Hoc enim absolute ullo fundamento asseritur. Immo Episcopum impedire minime potest, quin facies pauperibus illius domus elemosinas elargiantur; quando alia momenta non obstant. Quid enim frequentius in Scriptura inculcatur quam pauperum levamen? Si itaque fideles velent expresse suas oblationes pauperum titulo domino parietis cui imago miraculosa inhæret, elargiri, non video cur Episcopus id prohibere possit. Mos potius obrinere applicandi eiusmodi oblationes, quando abundantes sunt, ad extruendam Ecclesiam, in qua imago collocanda sit. Passim enim similes imagines, que in muris sunt depictæ, cum contingit Deum in illis, seu per illas manifestare omnipotentem suam miraculorum patratione, in Ecclesiis transferri solent. Semper tamen insubtili quod dixerimus, nimirum omnes oblationes factas, siue intra, siue extra Ecclesiam, iure communi debent Parochi in cuius Parochia facta sunt; et tamen fiant in aliqua capella, in qua distincta beneficia erecta forent: quia licet Capellanus sui habeat nisi preventus sui beneficii; nullum tamen ius habet in oblatione que a fidelibus sunt etiam in præfata capella. Si tamen fideles oblationes suas in ornatu capellæ, vel imaginis convertere velent; Parochus obitare nequiret, nec exigere quidquam posset. Quæ hæcenus diximus, secundum ius commune vera sunt. Ceterum hodie consuetudo fere universalis obtinet oblationes factas extra altare esse illius capellæ, aut facelli in quibus sunt sacra imagines, & sunt oblationes, quæ communiter cedunt in ornatum, & conservationem imaginum & sacellorum: quoniam sic volunt fideles qui munera offerunt.

IX. Oblationes factas in Ecclesiis Regularium, Parochis debent, defendit Trullench

Lib. III. Decal. cap. 111. dub. 13. num. 9. quia ius commune, inquit ille, sic decernit: & allegat translationem factam super oblationibus eiusmodi inter Archiepiscopum Valentinum & Regulares eadem civitatis. Ad dit tamen, nisi Regulares Pontificum privilegii sint exempti; & nisi Regulares habeant titulum legitimæ prescriptionis. Contrarium sententiam propagant Canonizæ, & Theologi communiter: quoniam expresse definitum est, oblationes factas in Ecclesiis Regularium ad ipsos Regulares pertinere in cap. *1. de statu Monach.* ubi hæc prescribitur: *Archiepiscopo Neapolitano. Alica Monasterio tu, nec Presbyteri tui præter diligentiam disciplinæ aliquid molestie infereris: aut si quid illis pro deteriorum devotione accesserit, eorum vendicte asstinetur: cum Monachis tuis serventibus debeat proficere, quicquid a fidelibus taliter offerri contigerit.* Eadem habetur in cap. *Nonis iniqua* de excellentibus Prælatorum, *Quidquid etiam eis, dum celebrant Missarum solemniam, intra domosum intram amittunt, pia fidelium devotione donatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contententes.* Item Bonifacius IX. Fratris Prædicatoribus concessit privilegium, quo confirmavit facultatem recipiendi oblationes factas in eorum Ecclesiis; & sub excommunicatione ipso factis incurrenda Parochis prohibuit ne ullo pacto eas oblationes impediunt, vel præfatos Religiosos molestia adherent. Hoc ipsum declaratæ sacra Congregatio Concilii in *Carolis, in Lun. & Sarcam. Oblationum & Februar. 1727. ubi Bar. de offic. & potest. Paroch. cap. xxxv. num. 20. & in postea. apostolic. decisio. Collectio. 530. numer. 2.*

X. D. Thomas conceptis verbis hæc sententiam docet. *2. 2. quest. lxxxvi. artic. 2. ad 2. Moachi, siue alii Religiosi possunt oblationes recipere tripliciter. Uno modo sunt pauperes per dispensationem Sacerdotis, vel ordinationem Ecclesie. Alio modo, si sint ministri altaris: & tunc possunt accipere oblationes sponte oblatas. Tertio modo si parochi sint eorum: & tunc ex debito possunt accipere oblationes, tamquam Ecclesie Rectores.* Fundamenta autem Trullench lapsis communit. Quoniam verum est iure communi ad Parochum oblationes pertinere; nisi ipsum Parochum oblationes designet aliquis alius præter Parochum, qui valeant fidelium oblationes accipere. Porro Regulares vi iuris communis facultate potiuntur accipiendi in suis Ecclesiis a fidelibus oblationes: quam facultatem

tatem novis privilegiis Romani Pontificis Regularibus confirmantur. Itaque tum iure communi, tum virtute privilegiorum Regulares possunt retinere oblationes que sunt fidelibus, seu confraternitatibus alicuius imaginis, aliorumque Sanctorum existentibus in Ecclesiis Regularium ipsorum; nihilque ex illis Parochi debetur. Regulares enim iura Ecclesiarum sunt veri Parochi, & Rectores. Quapropter ius veluti parochiale in suis habent Ecclesiis, quemadmodum Parochi in laicis; tamen non eam habeant quam Parochi iurisdictionem supra fideles. Verum tamen est oblationes que fiunt in capellis, & facellis Regularium, ut plurimum cedere in ornatum, & beneficium earundem capellarum; sic Regularibus ipsis una cum fidelibus in tam pium religionumque opus consentientibus. Laici nullum ius habent vel habere possunt recipiendi oblationes, quia ius illud spirituale est. Et habetur aperte in cap. *Peroneus xvii. quest. vii. & cap. 1. quest. 1. Hæc consuetudinem, quæ contra sententiam Ecclesiam catholicam exigi videtur, omnino interdiximus, ut nullo unquam modo, ulla tempore, oblationes que intra sanctam Ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur; sed sicut antequam Sacerdotibus dentur. Neque consuetudo etiam longissimi temporis illis suffragari potest, eo quod non sint talis iuris capaces. Si Episcopus Missam celebrat in Ecclesiis Regularium, oblationes, non Episcopo, nec Parochi, sed Regularibus debentur: quia licet in *Canon. de presb. Episcopus* permittatur facultas celebrandi in Ecclesiis Regularium, nisi tamen de oblationibus immutatur: quapropter illandum est iuri communi, iuxta illud: *Omnia remaneant in dispositio- ne iuris communis.* Item, si oblationes fiant a feminis puerperis, filiorum suorum Domino præsentantibus, candelarum, altarumque rerum in Ecclesiis Regularium, ad hos, non ad Parochos, spectant.*

XI. Non convenit inter Anglos, an introduci valeat consuetudo ut aliquo die, v. g. in festo Purificationis B. Virginis Mariæ, Clerici tribuant laicis aliquod munus, ut ceræc albos, aut rubeos, vel quid simile. Negant Sylvester verb. *Decim. numer. 7. Gutierrez, & alii.* Oppositum communiter sustinent Theologi, & Canonizæ. Distingendum mihi videtur: nam, facta vere distinctione, omnes simul conveniant, necesse est. Si sermo sit de consuetudine obli-

Conr. Theol. Tom. V.

gante Clericos, seu Ecclesiam, ut tributa laicis pendant Clerici de bonis Ecclesie; nemo vel Theologorum, vel Canoniarum id concellerit: quoniam hæc ratione Ecclesia laicis subiceretur: quod fieri nequit. Si politæ sermo sit de pia consuetudine, seu more, vel usû, quo Clerici id faciunt ad faciendum pietatis, & devotionis affectus in fidelium animis, & ut grati animi, seu affectus argumetur exhibeant, nullus, ut ego quidem arbitror, talem improbaretur consuetudinem. Hoc liquidem pacto, nullo modo Ecclesia laicis subicitur; sed tamquam mater pia, & liberalis filios suos hinc monachicis excitat ad ea que christiana lex præcipit, peraranda. Et repta mos iste in universa Italia obtinet; & quantum scire mihi licet, etiam in aliis Catholicorum regionibus.

scerit, loquar) est. Quod aliquando homines
octogennarii rationi experies fieri possunt ob
aliquam infirmitatem, quemadmodum &
sexagenarii, quinquagenarii, aut quadra-
genarii, nemo inhiat ierit. At quod æ-
tatis octogennaria lumen rationis extinguat,
vel ita obnuat, ut a præceptis Ecclesiæ,
tamto & a divinis legibus eisdem ætatis
senes absolvat, nemo inhiat ierit. Nec
Hostiensis a Narbona laudatus afferit,
octogennarios senes a confessionis præcepto,
sed a ieiunij lege solutos esse; quos expresse
adfirmat, confessionis lege eos teneri. In-

quit enim loco citato. Item confitendum
est tempore pueritæ. . . . Item & tempore
senectutis: in quo casu, si est in ætate
decepta, scilicet ultra senium iam processit,
post post hoc annos, alleviari debet ieiunij,
& quadrati orationibus. . . . Quid, si sit in
senes, quod omni discretione caritatis? Dic
sicut de populo & furioso. Hostiensis ergo
asserit, eos lenes duntaxat qui, ut iunio-
li, mentis lumen amittunt, levis non
gratum octoginta annorum rationis lumen
ita obnuat, ut auster debetur observandi
leges ecclesiasticas, & divinas, sicut de-
fendit Narbona. Cum itaque manifestissi-
ma experientia compertum, exploratumque
sit, lenes octogennarios, non modo rationis
ultra potiri, sed & prudentia, atque discre-
tione præditos communiter esse, plus mi-
nute, prout magis vel minus in virili era-
te ingenio abundantur: conquirerit, eodem
observatioem legis tum divinarum, tum
ecclesiasticæ subiectos esse; pigetque in re
certissima amplius immorari.

IV. Quæst. II. An senes post facta huius
annuæ confessionis præcepto absolvi sint? Resp.
Negant aliqui, nempe Ricardus in II. dist.
Negant alij, nempe Ricardus in II. dist.
art. 2. quæst. 4. ad 5. Navarrus de Ludo-
vicus de S. Iuvan. quæst. 4. de Conf. art. 6. dub.
2. quia cum Pontifex fit supra Concilium
Concilij lege non obstringitur. Quæ ratio
nulla est, quia, licet summus Pontifex fit
Concilio superior, non inde tamen inferatur
a legis obligatione cum liberum esse; sed
losum conquirerit eum subiectum non esse
potestati cogenti. Obligatur itaque summus
Pontifex legem, five in Concilio, five a se
extra Concilium latam, observare secundum
viam dirigentem, non per potestatem cogentem;
ut peroptime asserit S. Thomas 1. 2. quæst.
xxvi. art. 5. ad 3. Principi dicitur esse
solutus a legi, quantum ad vim cogentem
est. . . . Sed quantum ad vim directivam
legis Principi subditur legi propria voluntate,
secundum quod dicitur. . . . Patere legem,
quam ipse vult. D. Thomas sententiam
communiter defendunt Theologi, Suarez
disp. xxxvi. art. 1. sec. 2. numer. 6. Co-
varruvius in cap. Alia Mater, l. P. cap.
1. §. 5. Bonaccia Disp. 111. quæst. v. sec.
2. p. 107. 4. num. 4. Lugo disp. xv. numer.
142. Azorius Lib. VII. cap. XXX. Becanus
cap. xxxvi. de pen. quæst. 111. Valquez d.
xc. artic. 1. dub. 5. numer. 12. & alij plu-
tissimi.

V. Quæst.

V. Quæst. III. An præter præceptionem confessionem in cap. Utriusque sexus etc. deit alia lex qua obligat ad secretam peccatorum confessionem? Resp. Nullum aliud præceptum reperitur præter illud quod explicimus, obligans omnes fideles ad continentiam peccata pliquam semel in anno. Duo duntaxat dantur iura, quæ confessiones religiosorum perſonarum spectant. Primum est in Clementina 1. Ne in aget, ubi præcipitur ut Religiosi sancti Benedicli singulis mensibus confitentur. In controversiam vocant Theologi, num sit soli Religiosi præfata legi subſcribuntur qui conscientiam habent alicuius peccati mortalis, an vero etiam alii qui nonnulli venialium peccatorum rei sunt. Primum sententiam defendunt Soto in W. dist. xviii. quæst. 1. artic. 3. Paludanus dist. xvii. quæst. xi. artic. 4. Diana dist. VIII. tract. 1. resol. xvi. Leander tract. v. dist. xii. quæst. xlix. & alii apud eundem. Secundam propugnant Caietanus Tom. 1. epist. iii. v. quæst. 1. Canus reſol. de penit. part. v. Navarrus in cap. Placuit de penit. dist. vi. numer. 122. Layman tract. vi. capit. v. Nugens in addit. quæst. vi. artic. 5. dist. 7. Suarez dist. xxvii. facta 5. numer. 7. Valquez quæst. xv. artic. 2. dub. 3. Henricus Lib. 1. de penit. capit. xv. numer. 10. Grandæus tract. ii. dist. ix. numer. 21. Hanc secundam non probabiliter reputamus. Quoniam verisimile minime est Pontificem præsumpsisse Religiosis illo singulari mensibus peccatorum mortaliter. Sed legem tibi pro monastica disciplina reformatione, seu conservatione. Et licet pro christiana disciplina semel in anno Ecclesia demittit etia fidelibus confessionem peragendam; sic pro monastica disciplina semel singulari mensibus Monachos confiteri debere, Pontifex solenniter decrevit. Id autem discriminis intercedit, quod et cap. Utriusque sexus obligantur fideles directe ad mortaliu peccatorum confessionem; Monachi vero, qui statum perfectionis profectur, confiteri tenentur leves culpas, a quibus nemo mundus eximit, singulis mensibus. Quæ interpretatio consentanea est aliis plurimis statutis sacrorum Ordinum in quibus præcipitur ut Religiosi vel singulis hebdomadibus, vel bis in mente confitentur.

VI. Quæst. IV. An hæc lex Clementina obliget præfatos Monachos ad confessionem venialium sub mortali? Resp. Leander pro affirmante sententia recenset loco laudato quæst.

xlx. Canum reſol. de penit. part. v. Caietanum Tom. 1. epist. Suarez dist. xxvii. sec. 5. & alios. Canus conceptis verbis oppositum scribit, inquit, eam Clementinam obligare quidem Monachos ad mensuram confessionem venialium, non tamen sub mortali; ut patet ex pena subiecta, que non adeo gravis est. Idem sentit Caietanus. Et Suarez, quamquam asserat, colligendam non esse obligationis gravitatem ex gravitate peccæ, sed ex legis materia, quod verum est; non tamen statui legem hæc obligare sub mortali; sed concludit hoc pendere ex instituto, & consuetudine talis Religionis: quod etiam verisimile est. Quia neque ad mortalia verisimile vi præfata Clementine sub gravi peccato Monachos teneri, sed ad summum sub veniali, communis sententia docet. Et reipſa ex consuetudine Religionis Benedictinæ constitutio Clementina non obligat sub mortali; neque extenditur ad alias Religiones.

VII. Quæst. V. An aliud ius reperitur obligans Religiosos ad confessionem frequentem? Resp. Alterum ius indicatum est in Tridentino sess. xxv. cap. 2. de Regularibus, ubi admoventur Sanctimonialia, ut singulis mensibus ad penitentiae sacramentum accedant. Quod tamen lex absolute non est; sed gravis, & pia adhortatio. Admoventur, inquit Synodus, Sanctimonialia, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant.

VIII. Quæst. VI. Quomodo sint casus ad istius præcepti observantia excusantes? Resp. Plures occurrere causas possunt, quæ aliquos fideles excusant ab executione huius præcepti. Et in primis plañum est impositum physicam excusare, quando videlicet Confessarius, quacumque adhibita diligentia, haberi non possit. Quia non solum physica, sed etiam moralis impotentia excusare potest, ut quando nonnulli post longam iter Confessarius haberi nequeunt. Quando autem reputanda sit moralis impotentia, & quænam difficultas, quodvis iter sufficere ad continentiam mortalem impotentiam huiusmodi, communiter Auctores dicunt, id iudicio prudentis viri decernendum esse. Et hæc non una pro omnibus regula statui potest. Nam ite enius & alterius die excusabit hominem sanum, & roburatum, etiam si pedes, multo minus si equo insidens, illud peragere deberet: excusabit vero mulierem, puellam, hominemque debilem, alicuique similes. Quo

re iux-

re iuxta perſonarum diversitatem prudens Confessarius iudicium terre debet.

IX. Quæst. VII. An grave periculum fame, honoris, vel temporales detrimentis excuset ab istius præcepti observantia? Resp. Si tibi, vel alteri ex tua confessione imminere notabile datum honoris, vitæ, aut forniculæ salutis non obligat. Raro tamen id accidere potest. Advertendum hic est, quod si periculum foret in manifestatione unius, vel alterius peccati, secus in manifestatione aliorum, illa occultanda, hæc manifestanda forent, & dimidiata confessio esset peragenda, ut suffus suo loco dicitur. Si vero quis nulla mortalia, præter ea quorum manifestatio periculi plena esset, haberet; posse venialia confiteri iuxta ea que supra dicta sunt. Rerius animadvertas, velim, illud detrimentum fame, vel honoris, quod ut fabres apud Confessarium audientem crimina, in que præter opinionem quam de te conceperat, lapsus es, non te excusare ab observantia huius præcepti.

X. Quæst. VIII. An fidelis qui idiam ignorat Sacrosancti Confessarii tenetur per interpretem confiteri, ut implet præceptum omnia confessionis? Resp. Omnes Theologi docent, præceptum Ecclesie non obligare cum tanto rigore, ut quis debeat per interpretem confiteri. Idque evincunt ex ipso cap. Utriusque sexus, cuius sunt verba: Omnis fidelis tenetur solus confiteri peccata sua proprio Sacerdoti. Illud vocabulum solus interpretem excusabit. Difficultas solum penes Theologos est, an quis tenetur confiteri per interpretem, ut satisfaciatur præcepto de vino confessionis ultra mortis articulum, in articulo mortis. Et quo ad primum difficultatis partem, Sylvester verb. Confess. 1. quæst. xv. Archiepiscopus, & alii apud eundem. Xylivm sustinent, etiam extra mortis articulum teneri fideles ad confessionem per interpretem, ut divinum impleant præceptum. Leander tract. v. dist. vi. quæst. ix. laudat pro hæc sententia etiam Canum reſol. de penit. part. vi. ubi conceptis verbis oppositum docet: air enim: In reſiquis vero eventibus, etiam cum iuxta divinum confessio est in præcepto, excusare sine periculo possumus, neminem obligari ad confessionem peccatorum per interpretem. Communissima est Theologorum opinio, extra mortis articulum neminem unquam obligari ad confessionem per interpretem, etiam cum divinum confitentis

præceptum urgeat. Eam defendunt Caietanus verb. Confess. cond. xi. Soto dist. xxviii. quæ. ii. artic. 6. Petrus Soto lect. xi. Medina quæst. x. Valquez quæst. xci. art. 3. dub. 3. Bonacina dist. v. quæst. xv. lect. ii. punct. 2. §. 2. numer. 22. Hurtado dist. xviii. dist. 2. Diana, Villalobos, Layman, Palanus, Salvanicentis, & alii communiter. Contrariam sententiam docet S. Thomas in Supplement. quæst. xxi. artic. 3. ad 2. Dicoendum, quod in eo qui usum lingue non habet, sicut est mutus, vel qui est alterius lingue, sufficit quod per scriptum, aut per autum, aut per interpretem confiteatur: quia non excusatur ab homine pliquam possit; quancvis homo non possit, vel debeat baptismum accipere nisi in aqua, que est univo ab exteriori, & nobis ab alio exhibetur. Sed istius confessionis est ab intra, & a nobis. Et ideo, quando non possumus uno modo debeat, secundum quod possumus, confiteri. Allegit itaque Angelicus, quod non solum possumus, sed etiam quod debeamus meliori quo fieri potest, modo confiteri. Naque affectionem suam ad mortis articulum limitat; sed absolute loquitur. Nec propter illos aboluta doctrina applicanda est eventibus, prout rationabile videbitur. Rationi autem satis contentaneum apparet in gravi periculo vitæ, vel aliâ spirituali necessitate urgente, ut si per plures annos quis confiteri minime potuisset, & ex illa criminum multitudine pressus foret, medicinæ sacramentali summpere indigeret: rationi, inquam, contentaneum videtur, hunc Christianum debere, seu teneri, meliori quo potest modo confiteri, & consequenter etiam per interpretem confessionem peragere, ut animæ lux indigne verum vulneribus sanitate consistat, eamque pessime incolumitati restituat. Hic Christianus pro contritionem, inquit, animæ lux sanare non valet. Id fieri posse, quis ibi infidelis? Ad contritio illa, caritatis ardore vitans, necessaria ad culpam abolitionem, animæque sanctificationem eorum est peculiaris, ad quod assequendum difficillime peccatores perveniunt. Quæ de causa laudari Auctores attritionem, ex solo timore inferni conceptam, sufficere cum sacramento volunt. Summam difficultatem, non modo contritionis perfectæ, sed etiam imperfectæ, que actualem saltem incertam caritatem adiutam habeat, opponere non desistant. Cur nunc adeo faciliem hæc producat contritionem? Si enim secundum sacre Scripturæ regulas loquendum nobis est, Deus dona sua

illis

illis non imparator qui ea que viribus suis efficere possunt, reipia non prestant. Potest peccator per interpretem confiteri; licet cum non levi robore, & difficultate. Qua ergo ratione ab hac confessione liberandus est? Quia lex confessionis cum tanto incommodo non obligat? Ad hoc ipsum est quod vocatur in controversiam. S. Thomas aliter, legem confessionis ad id obligat; ratio quoque suadere videtur. Ceterum, quia maior pars Theologorum oppositum docet; & ex alia parte ratio valida non occurrat; ideo a certa sententia abstinemus; solumque consilium, standum esse Div. Thomæ doctrinæ, quam quisque sua salutis magnopere cupido executioni, ut ego quidem arbitror, occasione data, certo demandaret. Ut tamen quod sentio ipse, clarius dicam, ego a precepto annuæ confessionis exculatorem eam qui acquirit nisi per interpretem confiteri; minime vero exculatorem a divino precepto. Quare Sacerdotem celebratissimum, & in peccato mortali existentem, ad confessionem per interpretem obligarem. Rationem iam iam assignabo.

XI. Quid porro de Christiano peccatore in mortis articulo constituto dicendum? Ciceronem, Senecam, Gallopalum, Diacallum, Antonium a Spiritu sancto, Gabrielem a sancto Vincentio, Leander, Ledesma, & alii docent, neque morte imminente, vi precepti, sive ecclesiastici, sive divini, Christianum adhibendum esse ad confessionem per interpretem. Suarez *disp. xxxvi. sect. 8.* hanc opinionem vocat præcise problemam; atque quemquam raro posse eam sequi; oppositam vero speculativè veriorum, valdeque probabiliem appellat. Subdit postea, quemquam tum ex lege penitentis, ut Deo largiatur, tum ex debito caritatis, ut consilium sui salutis, ad talem confessionem per interpretem adhibeant. Quam sententiam duobus temperat regulis. Quam probabilem habet existimationem de sua vera contritione, excusati poterit ab obligatione consistendi per interpretem; quia talis confessio non videtur moraliter necessaria ad salutem. Si autem dubius foret de contritione sua, tunc teneretur confiteri etiam per interpretem; sed hoc in casu posset ea solum peccata confiteri que cum minori sua infamia manifestare valerent; neque enim integritas materialis confessionis necessaria esset. Ad integritatem materialem quod attinet, nulla est difficultas. Doctrinam Suarez adoptant etiam Salmanticenses *tract. vi. cap. vii. punct. 2. numer. 20. Et 21.*

XII. Tam sententia que statuit, non teneretur peccatorem, in mortis articulo constitutum, confiteri per interpretem, quam doctrina Suarez, nullo modo mihi probatur. Et ut a doctrina quam tradidit fori debito obsequio, ea mihi falsa videtur. Lex penitentis, & caritatis tenetur Christianus etiam per interpretem confiteri; absolvitur vero ab hac lege, si probabiliter putet se esse contritum? Etiam in mortis articulo; etiam in his que necessaria sunt absolute, & ut dicitur, necessitate mediæ, probabilitas suffragatur? Anne fieri potest ut homo, peccati mortalis conscius, salutem allequatur sine contritione vera, que reipia talis sit? Nemo hoc dixerit. Porro qui probabilem solum existimationem habet de sua contritione, reipia decipi potest. Nec contritio existimata, nec iudicium probabile de contritione ad justificationem sufficit; sed necessaria est contritio in re, & ut dicitur, in effecta. Nemo enim dixerit, posse quempiam per solum contritionem existimatum, absque sacramento, mortalium peccatorum lodes elinere. Probabile ergo iudicium de corda contrito in articulo mortis a debito confessionis absolvere nequit. Ex alia parte iudicium moraliter certum de eadem contritione difficillimum esse, in homine potissimum gravibus culpis obnoxio, nemo non videt. Consequitur ergo necessariam esse confessionem per interpretem in tali eventu. Et hæc dicta sunt contra probabilem contritionem, quam absque confessione per interpretem sufficere, Suarez, & alii potissimum docent.

XIII. Ut vero expendamus sententiam que proponitur, neque in mortis articulo vi precepti divini quempiam teneri ad confessionem per interpretem; teneri vero subditam legem caritatis erga se ipsum, quatenus quisque obligatur reconciliari Deo, ne periculo æternæ damnationis se se exponat; ut inquam, sententiam hanc expendamus, in primis quaerimus, quo fundamento asserant Auctores illi, preceptum divinum non obligare ad confessionem per interpretem; ad eam vero obligare legem caritatis erga seipsum. Fortale quia divina lex cum nostre salutis detrimento non obligat? Sed cur lex præcipit caritatis cum fame ejusdem detrimento obligat? Verum hæc obiter dicta sint; & ad id quod caput est, accedamus. Atque primum omnium candidè fateor, magis mihi ponderis esse auctoritatem tot Theologorum qui

qui negant, necessariam, esse confessionem per interpretem, sive vitæ tempore, ut impleatur preceptum divinum, sine in articulo mortis, modo supra explicato. Sed eadem innegitate fateor, rationem quam, ut id evincant, asserunt, mihi non probam, quam nimis valde exilium mihi vident. Nam ut ratio eorum ratio detrimento famæ, quod confessionem per interpretem consequitur, innoxia sit. Nihil enim aliud obiciunt, nisi quod lex divina non obligat cum detrimento famæ, honoris, aliorumque bonorum.

XIV. Preceptum divinum non obligare ad confessionem cum gravi detrimento, quod extrinsecus timetur, ipse concedo. Nego vero, necumque negabit omnis prudens, qui experientiam quotidianam consuluerit, tale detrimento occurrere in confessione per interpretem. Quod ut clarius constet, statuendum est tanquam extra aleam dispensationis positum, aliquid famæ detrimento subeundum esse in confessione, quocumque modo fiat, sive per interpretem, sive directe in aures Sacerdotis. Id solum discrimen est, quod, si Confessori proxima peccata pandatur, penes eum, si per interpretem manifestatur, penes duos, cuiusdam famæ ictura fit. Nam uterque sigillo obstringitur. Et quamquam Confessarius penarum quoque metus, & sacramentali vinculo eo obligatum habeat; nihilominus tamen etiam interpres gravissimo naturali sigillo ligatur; quod naturale sigillum tantam vim habet penes viros probos, quantum penes Confessarios sigillum sacrum; neque prudenter timeri potest interpretem re-revelaturum peccata que hæc via cognoverit. Præterquamquod peccatorum valde enorme, vel contra bonum publicum vel aliud simile, retineri tantis temporibus possent; neque enim necessariam asserimus in hoc casu integritatem confessionis materialem. Accedit quod mundus universus sciet Confessarium, fra & interpretem, qui peccata hic cognita prodere, tanquam infamiam, scelus, & sedisragum execraretur, atque terra marique exterminandum decerneret. Ex quibus colligitur, famæ detrimento, cui obnoxia est confessio per interpretem, non aliud esse nisi quod peccata, que aliqui debent esse nota uni, sint nota duobus. Hoc est totum illud damnum, hoc integrum detrimento, quod tanto verborum apparatu exaggeratur, amplificaturque. Hoc autem detrimento tantum minime est, ut a confessione per interpretem excusare, quemad-

modum ego quidem arbitror, valeat. Quoniam, admissio debito confessionis facienda Sacerdoti, parum refert quod uni, vel duobus peccata manifestentur. Quod ipsa immutata, & quotidiana experientia comprobant est. Nonne homines Confessarios palim perstruant, & modo uni, modo alteri confitentur? Hæc per confessionem manifestant uni Sacerdoti omnia peccata que memorie occurrunt; crassina die peccata obliu, quorumve recordantur, per reconciliationem, ut vocant, alteri Sacerdoti resulant. Nec in mentem illis venit quod famæ proprie icturam inducat hæc peccatorum horum manifestatio, duobus aut tribus Confessoribus facta. Quid plura? Aliquis in mortis articulo constitutus, aut etiam extra mortis periculum, ut impleatur divinum confessionis preceptum, confiteri sua peccata Sacerdoti. Hic viæ media confessione audita, repentina morte occumbit. Adhæc alter Confessor. Nonne huic manifestata sunt peccata omnia? Quin, si & ille, quemadmodum prius, e vivis decederet, tertio Confessorio manifestanda forent crimina eadem. Quod confirmatur in eo qui peccata reclusi reus est, quive a Superiori licentiam petere hand potest consistendi inferiori, quin duobus innoteat, nempe Episcopo, & Confessori; & tamen non precepta si ab onere consistendi liberatur. Et quamvis hæc licentia per Confessarium peti solet; nihilominus Confessarius ad id non tenetur, & libere hoc petitionis onus respouere valeat. Quia si absolute loquamur, intentio Ecclesie relevantis est ut præsentem ipse adeat Superiorem, & ita fieri deberet. Possent etiam penitens ipsi Superiori sua confiteri peccata, & Superior deberet eum audire. Sed passim propter occupationes, & negotia, analogæ causas, ad inferiores Confessarios illius restrictum. Tandem in mortis articulo quilibet Sacerdos potestatem habet absolvendi moribundum ad omnibus peccatis relevantis etiam Papæ, onere tamen imposito postea sistenti se Superiori pro obtemperanda absoluteione a censuris reservatis. Quod etiam fit sæpius extra mortis articulum, cum quis velit celebrare, vel Eucharistiam fumere debet. Ipsa ergo manifestata experientia constat, passim Christianos manifestare debos, & pluribus Confessariis sua crimina, que uni manifestanda essent. Quamquam libere sæpius faciant; atque quandoque occurrunt, & occurrere non infrequenter solent, in quibus necessa-

cessario tenentur pluribus Confessariis peccata sua pandere.

XV. Hæc fœsus disputata sunt, ut palam fiet, incommodum illud manifestandi duobus propria peccata, non esse, ætenta experientia, & communi estimatio- ne, adeo grave, ut exaltare possit a di- vino confessionis præcepto, potissimum in mortis articulo. Esi dubio procul aliqd incommodum confiteri per interpretem. Quis concedat, plus quiddam incommodi alteræ manifestationis peccati, interpreti faciendæ, & confessori, quam duobus Confessariis: quia interpret extrinsecus le habet ad confessionem. At subdo, hoc inanis incommodum compensari latius per retentionem alicuius peccati peculiaris infamæ & malitiæ, quam in confessione per interpretem licitam esse concedimus: scilicet vero in confessione directæ sacerdoti facta. Absque sustinendo igitur amplificat, exaggeratque adversarij detrimentum famæ, & honoris in confessione per interpretem: cum revera & absolute, & iuxta experientiam, comminatioque excommunicationis levo sit, vel non adeo grave, ut ab observantia divini præcepti eximere queat. Quare, licet verum sit, grave damnum vitæ, famæ, honorumque fortune exulare a præcepto divino confessionis, etiam Sacerdoti facti, ab eodem præcepto exulare pariter confessionem per interpretem: quia saltem est eiusmodi confessionem simile grave damnum inducere.

XVI. Rationes quas hinc indeque produimus, nisi me omnia fallunt, satis ostendunt, veram esse S. Thomæ sententiam, a qua non modo extraneæ, sed etiam do- melicæ recedunt. Resolvit S. Doctor loco laudato, confessionem faciendam esse etiam per interpretem, quia, quando vero possimus non modo, debemus, servando quod possimus, confiteri: quoniam præceptum confessionis, potissimum cum quis ad communionem, vel Missam celebrandam accedere debet, & animam habet gravi crimine inquinatam, maximi momenti res est. Si periculum profanandi sacramenti nisi a- nimæ celebrantis, vel communionis per confessionem munderet, & periculum ladan- dæ famæ per talem confessionem invicem compararet; quique prædicit, & plus iudicabit gravissimum illud, leve illud. Concludo igitur, necessariam esse confes- sionem per interpretem iure tum divino, tum

naturali omnibus in articulo mortis constitu- tis. Deinde subdo, necessariam eam esse, quoniam præceptum divinum implendum est, dummodo adit. Interpretes, prædicit, & gratia, de quo nulla prudens suspicio haberi resolutionis, seu naturalis sigilli fractionis, possit. Adde, in eiusmodi confessionibus per interpretem reticere posse, occasione dæ- dæ, aliqd peccatum enorme, & peculiari- ter infamæ. Postquam habenda est per- sonarum ratio. Communiter homines, licetissime peccata sua aliis communicant. Cur, amabo te, exalabuntur illi a confessione per interpretem, quando præceptum divinum servandum sit? Sunt alij qui pec- catori habere, & verecundia sustinentur in manifestatione suorum criminum. Illi o- mittere possunt ea peccata quorum mani- festatio singularem infamiam infert. De- inde cur in his eventibus urgere non de- bet ratio quam sacra Tridentina Synodus profert, ut adhiberi animos integros ad confessionem sequendam? *Ita vero huic- modi confessionis difficultas, ex peccato de- tegendi veracundia gravis quædam vitæ pos- teri, nisi sit tantique communis, & consp- lantibus servaretur, qua omnibus digne ad- he sit sacramentum accidentibus, per absolutio- nem, certissime conferuntur:* lex. xiv. cap. v.

XVII. Obicitur, Valquez loco supra laudato, Si ad implendum præceptum di- vinum esset necessaria confessio per inter- pretem, necessaria quoque esset ad obser- vandum præceptum ecclesiasticum: quoniam præceptum ecclesiasticum est determinatio præcepti divini, seu temporis designatio, in quo præceptum divinum obligare decla- ravit Ecclesia. Resp. Consequenter negat- ur. Utique præceptum ecclesiasticum in- tris divini determinatio est. Ergo tantæ obligationis est præceptum Ecclesiæ, quan- tum est præceptum divinum. Illatio mani- feste falsa est. Habemus enim fundamentum prædicitur prædicendi, Ecclesiam non obligare ad præcepti observantiam cum tan- to onere. Quod fundamentum deest in ob- servantia divini præcepti obedientis, sancta sancte tractanda esse. Adde, quod Eccle- sia expresse videtur excipere confessionem per interpretem, dum præcipit ut penitentis singulis annis solas proprio Sacerdoti con- fiteatur. Quamquam, ut candidè fatear, præfata particula solas non est penes me- ranti ponderis, ut ob illam solam exclu- denda sit confessio per interpretem. Nam idcirco opposita videtur illa particula, quia

con-

communiter homines, non per alios, sed soli sua peccata continentur. Tandem, ut plenissime meam sententiam promam, ut dico eos qui nulla, aut levi verecundia suslan- duntur in manifestandis per interpretem propriis peccatis, teneri per interpretem con- fiteri, ut præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis impleant. Non me fugit, Theo- losorum neminem hanc meam docere opi- nionem. Sed neque rationem teneo cur ali- quis possit eam impugner. Nam ideo di- cimus, præceptum Ecclesiæ non adstringere ad confessionem per interpretem, quia huic- modi confessio grave & peculiare incom- modum affert. Ergo admittit hypotheti quod plures nullum peculiare incommodum, præ- ter illud quod cuique confessioni adnexum est, experientur; quia ratione ab observan- tia præcepti liberi illi erunt? Nomen substa- tantia, remaneat affectus? Nunc- ne impedimento remoto, les obligat? Hanc- lane regulam servamus in illorum Eccle- siæ præceptum explanatione. Præceptum jejuniis non obligat fenes qui patiuntur pecu- liare incommodum ob imbecillam valetudi- nem; at obligat alios sanos, & robustos, qui peculiare incommodum non perferunt, ut graviores doctoresque Theologi docent. Cur prodigam in benignitate præsumere Ec- clesiæ debemus? Cur satis non erit ut cum illis benigna sit, & indulgens qui indulgentia ac dispensatione indigent? Anne eadem ratione infirmi, debiles, & sani regendi, ac curandi erunt?

XVIII. Obicitur a Tridentino sess. xiv. cap. v. declarari, præceptum divinum non ob- ligare ad confessionem publicam, quamquam utem esse eam substat; ergo vi præcepti divini minime obligatur ad confitendum peccata Sacerdoti alio audiente. Resp. Consequen- tia falsa est. Synodus loquitur de confes- sione publica quæ coram omnibus alta voce fiat, quæve opposita directè est confessioni secretæ. Confessio in aërem interpretis fidelissimi, & naturali sigillo obstricti, nullo modo publica est, sed secretæ.

XIX. Obicitur 3. Si scirem Confessarium vel ut illi revelaturum mea peccata, non tenerer eidem confiteri. Ergo neque tener, quando alius præter Confessarium audire debet eadem peccata. Resp. Argumentum undique vacillat. Primum in articulo mor- tis, etiam cum tali scientia, lego carita- tis propter quemquam teneri ad confessio- nem publicam, docent adversarij ipsi, quando

moribundus dubius de contritione sua esset. Quare in tali periculo constitutus, quan- do aliud malum non timeret præter mani- festationem suorum peccatorum, alios soli- faciendum absque alio suo præiudicio, non exculatur a confessione: sicut non exculatur a confitendo peccato reservato Su- periori manifestando. Deinde aliud est quod Confessor revelet peccata penitentis etiam uni soli, cui ille voluerit; aliud est quod ipsemet penitens soligat interpretem fidelem, prudentem, sigillique gravissimo ligatum. Erudite hæc dicta sint in defensionem doctrinæ S. Th. & ut ego arbitror, veritatis.

XX. Quæst. IX. An qui non potest pro- pria voce confiteri, quia mutus est, teneatur confiteri per nuntios, vel scripturam? Resp. Multi negant, ut Navarrus in *Manu- al. cap. xi. num. 56.* Diana III. *Part. res. 138.* Sotus II. *dist. xviii.* Valen- tia Tom. II. *dist. vii. dist. xi. quæst. 1.* Villucius tract. viii. *num. 93.* Henricus Lib. III. *cap. xv.* Armilla, Angelus, Ledesma, Ricardus, Vega, & alii. Hi omnes negant, debitum esse confitendi per scripturam; quando penitens est mutus, vel Sacerdos surdus: quia, inquit, scrip- tura est publicum instrumentum; & qui scriptis peccata confitatur, periculo perden- di scriptum le se exponit. Nemo autem cum tantum periculo tenetur ad implendum præceptum annuæ confessionis. Immo alij qui excusant penitentem ab observantia præcepti divini ob descriptum periculum. Contraria sententia communis est, & vera: eamque docent D. Thomas in *Supplem. quæst. xxi. artic. 3.* ad Caietanum *verb. Conf. confit.* Sylvester *verb. Conf. xi. quæst. xv.* Ferrus Soto de *Conf. lect. xi.* Paludanus in *II. dist. quæst. xi.* Nungus in *addit. quæst. iv. art. 6. dist. 3.* Val- quez *quæst. xc. artic. 4. dub. 5.* Suarez *disp. xxxvi. sect. 6. num. 7.* Bonacina de *sacram. penit. dist. v. ser. 2. præst. tit. cum Dicaillio dist. vi. dub. 14. num. 240.* distinguunt & asserit, penitentem qui potest commode, & sine periculo per scripturam confiteri, ad eandem confessionem scriptam teneri; qui vero non potest, nisi cum periculo, & incommodo confiteri, a debito confessionis liberari. Huic doctrinæ subscribitur Salmanticensis *tract. vi. cap. vii. præst. 2. num. 17.* Verum Auctores illi non explicant quodnam periculum, ut incommodum satis fit ad excusandum penitentem ab onere confes-

nis annuo. Breviter ergo dicimus, quod si quis quando poenitentem potest propria voce confiteri, tenetur per vocem ad confessionem; ita, quando potest confiteri per scripturam, urgente precepto, ad confessionem scriptam adstringitur. Periculum quod allegat Bonacina, vel incommodum quod ex natura confessionis scripæ oritur, quia nimirum incommodum est scriptis peccata prodere, aut quia auctorem folio scripto est periculum amissionis, profecto nihil valet ad excusandam omissionem confessionis: tenetur enim lubre & scriptis incommodum, & onus custodiendi scripturam peccatorum, ut impleamus sive divina, sive ecclesiastica precepta. Si autem periculum extrinsecus timeretur, puta, quia Confessarius prævideretur abuturus scriptura, vel eadem scriptura ab aliis e manibus Confessarii surripienda metuitur; his in casibus poenitens ad confessionem non tenetur per scripturam; sicuti necque voce secreto confiteri adstringeretur ille qui prudenter prævideret Confessarium revelaturum peccata audita. Tenetur ergo Christianus mutis per notos, vel Confessori surdo per scripturam manifestare peccata sua, ut impleat preceptum sive ecclesiasticum, sive divinum. Plura alia in tractatu de sacramento poenitentiae, potissimum circa obligationem frequentandi confessionem, & num liceat confiteri Confessario dilanti per epistolas, disseremus.

CAPUT VI.

De panis impoſiti, ut qui annua confessionis preceptum non implet.

I Urandus in *IV. diſt. XVII. quæſt. XIV.* probabile esse cenſet, non poſſe Eccleſiam punire hoc delictum: quia eſt ita occultum, ut in Eccleſia ſero probari nequeat. Quam opinionem omnes ſere Theologi, ut ſaliam, reſciunt. Et ſalutiſſima ratio evidens eſt. Nam ſepe tranſgreſſio iſtius precepti evincitur poſſe in ipſo foro, ut cum homo in publico, & manifeſto concubinato perſiſtit, cum aliis publice, & continenter exercet. Inſuper poſſet Eccleſia attestationem exigere a fidelibus, & frequenter oſtendi poſſet, tale peccatorem ad nullum Confessarium acciſſe. Tandem, licet aliquando eſt deſecta probationis panis non poſſet eiſmodi tranſgreſſio, non hinc conſequeretur eandem

penam non poſſe deſecto iuriſdictionis. Poſſit ergo duplex poena diſtinguenda eſſe. Altera eſt que cenſuram indigit ipſo facto incurrendam abſque indiget ſententia: & hæc poena Eccleſia plene poſſet tranſgreſſores huius precepti: quoniam tranſgreſſio externa eſt, licet occulta; ut conſtat de hereti externali, ſed occulta, que in foro exteriori probari nequit. Altera poena eſt quam iudex, cauſa cognita, imponit: & hæc etiam poena multari poſſet iſtius violator: quia, licet non ſemper, frequenter tamen tranſgreſſio iſta, ut dictam eſt, probari valet.

II. Iove communi nulla poena, ipſo facto incurrenda, annua confessionis precepti tranſgreſſoribus impoſita eſt. Nam in cap. *Utriuſque ſexus ſolum præſcribitur ut tranſgreſſores arcantur ab iſta Eccleſia, & priuſquam eccleſiaſtica ſepultura.* Quorum poſitum executionem iudicis ſententia præcedere debet. In pluribus tamen diœceſibus Epilcopi ſententiam excommunicationis, ipſo facto abſque iudicis ſententia incurrendam, in tranſgreſſores vibrant.

III. Quæſt. I. *An incurrant hæc poenam excommunicationis qui utramque confessionis, & communionis, vel qui alterutrum tantum preceptum violant?* Reſp. Excommunicationis communiter qui utramque, vel alterutrum non impleverint. Et hæc ſententia communis eſt.

IV. Quæſt. II. *An qui facit confessionem occultam, incurrat hæc excommunicationis poenam?* Reſp. Sicuti per confessionem nullam nemo ſatisfacit Eccleſiæ precepto, ut ſupra probatum eſt; ita incurrit poenas ab Eccleſia impoſitas. Res ex ſe manifeſta eſt. Nam Eccleſia impoſuit poenas tranſgreſſoribus precepti. Qui facit confessionem nullam, reſpiſit tranſgreſſoribus preceptum. Ergo ſubiectus eſt poenis latis in tranſgreſſores precepti.

V. Quæſt. III. *An pauci imbuterent, non implentes preceptum annua confessionis, incurrant præſatas poenas?* Reſp. Affirmative reſpondent aliqui; ſed communiffima ſententia docet oppoſitum, nimirum pueros confessionem annuam omittentes, ante annum decimum quartum, vel duodecimum, neque excommunicationem incurrare, neque Eccleſiæ ingreſſu, neque eccleſiaſtica ſepultura privandos eſſe: quia Eccleſia nunquam conſuevit pueros delicta ſimilibus poenis plene. Si tamen in aliquibus diœceſibus impoſueretur hæc poena omnibus iſis qui poſt octavum annuum preceptum non impleverint, tunc

tunc & pauci poenam incurrerent. Sed, quando talis clauſula non apponitur, pauci excepti a poena intelligendi ſunt iuxta communem uſum.

VI. Quæſt. IV. *An meretricis, non implentes preceptum annua confessionis, incurrant excommunicationem ſynodalem, cæteris qui communis iuris panes?* Reſp. Leander tract. V. diſput. 121. quæſt. LVIII. defendit, meretricis non incurere diſtas poenas; & laudat pro hac ſua opinione Vivaldum, Zerola, Graſſium, Rodriguez, & alios: quia Eccleſia, inquit, permittit miſerum meretricis

com ſtatui; ideo non videtur dicendum, illas tam leuera poena poſſe uelle. Hæc ratio nulla eſt: quia plura permittit Eccleſia que impedire non poſſet. Quapropter proteritior eſt ſententia affirmatiua, ſcilicet meretricis ſubiectus eſſe huiſmodi poenis. Eam defendunt Vaſquez quæſt. XCII. art. 3. dub. 5. numer. 8. Fagundez numer. 11. Sa ſeſt. Excommuni. numer. 4. Lupo diſput. xv. ſeſt. 7. numer. 148. Ratio eſt manifeſta; quia lex generalis eſt, nulloſque a poenis, quas impoſuit, tranſgreſſores excipit. Cur ergo excipiendi meretricis?

DISSERTATIO II.

DE QUINTO ECCLESIE PRÆCEPTO,

nimirum

De ſacra communionis paſchali.

PRÆLOQUIUM.

HOC quintum & ultimum Eccleſiæ preceptum brevi manu tractabimus, eo quod in tractatu de ſacramento Eucharistiæ ex proſſo de ſumptione dominici corporis, quatenus diuino mandato præſcribitur, atque de illius frequenti uſu actum ſumus. Ea ſola duntaxat in præſentia diſſeremus que ad obſeruationem precepti eccleſiaſtici de annua paſchali communionis neceſſaria ſunt. Quandoquidem ſicut ſemel in anno conſiteri, ita ſemel in anno Paſchalis tempore Eccleſiam corpus Chriſti ſumere præcipit. Sub initium Eucharistiæ tanta erat fidelium pietas, & tanta dominici corporis fames, cuiusque ſacratiffimi languinis ſitis, ut opus minime fuerit illis ſponte carteribus cæcari addere. Decurrit temporis caritas deſeruit, pietas ceſſavit, Chriſtianorumque diſciplina ad extremum deuenit laxata. Quare octavo Eccleſiæ ſæculo, vel circiter illud tempus, neceſſe fuit ut Eccleſia ſuis mandatis fidelium oſtantiam, & ſoporem excitaret, eoſque ſuis preceptis ad communionem cogeret. Gratianus de confeſſat. diſt. 1. laudat decretalem eſſe ſummus Pontifex Fabiano, in qua ter in anno communionem tumore fidelibus præcipitur. Erradit omnes abſidant Fabiano Pontifici, qui tertio Eccleſiæ ſæculo floruit, laudatam decretalem; eamque circiter octauum ſæculum editam uoluit. Textus decretalis eiſmodi eſt: *Et ſi non frequentius, ſaltem ſu anno ter laici homines communent; niſi forte qui maioribus quibundis criminibus impediatur, in Paſcha videlicet, & Pentecoſte, & Natali Domini.* Sæculo tertio decimo, nempe anno 1215. in Concilio Lateranenſi IV. preceptum hoc limitatum fuit ad unicam quotannis communionem in Paſchate præſcribendam. De vi illius precepti, deque fidelium obligatione ad illud ſeruandum, pauca libabimus. Plura ſiquidem, ut diximus, dicenda ſeruituribus ad tractatum de ſacramento Eucharistiæ, ubi tum hereticorum errores, tum laxas aduerſus morum regulas opiniones recentibimus. Unicam aduerſus hoc preceptum damnatam propoſitionem ab Innocentio XI. anno 1679. ob oculos ſub initium diſſertationis pono; que in ordine eſt 55. *Precepto communionis annua ſatisfit per ſacrilegum dominici manducationem.*

nis annuo. Breviter ergo dicimus, quod si quis quando peccatus potest propria voce confiteri, tenetur per vocem ad confessionem; ita, quando potest confiteri per scripturam, urgente precepto, ad confessionem scriptam adstringitur. Periculum quod allegat Bonacina, vel incommodum quod ex natura confessionis scriptæ oritur, quia nimirum incommodum est scriptis peccata prodere, aut quia auctorem folio scripto est periculum amissionis, profecto nihil valet ad excusandam omissionem confessionis: tenetur enim lubre & scriptis incommodum, & onus cultuendi scripturam peccatorum, ut impleamus sive divina, sive ecclesiastica precepta. Si autem periculum extrinsecus timeretur, puta, quia Confessarius previderetur abuturus scriptura, vel eadem scriptura ab aliis e manibus Confessarii surripienda metuitur; his in casibus peccatens ad confessionem non tenetur per scripturam; sicuti necque voce secreto confiteri adstringeretur ille qui prudenter prævideret Confessarium revelaturum peccata audita. Tenetur ergo Christianus mutis per notos, vel Confessori surdo per scripturam manifestare peccata sua, ut impleat preceptum sive ecclesiasticum, sive divinum. Plura alia in tractatu de sacramento confessionis, potissimum circa obligationem frequentandi confessionem, & num liceat confiteri Confessario dilanti per epistolas, disseremus.

CAPUT VI.

De panis impoſiti, ut qui annua confessionis preceptum non implet.

I Urandus in *IV. diſt. XVII. quæſt. XIV.* probabile esse cenſet, non poſſe Eccleſiam punire hoc deſertum: quia eſt ita occultum, ut in Eccleſia ſolo probari nequeat. Quam opinionem omnes ſere Theologi, ut ſaliam, reſciunt. Et ſalutiſſima ratio evidens eſt. Nam ſepe tranſgreſſio iſtius precepti evincit poſſe in ipſo foro, ut cum homo in publico, & manifeſto concubinato perſiſtit, cum aliis publice, & continenter exercet. Inſuper poſſet Eccleſia attestationem exigere a fidelibus, & frequenter oſtendi poſſet, tale peccatorem ad nullum Confessarium acciſſe. Tandem, licet aliquando ex defectu probationis panis non poſſet eiuſmodi tranſgreſſio, non hinc conſequeretur eandem

penam non poſſe deſecto iuriſdictionis. Poſtremo duplex poena diſtinguenda eſt. Altera eſt que cenſuram indigit ipſo facto incurrendam abſque iudicis ſententia: & hæc poena Eccleſia plene poſſet tranſgreſſores huius præcepti: quoniam tranſgreſſio externa eſt, licet occulta; ut conſtat de hereti externali, ſed occulta, que in foro exteriori probari nequit. Altera poena eſt quam iudex, cauſa cognita, imponit: & hæc etiam poena multari poſſet iſtius violator: quia, licet non ſemper, frequenter tamen tranſgreſſio iſta, ut dictam eſt, probari valet.

II. Iove communi nulla poena, ipſo facto incurrenda, annua confessionis præcepti tranſgreſſoribus impoſita eſt. Nam in cap. *Utriuſque ſexus ſolum præſcribitur ut tranſgreſſores arcantur ab iſta Eccleſia, & priuſquam eccleſiaſtica ſepultura.* Quorum poſterum executionem iudicis ſententia præcedere debet. In pluribus tamen diœceſibus Epilcopi ſententiam excommunicationis, ipſo facto abſque iudicis ſententia incurrendam, in tranſgreſſores vibrant.

III. Quæſt. I. *An incurrant hæc poenam excommunicationis qui utramque confessionis, & communionis, vel qui alterutrum tantum præceptum violant?* Reſp. Excommunicationis communiter qui utramque, vel alterutrum non impleverint. Et hæc ſententia communis eſt.

IV. Quæſt. II. *An qui facit confessionem occultam, incurrat hæc excommunicationis poenam?* Reſp. Sicuti per confessionem nullam nemo ſatisfacit Eccleſiæ præcepto, ut ſupra probatum eſt; ita incurrit poenas ab Eccleſia impoſitas. Res ex ſe manifeſta eſt. Nam Eccleſia impoſuit poenas tranſgreſſoribus præcepti. Qui facit confessionem nullam, reſpiſ tranſgreſſor præceptum. Ergo ſubiectus eſt poenis latis in tranſgreſſores præcepti.

V. Quæſt. III. *An pauci imberberes, non implentes præceptum annua confessionis, incurrant præſatas poenas?* Reſp. Affirmative reſpondent aliqui; ſed communiffima ſententia docet oppoſitum, nimirum pueros confessionem annuam omittentes, ante annum decimum quartum, vel duodecimum, neque excommunicationem incurrare, neque Eccleſiæ ingreſſu, neque eccleſiaſtica ſepultura privandos eſſe: quia Eccleſia nunquam conſuevit pueros delicta ſimilibus poenis plene. Si tamen in aliquibus diœceſibus impoſueretur hæc poena omnibus iſis qui poſt octavum annuum præceptum non impleverint, tunc

tunc & pauci peccati incurrerent. Sed, quando talis clauſula non apponitur, pauci excepti a poena intelligendi ſunt iuxta communem uſum.

VI. Quæſt. IV. *An meretrices, non implentes præceptum annua confessionis, incurrant excommunicationem ſynodalem, cæteris qui communis iuris panes?* Reſp. Leander tract. V. diſput. 121. quæſt. LVIII. defendit, meretricis non incurere diſtas poenas; & laudat per hæc ſua opinione Vivaldum, Zerola, Graſſium, Rodriguez, & alios: quia Eccleſia, inquit, permittit miſerum meretrici

com ſtatui; ideo non videtur dicendum, illas tam leuera poena puniri uelle. Hæc ratio nulla eſt: quia plura permittit Eccleſia que impedire non poſſet. Quapropter proteriores ſubſentia affirmatiua, ſcilicet meretricis ſubiectus eſſe hujuſmodi poenis. Eam defendunt Vaſquez quæſt. XCII. art. 3. dub. 5. numer. 8. Fagundez numer. 11. Sa ſeſt. Excommuni. numer. 4. Lupo diſput. XV. ſeſt. 7. numer. 148. Ratio eſt manifeſta; quia lex generalis eſt, nulloſque a poenis, quas impoſuit, tranſgreſſores excipit. Cur ergo excipiendi meretrices?

DISSERTATIO II.

DE QUINTO ECCLESIE PRÆCEPTO,

nimirum

De ſacra communionis paſchali.

PRÆLOQUIUM.

HOC quintum & ultimum Eccleſiæ præceptum brevi manu tractabimus, eo quod in tractatu de ſacramento Eucharistiæ ex proſſo de ſumptione dominici corporis, quatenus diuino mandato præſcribitur, atque de illius frequenti uſu actum ſumus. Ea ſola duntaxat in præſentia diſſeremus que ad obſeruationem præcepti eccleſiaſtici de annua paſchali communionis neceſſaria ſunt. Quandoquidem ſicut ſemel in anno conſiteri, ita ſemel in anno Paſchalis tempore Eccleſiam corpus Chriſti ſumere præcipit. Sub initium Eucharistiæ tanta erat fidelium pietas, & tanta dominici corporis fames, cuiusque ſacratiffimi languinis ſitis, ut opus minime fuerit illis ſponte carteribus cæcari addere. Decurrit temporis caritas deſeruit, pietas ceſſavit, Chriſtianorumque diſciplina ad extremum deuenit laxata. Quare octavo Eccleſiæ ſeculo, vel circiter illud tempus, neceſſe fuit ut Eccleſia ſuis mandatis fidelium oſtantiam, & ſoporem excitaret, eoſque ſuis præcepto ad communionem cogeret. Gratianus de *conſecrat. diſt. 1.* laudat decretalem ex ſummo Pontifice Fabiano, in qua ter in anno communionem tumore fidelibus præcipitur. Eradit omnes abſidiatum Fabiano Pontifici, qui tercio Eccleſiæ ſeculo floruit, laudatam decretalem; eamque circiter octauum ſeculum editam uoluit. Textus decretalis eiuſmodi eſt: *Et ſi non frequentius, ſaltem in anno ter laici homines communent; niſi forte qui maioribus quibundam circumſtantibus impediatur, in Paſcha videlicet, & Pentecoſte, & Natali Domini.* Sæculo tercio decimo, nempe anno 1215. in Concilio Lateranenſi IV. præceptum hoc limitatum fuit ad unicam quotannis communionem in Paſchate præſcribendam. De vi iſtius præcepti, deque fidelium obligatione ad illud ſeruandum, pauca libabimus. Plura ſiquidem, ut diximus, dicenda ſeruituribus ad tractatum de ſacramento Eucharistiæ, ubi tum hereticorum errores, tum laxas aduerſus morum regulas opiniones recentebimus. Unicam aduerſus hoc præceptum damnatam propoſitionem ab Innocentio XI. anno 1679. ob oculos ſub initium diſſertationis pono; que in ordine eſt 55. *Præcepto communionis annua ſatisfiſ per ſacrilegum Dominum manducationem.*

CAPUT I.

An detur præceptum ecclesiasticum communicandi sancti in eorum; & quas personas obliget.

I. Omnes Theologi catholici respondent affirmative. Præceptum illud latum fuit in Concilio Lateranensi, & his verbis concluditur. *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, semel saltem in anno confiteatur, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistia sacramentum, nisi forte de propriis Sacerdotis consilio ab aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinentiam; alioquin & ceteris ad Ecclesiam ingressum arcetur, & mortuus ecclesiastica carceri sepelitur.*

II. Hoc præceptum obligat solos fideles baptizatos, quia nomine fidelium illi intelligentur qui per baptismum Christi fidem professi sunt. Hæretici dicuntur huic præcepto subiecti, quatenus Ecclesie iurisdictioni subditi sunt, tenenturque in eius regredi finem, ut explicatum est in precedenti dissertatione. Solum autem fideles adulti hæc lege tenentur; quemadmodum ex verbis legis constat: quomodo autem adulti sunt præcepti, & obligationis capaces. Nullus itaque fidelium adolentium, sive laici, sive Clerici, sive scolares, sive Religiosi sint, ab illius exitum præcepti obervantia.

III. Antiquitas infantem, antequam eis lumen assulgeret rationis, statim post baptismum susceptionem sacra Eucharistia pabulo assecratur. Hæc disciplina pluribus viguit sæculis, quæ post tertium decimum ubique fere obsolevit. Lihet referre quæ hæc de disciplina statuit Concilium Tridentinum sess. xxi. cap. iv. *Deinque eadem S. Synodus docet, parvulos, nisi rationis careret, nulli obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistia communionem... Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si cum morem in quosdam locis aliquando servavit: ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, controversæ erendum est.*

IV. Antiqua disciplina communicandi pueros ante rationis usum, dilipant Theologi, an communio concedenda tunc illis sit, statim ac rationis lumen alleciti fuerint. Tum Concilium Lateranense, quam Triden-

tinum præcipiunt ut omnes fideles, cum ad annos discretionis pervenerint, semel in anno sacramentum percipiant communionem. Nihilominus diffidium est inter Theologos. Maior namque, potissimum recentiorum, pars sustinet, differendam esse pueris communionem usque ad duodecimum annum, alii addunt usque ad quartum decimum, & alii usque ad quintum, Saarez *Tent. III. in III. P. disp. lxx. sec. 1.* docet, maiorem in pueris respectu cognitione in pro communionem percipiendam quam pro confessione peragendam; atque adeo non statim post confessionem eos ad communionem admittendos. Non adhibet tamen regulam generalem, quæ Sæto statuit, esse illis concedendam communionem, cum annum attingerint duodecimum; neque illorum qui sustinent, tempus congium illius communionis esse annum quartumdecimum, aut quintumdecimum. Ipse vero Doctor externus Saarez resolvit, illud intervallum quod infra decimum & quartumdecimum annum interluit, esse tempus opportunum, quo pueris impertienda sacra communio sit. Hanc opinionem sustinent Bonacina *disp. xv. quest. vii. punct. 3. num. 1.* & *2.* Granados *disp. iv. num. 2.* Diana *III. P. tract. vi. res. 70.* Trullench *Lib. III. in Decret. cap. 3. dub. 2.* Cæcætanus *in III. P. art. 12.* Valentinus, Conradus, Rodriguez, Layman, Tamburinus, & alii.

V. Hæc opinio mihi minime probatur, præsertim quia decreta, & canones Conciliorum oppositum docere, manifestum apparet. Nam Concilium Lateranense cap. *Utriusque sexus* iubet, fideles ad communionem accedere, cum ad annos pervenerint discretionis. Idem expresse docet Concilium Tridentinum sess. xxi. can. 9. *Si qui negaverit, omnes, & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Pascha, ad communicandum iuxta præceptum sanctæ matris Ecclesie; anathema sit.* Intra communionem loquendi modum tempus discretionis est tempus illud in quo pueri sunt illi capaces, valeantque peccare mortaliter. Cum itaque duo Concilia oecumenica conceptis verbis declarant, omnes ad communionem teneri, cum ad usum discretionis, tunc rationis pervenerint, quo fundamentum postsumus nos hanc legem laxare? Verba legis, inquit P. Saarez, sunt accommodata intelligenda, & iuxta Genus materie. Sacramentum autem Eucharistie longe dignius est quam sacramentum confessionis.

fioit. Illud vero etiam magis est necessarium. Ideo hæc anticipandum, illud differendum est. Hæc omnia comperita erant Patribus Concilii Lateranensis, & Tridentini, & nihilominus idem pro utroque sacramento discretionis tempus assignarunt. Quia professio illius religionis res est quæ maiorem & experientiam, & deliberationem exoptat; Tridentinum decrevit ad illam admittendos non esse venientes ante annum quintumdecimum. Quidni & decreverit, non admittendos pueros ad communionem ante duodecimum, vel decimumquartum, si id opus fuisset? Cur nihil discriminis inter præceptum confessionis, & communionis statuerent, sed idem pro utroque sacramento tempus definire anno, illam Concilia? Quid quod Catechismus Concilii Tridentini eodem prorsus modo loquitur de confessione, ac de communionem; decernitque pueros, cum primum competentem fuerit, eos aliquam admirabilem sacramentorum cognitionem habere; confessioni ad eorumdem participationem admittendos esse? De sacra communionem II. P. sec. 67. hæc habet. *Quia vero ætate pueris sacra mysteria sancta sunt, immo verba confiteri poterit quam pater, & Sacerdos cui illi confitentur peccata. Ad illas etiam potius explorare, & a pueris percontari, an talis admirabilis sacramenti cognitionem aliquam acceperint, & possint habere. Idem omnino, sed aliis verbis, docet eadem II. Pars, sec. de sacra. panis, circa etatem qua pueri confiteri debeant. Primum namque quod Concilium Lateranense, & ceteris vixit innotuit, non novo consensu lege adscriptum esse ante eam etatem quæ rationis usum habere potest. Neque tamen ea ætas certo aliquo ætatis numero definita est. Sed illud utroque statuerendum videtur, ab eo tempore confessionem pueri inditam esse, cum inter bonum, & malum discernendi cum habet, in eisque mentem dolus cadere potest. Sive itaque pueri sint octennæ, sive novennæ, sive septennæ, dum Sacerdoti constat eos accepisse tanti sacramenti cognitionem aliquam, inquit Catechismus, ad sacramentum communionem accedere debent. Eandem doctrinam prius, nempe paucis annis post celebrationem Lateranensis Concilii tradiderat S. Thomas III. P. quest. lxxv. art. 9. ad 3. *Sec. quando iam pueri incipiunt aliquam usum rationis habere, ut possint devotionem concipere huius sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.* Sanctus Antonius eandem pro confessione, & communionem præscribit etatem, Concilii Lateranen-*

sis canonis Innocentii III. P. tit. xiv. cap. xii. §. 5. *Puer, cum ipse dolus capax, cum scilicet potest mortaliter peccare, tunc obligatur ad præceptum de confessione, & per consequens de communionem, quæ simul datur. Auctoritate ergo ipsæque & Conciliorum, & Sanctorum, quæ certo prevalere debet magno recentiorum Theologorum numero, falsa est illorum sententia, nempe pueros non teneri ad communionem ante vel decimum, vel duodecimum, vel quatuordecimum annum.*

VI. Nec ratio quam P. Saarez allegat pro sua opinione, mihi probatur. Inquit enim, maturiorum mentem exigi in pueris ad communionem quam ad confessionem; ut graviore iudicio inter cibum hunc sacrum, & profanos distinguere valeant. Verum, & ut ex quotidiana experientia didici, & ut ratio ipsa etiam indicare videtur, difficilis est imbuetur puerum, eumque apum reddere ad confessionem bene peragendam quam ad communionem suscipiendam. Nam, si pueri pravæ indolis sunt, & ad peccandum lapsaces; quam arduum non est eos ad suscipiendum verum, & supernaturalem dolorem de peccatis commissis adversus divinam maiestatem excitare? Quam arduum non est eos inducere ad elicendum firmum stabileque propositum in postulum non peccandi? Si autem boni sunt ingenii, malitiose inficij, non minus difficile est eos ad præfatos actus dolores, & propositi elicendos pertere. Quod licet Confessarius utriusque generis pueros ad diftos actus præstandos, ut oportet, præparare, & disponere valeat; ut me præfater opinio, quam facillime sacra communionis percipiendæ efficere capaces poterit. Admissa enim in pueris cognitio sine attritionis, sive contritionis, & firmæ voluntatis ulterius non peccandi, quæ ad confessionis sacramentum tunc necessitate: quid, quæ, facilius quam eos ad idem finem, & reverentiam suscipiendum erga augustissimum sacramentum permovere? Perandum est eos in peccatum post usum rationis lapsos ad vitam ecellestem regenerare; aut, si in peccatum lapsi non sint, difficile est eos docere necessitatem doloris, & propositi necessarij ad confessionem. Ceterum, elevati cum fuerint ad statum gratiæ, aut ad eisdem gratiæ augmentum provehæ, cur defraudandi erunt sacro illo pabulo, ad eandem vitam ecellestem alendam, conferendamque a Christo Domino instituto? Ojium pueris ad confessionem ineptis Eucharistia concedebatur; illis autem nunc, etiam post confessionem, eadem ne-

gabitur? Si character proprius illius sacramenti est, celsit illi quodam adipe animam, gratia sanante ornatam, saginare, ut proficere in dies valeat, & altius asurgere; ego hanc non percipio, quia ratione pueri illi qui nuda præditi rationis, sacramento poenitentiae supponitur, aut regenerati ad vitam celsorem, aut in eadem vite magis roborati, non debeant Eucharistiam suscipere, quæ peculiarissimum vite celsit in hac via alimentum est. Quod si possunt ad communionem admitti, hincque illius capaces; præceptum iam usquet, cui ut satisfaciunt, admodum sunt ut ad sacramentum mensiam accedant.

VII. Sententia ergo nostra, seu verus D. Thomæ, Antonij, & Concilij, ac Cathedralium Tridentini, hæc est. Cum pueri ad annos discretionis pervenerint, hincque revera præcepti ad confessionem peccatorum facienda, ut teneantur illud præceptum implere; hinc quoque sacre communionis capaces, & ad observantiam illius præcepti, non sicut ad alterius, adstringuntur. Quia vero, ut Catholicismus ait, non potest præse tempus definiti quo pueri annos discretionis attingant; idcirco parentum, & Sacerdotum est id explorare, & a pueris percipiatur, an post instructionem acceptam, tanti sacramenti communionem aliquam sint alleciti. Illud enim quod alibi diximus, & est suapte natura completum, in memoriam revocamus, alios pueros citius, alios tardius lucem rationis obtinere. Quapropter annus, seu tempus præcipuum determinari nequit quo obligatio talis incipiat. Id solum dicimus, quod, si circiter septennium, vel octennium, aut novennium, vel tardius, aut cetero, lumen rationis pueri adeo perfecte allecitur, ut revera perciperent quod illi mortis peccatum, de eodem contenti sit illudque detestari, & confessionem facere, præceptumque confessionis implere possent, & tenerentur; contra illi quoque forent ad sacre communionis præceptum implendum. Non negaverim tamen posse Sacerdotem, prout expediens iudicaverit, aliquot mentes, non vero annum, post confessionem, differre communionem pueris in hunc finem; ut maiori virtutum apparatu, atque ferventiore caritate, & profundiore obsequio, ac reverentia ad tam admirabile sacramentum accedant. Hanc nostram sententiam præter D. Thomam, & Antonium defendunt etiam Tabiena verb. Commun. num. 3. Joannes Sancius in select. disput. xxvi. Callistopalus tract. 111. disput. 3. par. 24. §. 2. num. 7. Philippus de Cruce in Theaur. Eccl. tract.

1. §. 11. num. 3. Leander tract. VII. disp. 111. quest. v. & apud eundem Henriquez, Ledema, Vivaldus, Marcella, & alii.

VIII. Objicit Suarez, sacramentum confessionis magis necessarium esse quam sacramentum communionis; idcirco illud anticipandum. Insuper Ecclesiam non obtinet ut pueri tardius ad communionem quam ad confessionem admittantur. Respond. Ecclesiam non latuit hæc maior omnis sacramenti præcepto necessitas; & nihilominus idem discretionis tempus pro utriusque sacramenti susceptione definitur. In his quoque positivi iuris facti, voluntas legislatoris magis quam rei præscriptæ materia, attendenda est. Sacramentum confessionis præcedere debet, ut anima vel absolute vivat, vel perfectiorem vitam divinam consequatur. Sed, hæc via polita, alimentum quoque illius vite præcipuum confortatur viventi oportet. Confessio obtinet ut tardius pueri ad communionem quam ad confessionem accedant. Hoc & nos concedimus; dummodo dilatio illa non sit ad annum, sed ad aliquod tempus congruum unius, vel alterius mensis, plus minuste, prout prædicti ministro operantem videri fuerit, ut pueri magis accendantur ergo augustissimum mysterium, ut ardentius appetant divinas epulas, ut delique splendidiore caritate veste ad celestis nuptias valeant accedere. Quod si aliquibus esset ut pueri, licet abundanti rationis lumine circiter septennium, aut octennium perfulsi, differrent communionem ad decennium, duodecimum, vel quatuordecimum annum; dicimus, hanc morem ab Ecclesia non probari, cum potius Ecclesia contrarium sui canonibus statuat. Ex ipsa ergo experientia didici, multos parentes, & sacros ministris animam esse in puerorum instructione negligentes. Preterea siquidem maturiori ætatis, & gravioris iudicii, necessarii ad hoc sacramentum percipiendum, differunt eorum instructionem post decennium. Sapientem antiquam ad Eucharistiam accedant, non solum sunt doli capaces, non solum sciunt discernere inter bonum & malum; sed in malicia valde edocti sunt; & non raro etiam mortui, quando comederit iniquum cibum divinum. Quod si statim, postquam per primam confessionem rite factam sanctificati fuerint, celsit alimentum roborati, & saginati fuissent, & in tenera illa ætate vitam Domini percurrere cepissent; non adeo fortassis in adolescentia, & consequenter in proventa ætate effrenes forent, at-

atque ad omnia vitia proni. Desinant ergo abulsi, & parentum, ac Sacerdotum ostantia, & capillari negligentia velamen prætereendere consuetudinis ecclesiasticæ.

IX. Suarez cum aliis, pro illius sententia citatis, quamquam doceat non teneri pueros, statim ac ratione possunt, ad communionem, ut implent præceptum ecclesiasticum, libitè tamen ad eundem communionem teneri, ut implent præceptum divinum. Quare in articulo mortis ministratum esse pariter, lumine rationis præditi, sacrum viaticum adfirmat P. Suarez cum ceteris Theologis. Omnes ergo pueri qui in articulo mortis sunt capaces confessionis, & extreme unctionis, sunt quoque capaces suscipiendi viatici, eique administrari debet.

X. Parentes, & Confessarii qui vel in articulo mortis vel in Paschate non permittunt pueros doli capaces suscipere corpus dominicum, peccant mortaliter absolute loquendo; qui in articulo mortis arguit præceptum Christi Domini: *Nisi manducaveritis corpus Filii hominis*; in Paschate vero arguit præceptum Ecclesie. Peccare sui mortaliter dicimus, si ob negligentiam, & defectum sollicitudinis in puerorum instructione in causa forent ne dicti pueri, aliqui capaces, præcepto paschalis communionis satisfacerent; locus, si bona fide, post diligentem illorum instructionem exultimare ex non esse adhuc ad communionem aptos, & propterea opportunitatem prædenter discerent, in aliud tempus differendam esse præcepti executionem. Quando in articulo mortis dubitatur, an pueri sint capaces doli, potest eis administrari viaticum. In dubio possumus in favorem puerorum dispensare sacramentum; cuius effectus etiam ante rationis lumen participare valent, ut ex antiqua disciplina palam est. Si enim olim Ecclesia illis simul cum baptisate Eucharistiam ministrabat; profecto censet illos capaces esse percipiendi tractus eundem sacramenti, ut docent Suarez, Vasquez, Lugo, Diana, & alij patrum. Si itaque sint capaces, & ex alia parte prohibitio non obstat; dicendum videtur, eos sciendos esse sacro viatico. Nec enim sine fundamento aliterimus, præceptum Ecclesie excludere solent eos a communionem qui certe caret rationis lumine; scilicet eos de quibus controversia est, num illud possideant. Qui tamen hæcenus dicta sunt de puerorum obligatione ad communionem, sapientum iudicio tabi-

XI. Præter præceptum impositum fidelibus communicandi semel in anno, docent Tabiena verb. Commun. num. 4. Navarus esp. xxi. num. ult. Armilla verb. Commun. num. 13. (non 16. ut citat Leander) dari aliud præceptum contentum in *Clementina*, in ego. §. Sane, de *Massa Monachor.* quo adstringuntur Benedictini singulis mensibus communionem frequenter. Subdit tamen Armilla, consuetudinem Religionis attendendam esse.

CAPUT II.

De tempore quo hoc præceptum communionis implendum est. Quis sit tempus paschale. Quæstiones nonnullæ hæc de re elucidantur.

I. TAM dictum est, sub initium Ecclesie, licet communionem fuisse fidelibus quotidianam, deinde trinam singulis annis, & tandem unicam in anno. Præceptum sumentium dominicum corpus divinum est: *Nisi manducaveritis corpus Filii hominis*; non habebitis vitam in vobis: Ioan. vi. Quia vero Deus tempus non definit quo implendum præceptum esset; idcirco Ecclesia tempus in quo præceptum divinum deberent fides observare, designavit. Porro, ne præceptum fragilitati humane nature, & universis fidelium multitudinum nimium grave foret, nonnulli semel in anno eius observationem impositi.

II. Tempus quo præceptum obligat, est paschale, ut ex Concilio Lateranensi verbis, *Ad minus in Pasche*, & ex canone Tridentini, *Singulis annis, saltem in Paschate*, constat. Temporis initio congrua est. Nam hoc tempore fides, quadragesimalibus ieiuniis assidua, & admirabilium mysteriorum contemplatione excitata, magis apti & dispositi ad hoc sacramentum suscipiendum videntur. Deinde hoc eodem tempore augustissimum sacramentum illud institutum fuit, & nostra redemptio consummata. Quamobrem nullam aliud tempus adeo congruum erat, in quo commemoratio fieret divinus institutionis huius sacramenti per ipsius susceptionem.

III. Nominem Paschatis solum diem Resurrectionis intelligendum esse, Panorastius in cap. *Omnia uniusque sexus*, docet; sed oppositum solum Theologi omnes, & Ecclesia ipsa sub Eugenio IV. declaravit, tempus illud paschale quinquedim dies

preceptum aliquod duo prescribit, & substantiam actus, & circumstantiam illius, substantia circumstantia remanet onus exequendi actum. Sic qui non potest communicare in parochia, ut lex prescribit, tenetur alibi, si potest, communionem percipere. Denique communicatio paschalis est quædam publica fides catholica significatio, & apertum testimonium. Ut Ecclesia deprehendere facilius possit utro suos filios, eosque a falsis, & ementitis læcerere, præcipit eis, tempore paschali singulis annis religionis sue insignia prodere, & explicare. Anne, si negligant prædicto tempore manifestare unum ex præcipuis catholicæ religionis characteribus, liberi erant ab onere ipsorum prædicandi, cum primum poterant? Sane quæ ad hæc omnia fieri animam intendit, fateatur oportet, præceptum communionis paschalis, elapso tempore, tamquam termino, ultra quem observantia non differatur, designat, obliquare fideles, ut quam primum poterant, executioni illud demandent.

VII. Quæst. II. An qui prævidet se communionem percipere non posse infra quindecim dies Paschalis, teneatur anticipare illam? Resp. Negant Suarez disp. lxx. sect. 2. Azorius cap. xxx. quæst. ultim. Fillicius numer. 59. Reginaldus Lib. XXIX. num. 76. Boacina disp. iv. quæst. vii. punct. 2. num. 15. Chetius verb. Commun. cap. 2. §. 1. Leander tract. viii. disp. lxxi. quæst. xxx. & alii spud ipsam: quia præceptum ante illos quindecim delinatis dies non obligat. Ergo illud anticipare nemo tenetur; sicuti nemo adtingitur prævenire ieiunium sacrum quod exalina die implere debet. Id confirmat P. Suarez. hæc ratioque quæ valida illi videtur. Nemo tenetur anticipare actum præceptum, nisi per alium actum possit satisfacere obligationi contenti præcepti. Sed per communionem anticipatam nemo illius præcepti obligationem implet. Prima propositio per se patet: quia lex non obligat, nisi si impletur; igitur actus quo impleri nequit, superfluous est. Secunda quoque propositio est manifesta: quoniam, si tempore paschali non occurreret impedimentum quod resistebat, tunc qui communionem anticipasset, deberet ad sacram communionem accedere.

VIII. Contrariam sententiam defendunt Valquez quæst. xc. artic. 3. dub. 2. numer. 13. Nugnus quæst. lxxx. artic. 11.

disp. 3. Sylvius in III. Part. quæst. lxxx. art. 11. quæstione. 3. Fagundes præcep. 111. Lib. 1. cap. vi. numer. 2. Hurtado disp. vii. de penitent. disp. 12. Lugo disp. xvi. numer. 75. Layman Lib. v. tract. iv. cap. v. numer. 9. Caltopalaus tract. xxi. disp. unica. Bernal disp. xxxiv. cap. 111. §. 2. Salmanticenses tract. iv. cap. viii. punct. 2. num. 22. Natalis ab Alexandro Lib. II. artic. 5. reg. 4. Hanc ego amplector opinionem, ut probabiliorum, & tamquam christianæ pietati magis faventem. Neque enim negare volo, rationes quas præter perdoctus P. Suarez, esse latè probabiles. Fætor etiam rationem quam Salmanticenses ex Caltopalao allegant pro hæc sententia, mihi handquaquam probari. Inquire enim, duo esse præcepta, alterum communicandi semel in anno; alterum communicandi in Paschate. Qui anticipat communionem, implet præceptum communicandi semel in anno, secus præceptum communicandi in Paschate. Ex quo consequi videtur quod fideles teneantur vi legis bis in anno communicare: quod falsum est. Quare, hæc missa ratione, aliam inimus viam, ut sententiam hæc demonstremus. In memoriam itaque revocamus, quod, quando præceptum iubet primo, & absolute substantiam actus, deinde circumstantiam illius, si utrumque servari nequeat, id servandum est quod primario loco iubetur. Præceptum quo de agimus, primum & absolute communionem imponit, semel in anno percipiendam; addit vero, cum secundario, temporis circumstantiam. Primo desinit divinum præceptum, Nisi manducaveritis carnes Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, semel in anno implendum esse: deinde tempore executionis designat. Ratio illuc adeo evidens visa fuit P. Suarez, ut receisset, tamquam improbabilem, sententiam quam supra impugnavimus, nempe quæ docet, fideles qui tempore paschali non communicant, elapso dicto tempore, non teneri ad communionem. Ab eo autem nunc recedit, ut mihi videtur, & oblique gravi fundamentum. Interim confirmatur nostra sententia. Qui prævidet se impediendum fore ab observantia præcepti annuar confessionis, tenetur confessionem anticipare, ut ipsemet P. Suarez fatetur. Quod ergo & communionem? Denique, si Ecclesia indulget ut penitens possit, & aliquando de-

beat

beat ultra tempus paschale de consilio Sacerdotis sistere tum confessionem, tum communionem, cur non poterit, & debet tum confessionem, tum communionem anticipare? Profecto ex lege ipsa, concedente dilationem ob aliquam peculiaris causam ultra tempus paschale, clare colligitur, circumstantiam temporis paschalis ad Ecclesiam non spectari, nisi tamquam conditionem congruam, & opportunam. Absoluto vero, & primario loco Ecclesia intendit fideles omnes singulis annis semel ad minus communionem percipere. Qui ergo utrumque, & substantiam præcepti, ipsa actum primarium a lege imperatum, & circumstantiam adiunctam implere valet; præstare utrumque debet: qui potest esse qui primum, secus secundum, ad primum adstringitur. Morum præcepta plura sæpius imperant. Quando unum sine altero fieri potest, cur omitti debet?

IX. Argumenta quæ pro contraria sententia allegantur, ex his quæ diximus, facile solvi possunt. Et ad illud cui maxime fidit P. Suarez, non unam, sed duplicem dare possimus responsum; quorum alteram & ipse probabiliter reputat. Est vero eiusmodi. Ille qui bona fide, & sincero animo implendi præceptum ex Sacerdote, cui futurum impedimentum manifestavit, consilio communionem anticipat, respicit præceptum implet; ita ut, cessante etiam impedimento, quod prædenter timebat, paschali tempore ad aliam communionem non teneretur. Hanc responsum tamen probabiliter agnoscit & ipsemet Suarez. Volo eam ipsius legis verbis confirmare. Semel saltem in anno constituitur, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharisticæ sacramentum. Tò enim ad minus in Pascha loquere natura indicare videtur, quod semel in anno percipienda communicatio sit saltem in Paschate, quando in toto anno nulla præcessit communicatio. Sed iam supra ex communi sententia Ecclesiæ, & Theologorum probavimus, præceptum istud inbere communionem, paschali tempore suscipiendam. Ideo etiam nunc admittimus, quod præceptum absolute paschali tempore obligat communionem. Sed addimus, quod, quemadmodum præceptum istud impleri potest, etiam quando ex rationabili causa ultra tempus ante impleretur, eum ob rationabilem causam eadem communicatio anticipatur. At, inquis, impletur in primo ca-

tu; quia lex id docet; & de anticipatione vero nihil lex decernit. Verum habet. Sed, quoties citius sunt omnino similes, & rationes eadem, interpretatio locus relinquatur. Nec enim lex omnes eventus recenset; sed pro unius resolutionem regulam exhibet, ut ad illius analogiam alios non resolvere valeamus. Eo vel magis quod anticipatio conformior legi est quam dilatio. Quid de his duplis hominibus diceres? Petrus, prævidens periculum non suscipiendi communionem in Paschate, hæc non anticipat, & adveniente Paschate, atque impedimento obstante, respicit non communicat. Paulus, idem prævidens periculum, communionem anticipat. Quis melius ad legem intentionem se conformavit? Nomen Paulus? Quærit, an Paulus impleverit præceptum? Dubio procul: quia intra annum communionem percipit; & sollemnio circumstantiam ob impedimentum omisit. Petrus vero minime illud implevit; sed solum dici potest, quod tempore paschali ab observantia præcepti ratione impedimenti exculatur. Negatur itaque per hæc anticipatam communionem non impleri præceptum. Et sic corripit totam argumentum P. Suarez. At, si impedimentum in Paschate non occurreret, numquid liber foret Paulus a communionem, illo tempore recipienda? Diana II. P. tractat. xv. sect. 42. docet, liberum fore Paulum a debito communionis actus, & sed secundæ responsio. Paulum tamen adstrictum esse ad communionem ratione circumstantiæ temporis. Possit enim tempus cumulare, & plene præceptum implere; possit & substantiam actus, & circumstantiam illius exequi: ideo pro accidenti ratione circumstantiæ adstringeretur etiam in Paschate ad communionem. Si vero impedimentum respici contingeret; per anticipatam communionem impletam fuisset quoad substantiam præceptum, quam iam executus fuisset id quod primo & absolute præceptum imponit. Rationem nostram innotuit illi in morum controversiis receptivum principio, scilicet: Quia omnia a lege præscripta exequi nequit, ea quæ potest, quæque ab aliis seunguntur, implere tenetur. Exempla adducta de ieiunio, Missa, & recitatione horarum, nullius sunt momenti: quoniam aut sunt illarum diuturnæ opera, aut ratio eadem prescribendi est diuturnæ solemnitas, ut dictum fuit supra.

X.

ves, & qui eam acriter defendebant, ut hinc lector colligat, non esse sine examinatione amplius de communionem: quoniam tum repta preceptum obligat. Et hac ratione qui summo mane diei festi praevidet impediendum fore ab audiendo Sacro circiter meridem, anticipare observantiam precepti adstringitur. Nec est qui hoc in controversiam vocet.

CAPUT III.

An indigne communicantes hoc preceptum implere possint? quoniam excommunicati ab ecclesia excommunicati, quod testem contra transgressores impeditur.

I. Communissima omnium erat sententia, adfirmans facilem communionem preceptum istud impleri. Eam propugnabant graves, & plurimi Theologi. Azorius Lib. VII. cap. xxx. quest. xli. Valquez Tom. III. quest. cxxiv. cap. 19. Suarez Tom. III. in III. P. disput. lxx. sec. 3. Filiucius tract. 10. num. 60. Henriquez Lib. VIII. cap. v. numer. 3. Sa verb. Euch. numer. 25. GranaDOS tractat. x. disput. xv. num. 11. Trullench Lib. III. in Decal. cap. v. numer. 13. Lago disput. xvi. num. 83. Bonacina disput. 17. quest. vii. punct. 2. numer. 12. Fagundes tractat. 3. Lib. I. cap. vii. num. 4. Villalobos Tom. I. tractat. 911. disp. 42. numer. 6. Diana III. P. tractat. 19. resol. 43. Ghertius verb. Commun. cap. 19. Uchiagava tract. 11. quest. xv. num. 6. Leander tract. vii. disp. 111. quest. xxviii. & alii. Suarez allegat pro sua sententia Dominicus Soto Lib. II. de iust. quest. 111. artic. x. post Suarez ceteri omnes pro eadem sententia Soto laudant; sed omnino falso. Solum loco laudato asserit Soto, posse aliquid precepta impleri etiam ab iis qui sunt in peccato mortali; puta, filii, peccati alicuius rei, possunt implere preceptum honorandi parentes. Nec verbum ille habet de precepto communionis paschalis. At hæc obiter dicta sunt adversus eos qui in re preteriti momenti citant Auctores, quin eos legunt. Porro sententia, docens communionem facilem impleri precepto communionis paschalis profertur sint anno 1679. ab Innocentio XI. summo Pontifice in hac propositione, que est ex 65. in ordine 55. his verbis concepta: *Precepto communionis annue satisficit per facilem Domini manducationem.* Recentius Auctores gra-

ves, & qui eam acriter defendebant, ut hinc lector colligat, non esse sine examinatione amplius de communionem: quoniam tum repta preceptum obligat. Et hac ratione qui summo mane diei festi praevidet impediendum fore ab audiendo Sacro circiter meridem, anticipare observantiam precepti adstringitur. Nec est qui hoc in controversiam vocet.

II. Quæst. unic. An excommunicati, & interdicti excusentur a sanctione Eucharistica? Resp. Communis sententia est, hos omnes excusari: dummodo ipsi in causis non sint coram censuris non abolvantur. Ratio est clara: quia per excommunicationem, & interdictum privantur sacramentorum usus. Si vero ipsi contumacia sua obicem ponant, ne abolitionem assequantur.

tur; peccat dubio procul etiam contra hoc preceptum. Navarrus cap. xxx. numer. 38. Azorius Lib. VII. cap. xxx. quest. 111. Fagundes, Trullench, Diezhiblo apud Leander tract. viii. disput. 111. quest. xxvii. Summo Pontificem negant aliqui obsequium esse huic precepto; sed oppositum demonstravimus supra de precepto annue confessionis: & est communior, ac vera sententia.

III. De loco, ubi sumenda communio est, convenit inter Theologos, nitrum quemque fidelem in sua propria parochia, aut alibi de licentia sui Pastoris, Eucharistiam in paschate sumere debere. Noctine proprii Pastoris intelligitur summo Pontifex, Episcopus in sua diocesi, Parochus in sua parochia. Ratio huius est auctoritas Ecclesie, sic præcipiens in laudato cap. Omnis. Plurimum Conciliorum provincialium canones referunt Natalis Alexander Lib. II. art. 5. reg. 3. At, quia nulla est penes Theologos controversia hac de re; ideo nec Auctores, nec textus Synodorum recentissimus.

IV. Non pauci Auctores, ut Barbosa, Sa, Gelualdus, Macedo, & alii apud Dianam P. IX. tract. 11. resol. 62. docent, fideles communicantes in Cathedrali, sine licentia Episcopi, & Parochi, satisficere precepto Ecclesie: quia Ecclesia cathedralis est Ecclesia seu parochia communis universitatis diocesis. Negant alii plures ob oppositam rationem, quod cathedralis Ecclesia non sit parochia communis. Hæc secunda opinio probabilior videtur: quia debet intelletuere Parochio communio suorum parochianorum. Hic est præcipuus finis ecclesiasticæ legis. Non intelletuere autem, si fideles, inficio Parochio, communicant.

V. Hæc loca tenentur solum illi qui more licitum communicant, Quare Sacerdotes Missam celebrantes, in quacumque Ecclesia celebrant, satisfaciunt huic precepto. Si vero non celebrant, tenentur communicare in propria parochia, & de manu proprii Sacerdotis Eucharistiam sumere.

VI. Regulares possunt & in mortis articulo, & tempore Paschatis, suis familiaribus, & levitoribus in suis Monasteriis, & locis, a Parochorum iurisdictione exemptis, Eucharistiam ministrare. Quoniam id concessit Clemens VIII. Benedictinis, Innocentius VI. & Sixtus IV. Augustinianis,

Leo X. Minimis, & alii Pontifices, aliis Religiosis. Idemque dicendum de familiaribus conjugatis, noctis dormitionibus extra Conventum; quando & illi sint communitales. Sententia communissima, præxi quotidianam.

VII. Regulares in propriis Ecclesiis posse ministrare secularibus Eucharistiam tempore paschali, ita ut seculares satisfaciunt precepto Ecclesie, docent Rodriguez Tom. II. qq. res. quest. xxxvii. art. 23. Bata II. For. cas. 4. Hieronymus a Sorbo in compend. presb. verb. Commun. Ioannes de Crusæ episcopi, priv. Lib. II. cap. v. dub. 2. conclus. 5. ubi refert privilegium quod concessit Nicolaus V. Patribus de Guadalupe, & Julius II. Quod privilegium ferat haberi in compendio privilegiorum illius Ordinis §. 2. & 6. Hanc opinionem defendit quoque Emmanuel Sa verb. Eucharistia numer. 10. Lago disp. xviii. num. 49. iniqui, admittit veritate privilegii, concessit a summo Pontifice, sententiam hæc nullatenus posse. Verum hæc privilegia suspensa sunt. In Ballaris non reperitur, nec Auctores indicant loca, ubi reperiri queant, præter consensum privilegiorum Patrum de Guadalupe. Ideo communiter Theologi opinantur docent. Et hæc secunda opinio vera est, ac præxi consentanea.

VIII. Regulares neque devotionis titulo posse in die Resurrectionis dominicæ secularibus Eucharistiam ministrare, docent Navarrus cap. xxx. numer. 52. Azorius Lib. VII. cap. xxx. quest. vii. Sarmiento de vitiis Lib. II. cap. 111. num. 30. Henriquez Lib. VIII. cap. iv. num. 1. Trullench Lib. III. in Dec. cap. v. dub. 2. num. 3. Bonacina disp. 19. quest. v. punct. 2. num. 12. limitat conclusionem ad eos qui in propria parochia prius non implerunt preceptum. Contraria sententia communissima est, & vera, præxique confirmata. Quia in privilegio, concessio Mendicantibus ministrandi Eucharistiam fidelibus, excipitur dies Resurrectionis dominicæ pro observantia precepti; seu Pontifices volunt ut fideles omnes in propriis parochiis implerent preceptum. Ergo, quoties fideles vel ante diem Resurrectionis hoc preceptum executioni mandaverint, vel habeant animum intra designatos quindecim dies illud implendi, poterunt, ubicumque voluerint, devotionis titulo communicare. Suarez disput. lxxii. sec. 2. Filiucius num. 265. Rodriguez de commun. cap. lxxv. num. 1. Bo-

1. Bonacina *disp. xv. quæst. vii. puncti*.
2. *num. 9. Nugus quæst. lxxxii. artic. 3.*
Fagundes *præc. 3. Lib. I. cap. v. numer. 9.*
Portel *num. 5.* Ioannes de Cruce in *Epit-*
om. Libr. II. cap. v. dub. 4. conclus. 2.
Emanuel Sa *verb. Euchar. num. 10.* Gra-
nados *tract. xvi. disp. vi. num. 4.* Leander
tract. vii. disp. iii. quæst. x. & apud
ipsum Layman, Regidius, Valquez, &
alii committitur.

IV. Alii Castilæ, ut Ioannes de
Cruce, & Portel, docent, Regulares
posse in articulo mortis ministrare secularibus
Eucharistiam per modum Viatici.
Sed hæc opinio falsa est: & allegata pri-
vilegia Pauli IV. apocrypha sunt. Tan-
tummodo Parocho deficiente, Regulares,
& quilibet Sacerdos possunt in mortis ar-
ticulo proximo Viaticum fidelibus admini-
strare: quoniam, si possunt in tali extre-
mo eventu sacramentum penitentiae im-
partire, potiori iure valent etiam sacrum
Viaticum porrigere.

X. Advenæ, & peregrini, qui ad pro-
prias parochias redire nequeunt Paschalis
tempore, satisfaciunt præcepto communio-
nis paschalis, in quacunque Ecclesia,
sive Regularium, sive aliorum Sacerdo-
rum, suscipiant Eucharistiam a Sacerdo-

tibus facultatem habentibus illam mini-
strandi. Parochiani de licentia expressa suorum
Parochorum possunt communicare in
Ecclesiis Mendicantium. Secus dicen-
dum de sacramento matrimonii cuius ad-
ministratio a potestate pendet iurisdictionis.
Hæc omnia apud Auctores extra dubita-
tionis aleam versantur.

XI. Iure communi nulla pena, seu
censura lata est contra transgressores istius
præcepti, quæ ipso facto incurritur. Siqui-
dem in cap. *Omnia utriusque sensu* solum
præcipitur, ut huiusmodi transgressores ar-
ceantur ab ingressu Ecclesiarum, & priventur
ecclesiastica sepultura: quibus poenis subie-
cti sunt qui alterutrum præceptorum, vel
confessionis, vel communionis, transgre-
diuntur. Communitè tamen loquendo ne-
mo præceptum communionis violat, qui
prius non transgrediarit præceptum con-
fessionis. In singulis dicendis Episcopi
statuere solent censuras, ipso facto inben-
das a transgressoribus istius præcepti. Idcirco
cuiusque loci consuetudines observandæ
sunt. Et hæc dicta sufficiunt de quinque
Ecclesiarum præceptis. De duobus ultimis
plura alia dicemus in tractatu de sacra-
mentis Penitentiarum, & Eucharistiarum.

FINIS TOMI QUINTI.

THEOLOGIA CHRISTIANA DOGMATICO-MORALIS

AUCTORE

F. DANIELE CONCINA

ORDINIS PREDICATORUM.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS SEXTUS.

DE IURE NAT. ET GENT. &c.

Adversus Pufend. Barbeyr. Thomaf. aliosque Novatores.

ROMÆ, MDCCLXVIII

SUPERIORUM PERMISSU.

PROSTANT VENALES VENETIIS

APUD SIMONEM OCCHI.

CUM PRIVILEGIO EXCELLENT. SENATUS.

1. Bonacina *disp. xv. quæst. vii. puncti.*
 2. *num. 9. Nugus quæst. lxxxii. artic. 3.*
 Fagundes *præc. 3. Lib. I. cap. v. numer. 9.*
 Portel *num. 5. Ioannes de Cruce in Epit-*
om. Lib. II. cap. v. dub. 4. conclus. 2.
 Emmanuel *Sa. verb. Euchar. num. 10. Gra-*
nados tract. xvi. disp. vi. num. 4. Leander
tract. vii. disp. iii. quæst. x. & apud
 ipsum Layman, Regidius, Valquez, &
 alii committunt.

IV. Aliqui Casuilla, ut Ioannes de
 Cruce, & Portel, docent, Regulares
 posse in articulo mortis ministrare secularibus
 Eucharistiam per modum Viatici.
 Sed hæc opinio falsa est: & allegata pri-
 vilegia Pauli IV. apocrypha sunt. Tan-
 tummodo Parocho deficiente, Regulares,
 & quilibet Sacerdos possunt in mortis ar-
 ticulo proximo Viaticum fidelibus admini-
 strare: quoniam, si possunt in tali extre-
 mo eventu sacramentum penitentiae im-
 partire, potiori iure valent etiam sacrum
 Viaticum porrigere.

X. Advenæ, & peregrini, qui ad pro-
 prias parochias redire nequeunt Paschalis
 tempore, satisfaciunt præcepto communio-
 nis paschalis, in quacunque Ecclesia,
 sive Regularium, sive aliorum Sacerdo-
 tum, suscipiant Eucharistiam a Sacerdo-

tibus facultatem habentibus illam mini-
 strandi. Parochiani de licentia expressa suorum
 Parochorum possunt communicare in
 Ecclesiis Mendicantium. Secus dicen-
 dum de sacramento matrimonii cuius ad-
 ministratio a potestate pendet iurisdictionis.
 Hæc omnia apud Auctores extra dubita-
 tionis aleam versantur.

XI. Iure communi nulla pena, seu
 censura lata est contra transgressores istius
 præcepti, quæ ipso facto incurritur. Siqui-
 dem in cap. *Omnia utriusque sensu* solum
 præcipitur, ut huiusmodi transgressores ar-
 ceantur ad ingressum Ecclesiarum, & priventur
 ecclesiastica sepultura: quibus poenis subie-
 cti sunt qui alterorum præceptorum, vel
 confessionis, vel communionis, transgre-
 diuntur. Communitè tamen loquendo ne-
 mo præceptum communionis violat, nisi
 prius non transgrediar præceptum con-
 fessionis. In singulis dicendis Episcopi
 statuerent solent censuras ipso facto inben-
 das a transgressoribus istius præcepti. Idcirco
 cuiusque loci consuetudines observandæ
 sunt. Et hæc dicta sufficiunt de quinque
 Ecclesiarum præceptis. De duobus ultimis
 plura alia dicemus in tractatu de sacra-
 menti Penitentiae, & Eucharistiae.

FINIS TOMI QUINTI.

THEOLOGIA CHRISTIANA DOGMATICO-MORALIS

AUCTORE

F. DANIELE CONCINA

ORDINIS PREDICATORUM.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS SEXTUS.

DE IURE NAT. ET GENT. &c.

Adversus Pufend. Barbeyr. Thomaf. aliosque Novatores.



ROMÆ, MDCCLXVIII. [®]

SUPERIORUM PERMISSU.

PROSTANT VENALES VENETIIS

APUD SIMONEM OCCHI.

CUM PRIVILEGIO EXCELLENT. SENATUS.

THEOLOGIA
CHRISTIANA



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS

PRÆFATIO,
IN QUA

Noussulle animadversiones in Librum XXVI. Operis inscripti DE L'ESPRIT DES LOIS &c. idest de legum spiritu, premittuntur.

E Prælo iam emerferat Tomus iste VI. & cum publicam subire lucem deberet, ab amicis intellexi, laudarum opus, nuperime ultra Alpes editum, tanta aviditate, & plausu susceptum fuisse, ut intra breve temporis intervallum reperitis typis prodierit, atque Italiam nostram, non sine religionis detrimento, penetraverit. Quædammodum enim illos Casulitarum libros in quibus severæ Morâs christiane leges exquisitoribus facis, & blandioribus lenociniis attemperari humanis appetitionibus solent, facilius distrabi conspiciamus; ita quoque libri illi tranfalpini qui per cuniculos religionis principia impetunt, & ad fidera usque extolli a non paucis sciolis consueverunt. *Spiritus legum* Cenfor protestatur, se obsequio summo religionem colere, eiusque inconcussa fundamenta facta tecla custodire velle. Omnes qui aperte profiteri impietatem reformidant, iactare similia solent, & tanto validius imponunt, quanto & maiorem præferant religionis speciem, & acutioris præditi ingenio sunt. Auctor noster pro tribunali iudex sedens leges sub examen inducit, & in ipsa divina iura iudicium pronunciat, & eaque cerebri sui decempeba metitur, inflectit, restringit, amplificat, & ad ea quæ sibi adlubescunt, detorquet.

II. Priusquam illius verbis hoc quod proposui, evinco, præmittam oportet, quam immane perpetret scelus qui iudicandæ divinæ legis facultatem sibi usurpare incredibili audaciâ, & fatuitate non verentur. S. Iacobus cap. iv. inquit: *Si autem iudicatis legem, non est factor legis, sed iudex.* Quisquæ divina perflusus hinc perhorrescit, dum audit mortalium aliquem eo stultitiæ impetu abreptum, ut iudicare Dei legem audeat, atque adeo supremo Numini divinitatem & sapientiam auferre, sibi quæ subicere; quod longe scelestius est quam supremorum Senatuum sententias pagorum iudicibus submittere. Nemo adeo insanit, ut sub hac nuda facie velit iudicare legem Dei, a Deo tollere ultimi, supremique hinc rationem, Filium Dei rursus crucifigere, & alia istiusmodi scelera patrare; at hæc omnia incrustata & facis delibata, non secus, ac agroti pillulas suas, & pisces latentem hamum, facillime plures deglutiantur.

III. Porro ut quis intelligat quid cognoscere legem sit, & quid iudicare legem, audiat S. Augustinum, qui *Lib. de ver. relig. cap. xxxi.* hæc duo præclare distinguit. *Sicut in istis temporariis legibus, quamquam de his homines iudicent, cum eas institutos, tamen cum fuerint instituta, atque firmata, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Conditor tamen legum temporarium, si vir bonus est, & sapiens; illam ipsam consultat æternam, de qua nulli animæ iudicare datum est, ut secundum eius incommutabiles regulas, quid sit pro tempore iubendum, retandumque discernat. Æternam igitur legem mundis animis fas est cognoscere, iudicare non fas est. Hoc autem interest, quod ad cognoscendum satis est ut videamus ita esse aliquid, vel non ita. Ad iudicandum vero addimus aliquid, quod significamus posse esse, & aliter, velut cum dicimus, Ita esse debet, aut ita esse non debuit, aut ita esse debebit, ut in suis operibus artifices faciunt.*

IV. Non poterat Doctor sanctus vividioribus depingere coloribus ea quæ mox sum ex indicato Cenfore rescripturus. Illi itaque divinas leges iudicant qui eadem

ad suas præiudicatas sententias, & præcognita systemata detorquent. Et in hunc scopulum omnes illi impingunt qui divinis Scripturis, Sanctorum, & Ecclesie auctoritatis neglectis, ad propriæ rationis, uniusque tenebris circumfusæ iudicium, Dei leges revocant. Superbam istorum temeritatem reprimat *hom. xx. in cap. vii. Math. S. Ioannes Chrysostomus eodem ac Augustinus principio. Erat enim, inquit, docens eos sicut potestatem habens. Omnis verba servus est legis: quia neque supra legem addere potest aliquid de suo sensu, neque subtrahere aliquid secunium proprium intellectum; sed hoc tantummodo prædicat quod habetur in lege. Neque enim potest mens humana directare, id est extra rectum sacre, scilicet perversum, vel malum ostendere quod scientia divina dilator. Sic enim ait Moyses, & Salomon: Non aidas verbis Dei, neque detrahas inde. Qui autem hoc ausus fuerit, se sapienterem putat esse quam Deum: & incipit esse falsus testis, quia illud dicit quod neque auris audivit, nec oculus vidit.*

V. Hæc pauca præfari oportuit, ut lector intelligat cui periculo se committat quicumque in Dei leges ferre iudicium audeat. Porro ut evidenter palam faciam, Auctorem nostrum se divinarum legum iudicem constituisse, & prima religionis fundamenta corrodere, eam tenebo methodum cui adhaereo, dum morum præcepta a novis commentis asserere pro modulo meo studeo. Quoties quorundam Casuistarum paradoxa refellenda mihi occurrant, prius ex eorundem libris opiniones propriis verbis conceptas in apertum traduco, sinceritate summa, quidquid in oppositum fabulentur rabula nonnulli: deinceps illarum fallitatem brevissime pandō. Hanc nunc insulam viam. Pauca dumtaxat ex citati operis *Lib. XXVI* refellenda transcribam: quod Italorum nostrorum vir eruditione, doctrina, & morum probitate clarissimus per litteras suasit, ut hunc scilicet librum legerem. Parvi, & continuo in eodem deprehendi venetica impietatis semina arguti sententis, eleganti stilo, & exquisita eruditione involuta, atque eo ingenti acuminè preparata, & disposita, ut ab imperitis deglutiri facillime valeant.

ANIMADVERSIO PRIMA.

in cap. Lib. XXVI, pag. 18.

VI. „ La force de la religion vient de ce qu'on la croit; la force des loix „ humaines vient de ce qu'on la craint. L'antiquité convient à la religion, parce „ ce que soient nous croyons plus les choses à mesure qu'elles font plus recu- „ lees: car nous n'avons pas dans la terre des idées accessives tirées de ces tems „ la qui puissent les contredire. Les loix humaines au contraire tirent avantage „ de leur nouveauté &c. Quæ sic latine reddo. „ Religio inde suam vim accedit quod „ quis illam credat. Legum humanarum vis inde proficiscitur quod quis eam timeat. Reli- „ gioni antiquitas convenit, quoniam frequenter quæ recentiora sunt satilias credimus, „ quod menti nostræ obvia non sunt illa quæ pornerunt contra opponi, dum creduntur „ in lucem. E contrario leges humanæ emolumentum ex novitate comparant &c.

VII. Vides hic leges divinas inter & humanas institutam comparationem. Divina religio, non a Deo, sed ab hominum persuasionem suam robur accipit? Commemurum ergo humane mentis, religio est; si inde eius constat firmitas quod tu illam credas. Utique religio suam in eos qui illam non credunt, neque vim, neque imperium exercet. Quid inde? Ideo ne ab istorum credendi exercitio suam capit vim, stabilitatem, veritatemque? Hæc manifestam olent impietatem, & ex Hobesiano fonte derivata sunt. Vide infra *diff. 1. & IV.*

AN I.

in cap. II. Lib. XXVI, pag. 36.

VIII. „ Qu'il ne faut point décider par les preceptes de la religion lors „ qu'il s'agit de ceux de la loi naturelle. „ *Dum de legis naturalis mandatis des-* „ *tinandum est, haudquaquam in subsidium vocare religionis præcepta oportet.* Nul- „ lum ne scdus, commercium nullum juris nature cum divinx religionis iure? „ Pugnare ne hæc duo simul? A duobus ergo disparatis principiis, religionis, „ & natura mandata proficiscuntur? Quidam? reponit ibidem. „ Qui ne voit „ que la defense naturelle est d'un ordre supérieur à tous les preceptes? „ *Quis non videt, defensionem naturalem ordinis superioris esse omnibus preceptis? Si om-* „ *nibus mandatis præire defensio naturalis debet; ergo etiam præceptis obediendi* „ *tum Deo, tum supremis terre potestatis.* Suffodit itaque hæc absoluta & „ nullo termino circumscripta regula vel ipsius terreni principatus fundamenta.

ANIMADVERSIO TERTIA.

in cap. VIII. Lib. XXVI, pag. 37.

IX. „ Qu'il ne faut pas regler par les principes du Droit qu'on appelle „ canonique les choses reglees par les principes du Droit civil. „ *Quæ iuris* „ *civilis principis reguntur, pendere haud debent a principis iuris quod nuncupatur* „ *canonicum.* Quod frequenter iuris civilis controversiæ dirimi, in consulti iuris „ canonici principis, valeant, nemo est qui inficietur. Quoniam frequenter ni- „ hil de rebus que penes civiles forum in controversiam vocantur, ius canoni- „ cum statuit. Verum Censor spiritus legum omnium ultra pergit, contentidie „ respectu eiusdem rei iure canonico definitæ præferendas esse iuris istiusmodi de- „ finitionibus, iuris civilis decisiones. Hæc enim ibidem subicit. „ Comme le „ mari peut demander la separation à cause de l'infidelité de la femme; la „ femme la demandoit autrefois à cause de l'infidelité du mari. Cet usage „ contraire à la disposition des loix Romaines s'est introduit dans les cours „ d'Eglise, où l'on ne voyoit que les maximes du Droit canonique, & effe- „ ctivement, à ne redarguer le mariage que dans des idées purement spirituelles, „ & dans le rapport aux choses de l'autre vie, la violation est la même. Ma „ les loix politiques, & civiles de presque tous les peuples ont avec raison di- „ stingué ces deux choses.

X. Hæc omnia latine non reddo, sed paucis perstringo. A terius æternæ vi- „ tæ ratione habita, matrimonii violatio eadem in viro ac in muliere est. Mox „ iste Romanorum legibus adversus incestus in Ecclesiam, in qua iuris canonici „ prescripta vigent, fuit. Verum omnium populorum leges cum politice, tum „ civiles, iure & merito hæc duo distinguere, & regulam æternæ vitæ legi „ contrariam confirmantur. Christianus ne est qui ista eructat? Sed quia mox hæc „ eadem clarius repetiturus est Censor noster, ad alia propero.

ANIMADVERSIO QUARTA.

in cap. XI. Lib. XXVI, pag. 38.

XI. „ Que les choses qui doivent être reglees par les principes du Droit „ Cons. Theod. Tom. VI.

4 3

„ ci-

„ civil , peuvent RAREMENT l'être par les principes des loix de la religion . “ *Quæ moderari principis iuris civilis debent , RARO dirigi legum religionis principis queant , In impium Petri Belii effatum , quod nempe religio , & status civilis haud bene una societur , prolapsus Censor est , qui tamen alibi Bello talia effutienti intercessit . Quid ? Deus legum religionis institutor , & Princeps terrenus iuris civilis conditor , ita duo sunt supremi legislatores , ut Princeps terrenus raro a Deo in sui principatus regimine pendeat ? Quem prodit sensum oraculum istud ? Per me Reges vequant , & legum conditores iusta decernunt : PROV. VIII .* Sed iterum audiamus legum Censorem , qui *ibidem pag. 39.* hæc adicit .

XII . „ Ainsi quelques respectables que soient les idées qui naissent immédiatement de la religion , elles ne doivent pas toujours servir de principe aux loix civiles , parce que celles-ci en ont un autre , qui est le bien general de la societé . “ *Idcirco quantumvis veneratione digna sint dictata quæ immediate a religione procedunt , non propterea semper legum civilium norma esse debent , cum hæc alio nitantur principio , quod est bonum universale societatis . Expedi itaque contra religionis edicta frequenter agere ? Leges civiles principis religionis norma adverfis nituntur ? Hoc universale societatis bonum pugnat ne , aut convenit cum religionis bono ? Pugnat , inquit Censor , & raro mutuum hæc duo iure socius valent . Idcirco religionis bonum negligendum , & societatis civilis bonum promovendum ? Hæc sunt istius Politici , si Superis placet , Christiani venusta commenta . Non ergo sapientissimus Moderator Deus ita imperia sacra , & civilia disposuit , ut necessario servato subiectionis ordine miras sibi manus darent ? Lege infra *diff. IV.* Piget enim tam irreligiosa paradoxa sæpius resellere .*

ANIMADVERSI O QUINTA .

in cap. X. Lib. XXVI. pag. 41.

XIII . „ Dans quel cas il faut suivre la loi civile qui permet , & non pas la loi de la religion qui defend . “
 „ Lorsqu'une religion , qui defend la polygamie , s'introduit dans un pais , où elle est permise , on ne croit , a ne parler que politiquement , que la loi du pais doive souffrir qu'un homme qui a plusieurs femmes , embrasse cette religion , a moins que le magistrat , ou le mari ne les dedomagent en leur rendant de quelque maniere leur état civil . Sans cela leur condition seroit deplorable ; elles n'auroient fait qu'obeir aux loix , & elle fe trouveroient privees des plus grands avantages de la societé . “

XIV . *Quo in casu legi civili permittenti , scus religionis legi prohibenti obediendum est . Quotiescumque religio que polygamiam vetat , in aliquam introduitur regionem , in qua illa permissa est , non videtur , si politice dumtaxat loqui volumus , quod nationis lex permittere debeat ut homo qui plures uxores habet , amplectatur hanc religionem , nisi saltem magistratus , aut maritus eisdem compensent , & statui civili reddant . Hæc conditione sublata , carum sensus deplorabilis esset . Ipsa nihil nisi obedientiam legi præstitissent ; & ipsa magnis societatis emolumentis destituta forent .*

XV . *Leges civiles ea probare valent quæ iure natura & religionis vetita sunt ? Quoties religio christiana , quæ uxorum pluralitatem vetat , invehitur in aliquod regnum , in quo lex contraria habendi plures uxores obtinet , lex ista & naturali , & divinx*

prævalere legi debet ? Dubio procul , saltem politici regiminis ratione habita , clamat novissimus legum Censor . Unde , quæso , & ex quo fonte , an Machiavellico , an Hobbesiano hæc politica ratio manat ? An Deus naturæ humanæ conditor eiusdem propagationem communitati generis humani non præcipit ? Deum ne naturæ auctorem latet num unum , an pluralitas uxorum ad hæc societatis amplificationem conferat ? Poterat ne superciliosus Censor insolentius , atque audacius in religionem debacchari ? Alterutrum fateatur necessum est : aut Deum secum pugnare , dum propagationi humani generis præcipit , & polygamiam vetat ; atque hæc humane propagationi non obesse . Vide infra *diff. 2. cap. XIV. n. 27.*

rigentium; visum est tamen pauca tantum, etque generalissima legere que generalia, quam initio proposui, legum naturae descriptionem aliquatenus expleant, & in unico discrimine, omnium legum naturalium patetia, paulo aperius consistant. Illud autem ita se habet. *Benevolentia maxime singularium agitur, et naturalium erga omnes statum constituit singulorum, omniumque benevolentiam quantum fieri ab ipsis potest sollicitissimum; & ad statum eorum, quomodo possunt esse, sollicitissimum necessarium requiritur, ac prout commune bonum erit, supra lex.* Quam hanc propositio, que totius serie capituli doctrinam continet, sit implexa, atque obscura, nemo non videt. Nec clarius explicatio quam continuo Auctor exhibet. Nominem *benevolentiam*, non quamcumque voluntatem languidam, & emortuam, que nihil pariat, sed efficacem, cui effectus respondeat, se intelligere declarat.

Illius interpretes *Masius*, & *Barbeyrac* merito pugnant in interpretanda hac voce *benevolentia*. Ille quippe hoc pacto argumentatur. Tametsi actioes aliquas individuam in bonum commune, atque totius humani generis felicitatem tendant, non propterea consequitur propriam ipsius individui felicitatem illis procurare. Deinde animadvertit, *Cumberlandum* hac voce *benevolentiam* modo intellectum quo ad amandum alios ducitur, modo actiones que ex eodem intellectu proficiunt, intelligere: quo in sensu concludit accipi generalem naturae legem minime posse. *Barbeyrac* in suis enarrationibus ad *Cumberlandum* refert interpretem Anglem, nempe *Maxwell*, atque ineptas esse quas opponit difficultates. Contentis *Barbeyrac*, *Cumberlandum* hanc propositionem evidentem demonstrasse: Benevolentiam universalem magis maxime promovet possibilem felicitatem generis humani: ergo magis maxime promovet possibilem felicitatem huius, aut illius individui. Ignorantia arguit Anglum interpretem, quod in questionem vocaverit sensum in quo *Cumberlandum* benevolentiam accipit. Luce quippe meridiana clarius, inquit est, Auctorem nostrum benevolentiam nomine actum liberam voluntatis nostrae, cognitione, deliberationeque productum, intelligere. Nec ipse inficior, *Cumberlandum* nomine benevolentiae non raro autem deliberationem accipere. At non minus certum est serpe etiam eum naturae insinuat benevolentiam consistere. Comparat liquidem *cap. 11. §. 22.* hanc benevolentiam amori illi quo animalia ad propagandam speciem feruntur. Ego

(inquit) tantum aditiam, manifestum adducens esse, animalia hoc modo in alterius sexus, & proli amorem impelli, atque ad ea, quae sunt, exant, quam sensu sepe ipsa facile decantur ad alia, atque alia ad amanda, donec amor tantum omnia cognoscere ad naturam similitudinem complectatur, atque adeo in communi animinatione naturae fundationem esse illud, quod multiplici experientia observatione, homines post susceptam prolem pacis esse maxime, & propensiones ad prolem suscipiendam omnes ad pacis amorem disponere.

III. Ut ab ultimis verbis incipiam, quis crederet, Scriptorem hunc adeo potuisse desipere, ut cum ipsa manifesta experientia pugnantem ausus fuerit? Impotens ille amor quo homines ad concubitum cum mulieribus abripiuntur, primum est legum naturalium principium? Eiusmodi amor quo individua multiplicatur, unice bonum commune spectat? Iuvenes illi qui puellam amore fuerit, contemptis legibus tum naturalibus, tum divinis, humanisque, nullum non movent lapidem, ut libidinem expliant, numquam bonum promovere commune student? Numquid iuvenes isti propagandae stirpis benevolentia agunt? Tali nec commercio licetias coallescit? An non & religionis, & societatis leges similem congressum quam levitissime vetant? Nihil itaque tam falsum quam quod scribit *Cumberlandus*, *propensio nomen ad prolem suscipiendam omnes ad pacem disponere. Itaque in communi animinatione natura fundatum esse. Oppositum experientia docet. Propaganda proli amor animalia ipsa, nedum homines, insipidiora, zolotyia, anxia, & belligera efficiunt. Nonne galli, gallinarum multitudine lipasus, flocculentem, atque in suas amalas ingredientem gallum videt, eum consensim aggreditur, nec a vislor evadeit? Similia in ceteris animalibus plus minusve conspicimus. Evidentia quoque est, periculum esse *Cumberlandum* istum, videlicet *propensioes propagandae stirpis pacifice efficere animalia.**

IV. At non minus festiva est, & ridicula altera eiusdem propositio, scilicet *homines post susceptam prolem pacis esse amantiores*. Quin nihil magis hominem anxium, turbulentum, cavillatorem, ultraproterque efficit, quam proli multitudo. Quas angustias sustinet paterfamilias ut filibus providat, ut filios patrimonio dicit? Que bella passim alijs non suscipiant, ut vicinorum bona capiat, quibus filios opulentos reddat? Amor itaque propagandae stirpis non pacem,

non

non concordiam, sed rixas, discordias, bella, homicidia parit. Amor ille non bonum commune, sed privatum, summo impetu anhelat. Quid, si dissidia provinciarum, regnorumque calamitates, quas amor multiplicanda proli, seu amor explenda libidinis peperit, oratione complecteret? At sunt haec omnibus nota. *Bonum commune* hominibus laetum? Utrique bonum commune est id in quo hominum actiones tendere debent. Sed quis hominum actiones, de qua loquitur Augustus ille, nihil homines minus deliberate curant quam commune bonum. Extra mentem raptae fuerit oportet *Cumberlandum*, cum talia scripsisset. Bonum quippe proprium est quo homines agunt, & sibi mancipia efficiunt. Boni proprii amor dominatur, imperat, iubet. Haec studia, curae, molimina omnia tendunt. Omnes suam propriam, non communitatem frequentant, & ut beati evadant, miser efficiunt.

V. Sed quae hoc eodem *cap. 11. Cumberlandus* scribit, examinanda occurrunt. Iam sub initium *cap. 1. monuit*, ut vidimus supra legum naturalium doctrinam in naturalibus corporum observatione a Physiologia agitur, res saltem. Quod ut evincat, *cap. 11. §. 23.* inquit. Postulat methodi praestare ratio ut, non nulla expendamus quae hominum corporibus propria sunt, ut videamus, an non illi homines ceteris animalibus aptiores res faciant ad benevolentiam motum inter se exercendam, atque adeo ad societates magis amicitias constituendas. Proprium autem hominis esse ferit ingenium cerebrum, cuius virtute homines ad pacem, ad societatem aptiores esse contendit, his verbis. "Cerebri magnitudo insignis est in proportionem sui corporis, ut habet Aristoteles. Et ut plurimum hominum duplo plus cerebrum habet quam bestiae, nempe ad liberum quatuor, vel quinque pondus. Inde vero sic ratiocinandum esse puto. Corporis humani mediocritas pondus non attingit ultra quatuor pondus ponderis corporis bovini; & tamen duplo plus cerebri ei concessum est in regimine tantilli corporis. Inde sequitur, octuam cerebri datum esse ad regendum aequali pondus membrorum. Ipse etiam convexus, peris, corpora ovium maiorum, & porcorum, tum corpora pondere corporum humanum exaequant. Eorum autem cerebrum tantum octavam circiter partem habere ponderis cerebri humani. Ex his autem sponte sua hoc sequitur, maiorem & molem, & vim cerebri, que in homine consistit, eiusmodi trahit insurre, ut multiplicem aequam

sen motuum varietatem inde pendenter diligenter deliberatione, consilio, & cura (qui uti luit cerebri peculiariter) dirigat. Hoc autem fieri aequo, quam sibi maximum proponendo, commune aequo maxime, verbi, hominum, tantum vero, rationalium praesepit, & optima media commodissima ratione sollicitando, id est, efficaci benevolentia rationales sibi omnes devinciendo... In avibus aliquot, & pitibus cerebri quantitas adeo exigua est, ut ad oculorum suorum mole & pondere aequetur, quandoque etiam superetur. ... nec his tamen hoc deest ingenii, ut pacate agant cum animalibus sui generis. Quanto minus hoc deest se potest (salsa ipsorum leilitate) hominibus universim, qui amplissima agenda cognitionis instrumenta donantur, praestant cum in cerebri uti ad protectionem veri, bonique maximi, maxima pars felicitatis humanae consistat."

VI. Hoc itaque est illud Britanni Philosophi ratiocinium. Homines exerenda benevolentia adversus sui similes, & ad incrementum cum eisdem societatem aptiores sunt ceteris animalibus, quod illorum cerebrum superet in magnitudine aliorum animalium cerebrum. Et hoc unum ex principis quibus refutat Thomam Hobbellum, inquitent, *hominis pesis, lapis, & serpentibus esse ferociores: statum eorum naturale esse statum belli omnium in omnes nullam inter eos esse naturam boni, vel mali publici, antequam civitates constituerent: adeoque nullam eiusmodi boni civitatis, nullum eius oppositum. Quod ut evincat Hobbellus, hanc inter ceteras affert rationem *Levanti, cap. 20.* Bruta inter animalia & diamum non distinguunt: ita que, quantum bene sibi est, ceteris non insulant. Homo autem tunc maxime mollescit, quando ovium, opibusque maxime abundante enim sapientiam suam in regentium actionibus reprobendis ostentare amat.*

VII. Ut hinc emorem *Cumberlandum* refellat, praes alij rationibus unam opponit ex celebri magnitudine accersitam. Unde autem colligit *Cumberlandum*, hac cerebrum praedictum esse prerogativa, qua societas, & mutua benevolentia homines inter promovetur, & custodiatur? Quam illis effectus rationem assignat? Nullam omnino. Nos contra habemus, unde illius principii falsitatem ostendamus. Nam, si illud consisteret, inde sequeretur, homines maiori omnes cerebri aptiores, & efficaciores esse ad benevolentiam, & societatem exercendam, promovendamque. At frequenter evenit, ut ma-

gn

eamque considerat, ceteris relictis, quæ ex culpa originali, quæ Philosopho latet, eadem acciderunt. Cum itaque natura hæc humana seorsum a benevolentiam naturæ, utre, tamquam fundamentum ipsam naturalium, & societatis mutue, hanc designamus benevolentiam.

XIV. Existimamus moralem Philosophiam Proteclantium eo pertinere, de hominum, qui res ipsa extant in mundo, mores formaret; at mea me sefellit opinio. Istorum Philosophia moralis naturam humanam spectat ut abstractam, & in metaphysica præcissione existentem. Hi sunt medici, qui ægrotum invidentes naturam humanam, ut ab infirmitate qualibet immannem, sanare student. Nec illi peritissimi medici? Sinamus ergo Scriptores istos Ethicis cæciores. Utrique vires nature expendende, mediandique. Considerandum, quo natura ex se propendat, quo inclinet, quo tendat. Verum una eandem morbi affectione, inestine revolutione considerande; & quid res ipsa valeat, tota mentis indagare pertinandum est. Porro natura ista ex una parte ad societatem, ex altera ad divisionem, leparationemque fertur. Paganorum Doctores, causam istius intestini belli negligentes, idoneam sanande naturam medicam ignorarunt. Istorum vestigia persequi novatoribus placet. His itaque in insanam tenebrarum ipsa caligine relictis, veritatem paucis manifestemus.

XV. Amor est qui, veluti clavus navim, hominem, hominumque locotatem moderatur, flectit, subicit, erigit, quoquecumque velit. Rex est qui omnibus appetitionibus imperat, qui obsecra sperat, qui grandis molitur, qui non agit perperam, non invidet, non emulatur, non est ambitiosus; sed omnia facit, omnia suffert. Amor ille primorum naturalis rationis lumen dirigitur; deinde & hæc, & flamma sacelli fovetur, accenditur, & perficitur. Amabile Paganorum, eumque Lutherani, & Calviniani rejiciunt, repudiant. Lumen itaque tum naturale, tum divinum benevolentiam humanam dirigit, roborat, & farsum effert. Hæc benevolentia, præfatio lumine directæ, locotatem veram inducit, pacem alit, tranquillitatem fovit. Hæc est doctrina sancti Pauli Apolloli Epistolæ ad Rom. cap. 11. *Qui diligit proximum suum, legem implet. Nam non adultentibus, non occidit, non furtivis, non falsum testimonium dicit, non concupiscit, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo satisfactor: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Diligito proximi malum non operatur. Plebitudo ergo legis est dilectio.*

XVI. Revolet Britannus Philosophus Camberlandus hominum locotatem, legesque naturales in benevolentiam matris cum muliere concumbentis, in libidinem humanam nulli tempore limitatam, in vasa spermatica ampliora in homine quam in brutis. Quoniam hæc philosophandi ratio, Proteclantis heretico revera digna, lat est ut heinc colligas, quo in pretio habendi sint libri quod ad illustrandam naturam ius evulgant Lutherani, & Calviniani. Hæc sunt opera digna ut *Barbaryæ* penicillo dealbentur. Hi sunt sapientes illi aquilonares, qui iacentem, obcuratamque iuris naturæ scientiam ad pristinam lucem relinuerunt; qui, exclusâ doctrina revelatæ, supernoque lumine, iuris naturalis arcana reletere contendunt.

CAPUT III.

Doctrina S. Thomæ de homine propter finem operante. Finis, qui principium extrinsecum est humanorum actionum, notis, & partito, plures hoc de argumentatione. Admittit ad Professores, Wolfianos, & Heimerianos.

INter præcipuas angelicæ doctrinæ prærogativas, periclitatus, & ordo admirandus in primis respiciend. In prima hæc Summæ parte Dei existentiam, naturam, attributa, personarum pluralitatem, potestatem, vimque creatricem illius universi, & innumera alia arcana que Dei naturam consequuntur, incredibili claritate exponit. In secunda eisdem Summæ parte, quam eius Affectus in partes duas tribuerunt, de homine propter finem operante sermonum instituit; argue eundem officia adversus se, adversus Deum, adversus ceteros homines linguatim periclitatus, & ordine declarat. Quid natura vires valeant, quibus auxilii egent, ut se in officia exerant, dispicit. Intellectus, & voluntatis, que sunt duo iuris nature proxima principia; operationes omnes tam ordinate enucleat, tanta luce perfundit, ut in admirationem raptus lecthor hæret.

II. Quoniam vero amor est qui in homine dominatur, ut capite superiore diximus, ad amore ultimi finis S. Thomæ lumen primam considerate partis applicat. In isto lumen libri doctrinam, qua Doctores Anglicani in Commentariis super *Ethic. Arist.* ideam veluti universalem hominis, se, Deum, & ceteros homines respicientis, perhibet, in medium producit. In præfens, qui idem Doctores sanctus in sua 1. 2. de hominis officis mirabili

ordi-

ordine tradit, exponit. Primam suam questionem in octo partitur articulos. Nos vero sequentibus quælionibus omnia perlingemus. Facilia quippe sunt, & omnibus pervia que hoc in capite dicturi sumus, idcirco paucis expellenda.

III. Quæritur I. *Quid, & quotuplex sit finis, & an homini agere propter finem conveniat?*
Resp. Vulgari circumflectitur proverbio, in omnibus respiciendum esse finem, qui est humanarum operationum extrinsecum principium, & terminus. Principium in intentione, terminus in executione. Huc perinet quod Propheta David canit Psal. cxviii. *Inveni cor meum ad faciendo iustificationes tuas, propter retributionem.* Communis finis notio hæc est: *Id cuius gratia aliquid fit.* Duplicem distinguit finem Angelicus. Unum appellat *cuius*, alterum *quo*. Ille res ea est ob quam consequendum agens operatur; hic est eisdem rei adeptio. Præter hos duos fines alius nominatur *finis cui*, videlicet cui queritur res illa que habet rationem finis *cuius*: ceterum existit et *finis cuius gratia*, homo est finis cui desideratur illa cetera merces. Alteram divisionem tradit S. Thomas in finem *operis*, & in finem *operantis*. Finis *operis* res illa est quam opus suapte natura spectat, & in quam tendit. Finis *operantis* est in quem agens ex suo arbitrio ordinat opus suum. Tandem celebris est divisio in finem *ultimum*, in quem voluntas omnia dirigit, & in quo sistit; & in finem *intermedium*, seu non ultimum, in quo voluntas non quiescit, sed ultra pergit; ut dum vult laborem propter mercedem, mercedem ab alendam vitam, vitam ob salutem anime, animæ salutem ob salutem gloriam, in qua tandem sistit.

IV. Homini agere propter finem convenit. Idque S. Thomæ ex ipsius humanæ naturæ fitione evincit. Homo quippe ratione, & voluntate a ceteris creaturis distinguitur. Quare actiones illæ humanæ dicuntur que a voluntate, rationeque deliberante procedunt. Aliæ enim actiones, que sine rationis deliberatione sunt ab homine, *hominis*, non humanæ appellantur sed ab homine ut animalis, non ab homine ut ratione prædito dimanant. Porro actiones illæ humanæ dicuntur que a voluntate agunt, sicut sibi præstituti, cuius gratia operatur. Ecce præstituta finem sibi debet? Quia nequit humana voluntas agere nisi propter bonum, quod est eisdem adequatum obiectum. Ergo, quoties deliberat agit, proponere sibi bonum debet. Bonum autem propositum finis rationem

Gene. Theol. Tom. VI.

habet. Ergo homini agere propter finem convenit.

V. Quæritur II. *Salus ne homini sit propter finem agere?* Resp. Negat S. Thomas 1. 2. Sed omnia agentia propter finem operari docet. Nullum quippe agens in actionem compere valet, nisi ab aliqua causa determinetur. Est enim indifferens ad hoc aut illud agendum. Ergo, ut hoc potius præ alio agatur, determinari ab aliquo debet. Porro hoc est discrimen rationales inter & irracionales creaturas, quod que ratione prædite sunt, lempitales movent per propriam voluntatem, præter rationis iudicio proponente finem, qui in sui prosecutionem voluntatem allicet; que vero finit rationis expertes, non movent seipsas in finem, sed moveantur ab alio. Nam si sensu carent, ab alio diriguntur in finem; ut sagitta in finem, seu scopum dirigatur a sagitante; que vero sensu prædita sunt, naturæ instinctu in finem ducuntur. Homo finem, & media finit consequendo idonea ærolicet. Bruta apprehendunt finem, & abique omni consultatione in eisdem naturæ incitatione rapiuntur. Aliqua bruta, ut canis, equus, &c. ita le gerunt in medium, que sibi obtinendo viam parant, electione, ut, consultatione præmissa, agere videantur; sed es ceteris operationibus liquida constat, in finem, non consilio illa duci. Nature autem omnes creaturas que ratione carent, dirigunt in finem. Bruta utique movent propter finem seipsa in rem que finis est, at finis rationem enim respectu ad media, & medium proportionem cum fine non distinguunt, nec consultiere super istem valent. Ceteræ creature sensu delictura extrinsecus tantum in finem moventur. Neque hinc colligas velim, homines a Deo non moveri in finem: moventur enim & illi, sed iuxta propriam naturam, libero arbitrio instructam.

VI. Hinc colligas, uno in sensu agentia omnia propter finem operari, quatenus ab auctore naturæ diriguntur in finem; altero in sensu solum hominem inter istius universi creaturas agere propter finem, quia lous finem cum mediis, & mediis cum fine consistit. Actiones ridendi, & mendii, admittandi, licet ab homine procedant, si tamen rationem præventant, sicut & prima cogitatio intellectus, & motus indeliberati voluntatis, non sunt proprie actus humani, cum non producantur ab homine per rationem agente. E contrario actiones ipse que brutis competunt, ut comedere, bibere, ambulare, &c. si fiant deliberatione imperante, humane sunt.

VII. Disputare hic Theologi solent, operetur

E

retur

notur ne Deus propter finem. Communis sententia est, illum agere ad extra propter finem, quatenus inquit propter aliud ordinat; non quatenus idem velit hoc, quia vult aliud; sed actio qua vult finem, et causa non est cur velit media; quia quo actu finem, eodem de media vult, & unum in seipsum ordinat, ut Salomon ait Prov. xvi. *Constituta propter se metipsum operatur et Dominus.*

VIII. In controversiam similiter vocant Theologi, num omnes actiones humane, tam elicite, necpe quae ipsa voluntas producit, quam imperate, nampe quae voluntas ab intellectu, & aliisque potentis, sunt propter finem. Communis sententia adfirmat. Nam actiones quae in medium executione occurrunt, ut contentus, electio, & vius, sunt eisdem finis effectus. Siquidem ideo voluntas eligit media, quia vult finem. Aliae actiones quae finem speclant, ut simplex volitio, & intentio, similitur sunt propter finem; quia voluntas a finis bonitate vel vera, vel apprehensa movetur. Bonitas itaque finis illicet movetque voluntatem in sui prosecutionem.

IX. Quaest. III. *Officia humana recipiuntur a fine loquenti, seu bonitate, ac malitia?* Resp. Humana officia, ut moralia, S. Thomas considerat; ita ut actiones humanas, & actiones morales pro eadem re accipiat. Porro has actiones humane iuxta a fine loquentem capere docent Scripturae divinae, & Patres. Inquit enim S. Mattheus cap. vi. *Si oculis vestris simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Quoniam textus iste interpretatur S. Augustinus Lib. II. de serm. Domini in monte. cap. xxi. *Oculus hic accipere debemus ipsam intentionem, quae facimus quicquid facimus; quae si mundata fuerit, & recta, & illud aspicitur, quod aspiciendum est; omnia opera vestra, quae secundum eam operamur, necesse est bona sint.* Quae omnia opera totum corpus appellavit, Lucianus item hanc explicit S. Doctor Lib. de morib. Manich. cap. uti. *Non nos vestramini turibus, & vinum non bibitis, signaculum vobis mirandum, & laudandum putatis. Quid quare a vobis quae sine factis? Eius enim, quae referuntur ea quae factimus, id est propter quem facimus quicquid facimus, si non solum vultu habet, sed etiam laudabili fuerit, hanc demum facta vestra habet aliqua digna sunt. Sin illi iure merito capiat, quae seclatimus, & intemur, cum in aliquo velisur officio; ad quoque officium vobis inpropudendum, vituperandumque dubitaverit. De Castina memoria proditum est, quod frigus, sitim, famem ferre poterat: haec erant illi iure, faceritlogae etiam cum Apostolis vestris commu-*

nia. Unde ergo discernitur paritudo ista ad Apostolis vestris, nisi sine illo, in quo discernimus sequentibus? Hanc S. Augustinus doctrinam ipse S. Thomas in hac vi. quaest. I. art. 3; allegat, & ratione sua confirmat. Actiones, inquit, humane & a principio, & a termino speciem capiunt bonitatis, vel malitiae. Principium autem extrinsecum actionis humane est finis, movens voluntatem, quae licet in eodem fine, executionis ordine peccato, tamquam in termino quiescit. Hinc concludit Angelicus Doctor. *Et ideo manifestum est quod principium bonitatis actionis, bonitatem sunt bonum, est finis; & similiter est terminus eorundem. Nam id ad quod terminatur actus humane, est id quod voluntas intendit tamquam finem.*

X. Quaest. IV. *Sit ne aliquis finis ultimus humane vitae?* Resp. Hanc quaestionem art. 4. proponit S. Thomas, qui adfirmat a fine viro, de quo in altera sequenti quaestione agit, & siclo. Ordinate quippe incedit, & a generalibus ad particularia gradum facit. Quaestio sic verbis respondet. *Impossibile est in finibus procedere in infinitum quatenus in parte: in omnibus enim quae per se habent ordinem ad finem, oportet quod, remota primo, remaneant ea quae sunt ad primum... Nam est impossibile in moventibus causis procedere in infinitum: quia non est primum movens, quo substracto alia movere non possunt, cum non moveant nisi per hoc quod moventur a primo movente. In finibus autem invenitur duplex ordo, scilicet ordo intentionis, & ordo executionis, & in utroque ordine oportet esse aliquid primum. Id enim quod est primum in ordine intentionis, est quasi principium movens appetitum: unde, substracto principio, appetitus a nullo movetur. Id autem quod est principium in executione, est unde incipit operatio: unde, isto principio substracto, nullus incipit aliquid operari. Principium autem intentionis est ultimus finis; principium autem executionis est primum movens quae sunt ad finem. Si ergo ex utraque parte possibile est in infinitum procedere, quia, si non est ultimus finis, nihil appetetur, nec aliqua actio terminaretur; nec etiam qualescunque intentio ageretur. Si autem non esset primum in his quae sunt ad finem, nullus incipit aliquid operari, nec terminaretur constituti, sed in infinitum procederet. Verum quia non habent ordinem per se, sed per accidentem sibi invicem contingunt, nihil prohibet infinitatem habere: causa enim per accidentem indeterminata sunt. Et hoc etiam modo congruit esse infinitatem per accidentem in finibus, & his quae sunt ad finem.*

XI.

XI. Integram argumentationem S. Thomae recensere volum, ut vel ex hac sola colligant Palendoriani, Wolfianique viri, ordinem, profunditatem, atque perspicuitatem rationum quo utitur Doctor Angelicus in quolibet sua firmamda sententia. Innumeris sunt fines particulares, qui ordinem per se, sine essentialiter non habent inter se: nec enim voluntas idoriam ad altero pendit in movendo appetitu, cum sint disparati. Quare voluntas a quolibet particulari sine incipere valet, eumque alteri subicere, cum nullus ex his finibus particularibus suapte natura alter determinatur sit, quin eisdem voluntas ab altero incipere possit. Hinc voluptuosis quarecitur pecuniam valet, ut epularet, ut fornicaret, ut ludat, ut adhaeret, & ad quemcumque alium finem, ob rationem datam, quod nullus ab altero in appetitu movendo pendet.

XII. Quaest. V. *Ultimus hominis volens ne esse plures ultimos finis?* Resp. Negat S. Thomas art. 8. redique rationes assignat. Prima haec est, *Unusquisque suam appetit perfectionem.* Ergo, quoties appetit bonum, tamquam ultimum finem, appetit ultimam, plenamque perfectionem, quae totum implet appetitum. Nisi enim totam appetitionis amplitudinem satisfiat, iam non esset ultima perfectio. Si totam implet, nil ergo alteri fini relinquit occupandum. Notio finis ultimi est, ut omnia referantur ad illum. Si quod essent ultimi finem; vel unus illorum amaretur propter alium; vel secus. Si primum, iam finis, qui propter alium amaretur, non esset ultimus, cum referretur ad alium, quae ordinatio ultimi finis rationi repugnat. Si secundum, neuter esset ultimus finis, cuius notio est, ut omnia propter ipsum appetantur. Altera ratio. *Sicut in processu rationis principium est id quod naturaliter cognoscitur; ita in processu rationalis appetitus, ita in processu appetitus, quae est voluntas, oportet esse principium id quod naturaliter desideratur.* Hoc autem oportet esse unum: quia natura non tendit nisi ad unum. Principium autem in processu rationalis appetitus est ultimus finis: unde oportet id in quod tendit voluntas sub ratione ultimi finis, esse unum. Tertia ratio eisdem modo est. *Cum actiones voluntariae ex fine spectentur, sicut supra habitum est, oportet quod a fine ultimo, qui est communis, formantur rationem generis; sicut & naturaliter procedunt in genere secundum rationem formalis communem.* Cum igitur omnia appetibilia voluntatis, inquantum voluntatis, sint unius generis, oportet ultimum finem esse unum: & praecipue quia in quolibet genere est unum pri-

muum principium: ultimus autem finis habet rationem primi principii, ut dictum est. Sicut autem se habet ultimus finis bonitatis simplicitate ad totum humanum genus; ita se habet ultimus finis huius hominis ad hunc hominem. Unde oportet quod sicut omnium bonorum est naturaliter unum finis ultimus, ita huius hominis voluntas in uno ultimo fine statuat. Nec verbum additio tam sublimi, & luculente doctrinae, quam ipse Chirilus Dominus confirmat, inquit Math. vi. *Nemo potest duobus dominis servire, qui scilicet superius sint, nec unus alteri subiacet.*

XIII. Quaest. VI. *Utrum homo, quae appetit, omnia propter ultimam finem?* Resp. S. Thomas art. 6. hanc proponit quaestionem, & affirmanter respondit ob duplicem rationem. Quoniam quicquid homo appetit, sub ratione boni illud appetit. Porro aut illud appetit ut bonum perfectum, & tam est ultimus finis: aut ut bonum minus perfectum, & tunc hoc bonum vult, ut tendat in bonum perfectum, quia semper inchoatio alius ordinari in perfectionem consummat, in ultimo in fine constituitur. Accedit quod ultimus finis eodem modo appetitum movet quo prima causa motus movet. Omnes autem secundae causae movere non movent, nisi leguntur quod moventur a primo motore. Igitur secundae appetibilia appetitum non movent nisi in ordine ad primum appetibile, quod est ultimus finis. Quatenus S. Thomas eisdem tereberit. Haec de re late disputat in *disput. quae. de caritate, art. 11. Quoniam alia referuntur in Deum non est possibile in hac vita; sicut non est possibile quod semper de Deo cogitetur...* Sed quod omnia virtualiter referantur in Deum, hoc pertinet ad perfectionem caritatis, ad quam unus tenetur. Idem dicitur dicitur relationem habitualement a virtuali his verbis. *Unde est habitualiter referre in Deum, & aliud virtualiter.* Habitualement enim referri in Deum etiam in his nihil agit, nec aliquid actualiter intendit, ut dominus. Sed virtualiter aliquid referre est agens propter finem ordinatum in Deum. Unde habitualiter referre omnia in Deum non est sub precepto, sed virtualiter referre omnia in Deum dicitur sub precepto caritatis; cum hoc non aliud sit quam habere Deum ultimum finem. Verum de hoc plura in *disser. de carit. dicta sunt, quae ibi vultu possunt.*

XIV. Quaest. VII. *Sitne omnium bonorum unus ultimus finis?* Resp. Finis ultimus sub duplici aspectu consideratur. Primo secundum generalem finis ultimi rationem, & sub hac consideratione unus est omnium finis ultimus.

E 2 Alto.

Altero modo spectatur ut res quadam particularis, in qua homo suum ultimum finem constituit: & sub hac consideratione unus non est omnium hominum finis ultimus. Quoniam non una omnium est sententia de re in qua boni summi, & perfecti, explicitis appetitionibus voluntatis, ratio sita sit. Nam hanc summi boni perfectionem alii in divinis, alii in voluptatibus constituant. Finis vero ultimus sub priori consideratione unus est omnium: siquidem omnes appetunt id quod existimant esse bonum summum & perfectum, quodque potens sit saturare utroqueque voluntatis appetitionem. Et in hoc ratio formalis finis ultimi sita est.

XV. Quæritur. VIII. *Utrum in fine ultimo alie creature contentantur?* Resp. In octavo articulo, quo suam claudit S. Thomas quæstionem, propositum dicitur quæritum, illudque paucis resolvitur. Finis *cuius gratia*, seu res que respicit est ultimus finis, unus est hominum, & animarum creaturarum. Omnia quippe Deus propter semetipsum operatur est. Si vero sermo sit de fine quo, non unus est hominum, & creaturarum irrationalium finis. Nam homines cognitione, & amore Deum indifferenter, alie vero irracionales creature ultimum finem, seu Deum, assequuntur, quantum aliquam Dei similitudinem participant prout existit, aut vivunt.

XVI. Perstringeret paucis velui primam questionem, quam in octo distribuitur articulos S. Thomas de homine propter finem operante tractat, ut aliquo insinuat ad patrem Pufendorfianum, Walsingham, Henneccianum, ceterique similes, qui Scholasticis obcurantem, iuris naturalis ignorantem, & tumultuarium scribendi rationem exprobrant. Quid, si omnia argumenta, que singulis articulis sibi obicit, dirimitque Angelicus brevitate, & eruditione summa, in medium attulisset? Porro hæc omnia viam aperiant ad naturam humanam, que iuris nature fundus est, peccatis cognoscendam. Et tamen ubinam celeberrimi iuris nature interpretes heterodoxi hoc primam humanarum ad bonum principium illustrant? Ubi Pufendorfianus, Heinneccius, Thomalinus, ceterique hanc doctrinam omnino primam explicandam, declarant? Que idcirco ius vitio vorto, quod, cum omnia perturbante, consueque permittant, temeritate incredibili summi catholici Ecclesie vitio imolare non erubescunt.

CAPUT IV.

De beatitudine, que est verus ultimus finis hominum. In nullo bono creato, sed in solo Deo sita est. Christiani Voluntatem suam bono propositione.

I. Primum S. Thomas universalem finem ultimi notionem displicet: postea rem ipsam, in qua hæc finis ultimi natura sita est, declarandam accedit. Paginorum Sapientie nullum aliud argumentum tanto studio ac illud de finibus bonorum, & malorum illustrant. Hac illorum cura, & ultimi contentus. Quinque libros insumptit Marcus Tullius. At nulla unquam causa inter eos finis in qua minus convenient, & de qua magis dissiderent. S. Angustinus Lib. XIX. de Civ. Dei cap. 15. adverteit, Marcum Varro nemeritate dicentis oboligata & octo sectas multo potantibus super illa felicitate que beate homines valet. De finibus autem (inquit Angustinus) bonorum, & malorum multa, & multipliciter inter se philosophi disputant. Quam questionem maximo intentione versantes, inveniri conati sunt quid esset hominem beatum. Illud enim est finis boni respicere, propter quod appetenda sunt cetera, ipsum autem propter seipsum. Finem ergo bonorum dicimus, non quo contentatur, ut non sit, sed quo proficelatur, ut plenum sit, & solum nulli, non quo esse desinat, sed quousque non posse perdat. Finis itaque ipse suus summum bonum, & summum malum. De quibus arguendo, utando autem summo malo, multum, sicut dixi, laboraverunt qui istud in sapientia in hunc locum, videntur profecti sunt, nec tamen res, quæque dicitur, deest, nec dicitur, nature finem intantum dicitur, ut in corpore, alii in utroque sine bonorum contentent, & malorum. Ex qua impostura vultu generationis distributione sectantur Marcus Varro in libro de Philosophia tam multam dignitatem varietatem diligenter, & subtiliter servatam adverteit, ut ad ceteros, sed, non que iam essent, sed que esse possent, adhibens quædam differentias, nullam pervenire.

II. Notio beatitudinis absolute accepto bonum est plene, & usqueque saturans appetitum rationalis anime. Beatius dicit, latum esse omnium bonorum aggregatone perfectum. Sicuti duplicem finem diligit S. Thomas, ita duplicem dilimit beatitudinem. Altera appellatur obiectiva, & est res ipsa

ipsa, seu finis cuius gratia. Altera formalis, etique actus quo homo obinet, & amplectitur ipsam beatitatem obiectivam, seu bonum quod latet appetitionem humanam. Beatitudo obiectiva duplex. Altera supernaturalis, que est summum bonum, virtus divina gratia obtinendum: altera naturalis, que consistit in summam bonorum, virtus infra diffusum sum; altera accidentalis, que comprehendit cetera bona creata extra Verbum.

III. Doctor Angelicus questionem secundam, in octo item articulos tributam, occupat in investigatione & examine illarum felicitatum in quibus constituitur plures suam beatitatem solent. Et primum definit, non posse in divitiis consistere: divitiis quippe anxium, non beatum efficiuntur hominem, ut testatur Salomon omnium ditissimus. Demonstrat art. 2. beatitatem hanc non esse in honore sitam: quia honor est testimonium excellentiæ, que iam solandat in illo cui honor exhibetur. Multo minus in fama: que, si vera est, consequitur, non consistit beatitudinem, ut ostendit art. 3. Dominum, & potestas pluribus aliis indigent, & sollicitudinem afferant, & curas multas, que hominem non beatum, sed anxium efficiunt: idque probat S. Thomas art. 4. quemadmodum art. 5. vincit, bona corporis non reddere hominem beatum; tum quod hæc brevitate, & mutatione sint obnoxia: tum quod hæc ad conservationem hominis ordinantur. Ipse autem homo nequit sibi esse suæ beatitudinis, nec ultimus finis. Voluptates vero, & dilectiones, ut demonstrat S. Doctor art. 6. hinc efficitur felicitatis, & beatitudinis, non causa eisdem. Anima autem ipsa nequit esse sua beatitudo, quia nequit esse suus ultimus finis, ut declarat art. 7. Et tandem concludit art. 8. in nullo bono creato, neque in omnibus bonis creatis simul collectis consistere beatitudinem posse. Siquidem beatitudinis est plene, & indigne explere, ac saturare appetitionem voluntatis; quam latet omnino bona creata simul etiam coniuncta prestare nequeunt.

IV. Exclusis bonis creatis ad hominis beatitudinem, questionem tertiam inchoat AQUINAS: inchoat in octo distribuitur articulos, in quorum primo beatitatem nostram in solo increato bono inchoat. Quoniam Deus solus est bonum inchoat, & perfectum, potens saturare animam nostram, sancto David teste: *Satis est, cum apparuerit gloria tuis* Cons. Theol. Tom. VI.

Psal. xvi. Distinguit, ut supra, duplicem beatitudinem: alteram obiectivam, que est Deus ipse, increata bonitas; alteram formalem, que est eadē creatum, nempe anime operatio, qua obtinetur, & possidetur ipsa inchoata atque immensa bonitas. Quod in solo Deo ex omnia invenitur que saturare voluntatem nostram queunt, patet ex quantum humani cordis desideris, patet ex quantum hominem exagitant, sicut, que continentur in solo Deo ex omnia invenitur, cum Angelis commune. Alterum est desiderium voluptatis, commune cum brutis. Tertium est desiderium æternitatis, commune cum omnibus entibus corruptionis experibus. Quartum desiderium est honoris & dignitatis, proprium hominis, qui vitam politicam, & civilem agere solentur. Huc recidunt omnia ad que cor hominis inclinatur. Porro hæc omnia in unico solo Deo vult, & possessio splendens. Ibi enim apparet veritas sine antiquitate, cuius possessio voluptatis torrensium anime extinguit. Et, cum Deus æternus sit, perpetua quoque æternitas possessio erit. Quis æternam tantam exprimer dignitatem potest, qualis est æternitas ad thronum Dei, sine euldem mentam, impurum, resumptumque æternitatem possidendum? Plura disputant Theologos, postissimum, num Deus, ut trinus, sit beatitudo obiectiva; & in quo actu, intellectu, an voluntatis, beatitudo formalis sita sit. Verum hæc omnia præter illustrati nostri consilia extant, idcirco illa, sicut & tres alias questiones, quibus Doctor Angelicus beatitudinem, & ex omnia que eandem committant, explicat, missa facio.

V. Sæpe mihi fuit obiter indicare immensam illam felicitatem, ad quam comparandum creatus homo est. Nosse quippe sermo omnis spætare huc debet, ut tunc portum hominibus, cui persequatur Dominum, patefaciat. Crociant Lutherani, Calvinianique, nos doctissimi revelant eum naturali confusione, & ratiocinatio, a iure nature accessit, Scripturam, Patrumque auctoritates permittente. Felices in hac vita cum ethnicis Philosophis homines efficiant illi. Exprobrant nobis iuris nature ignorantem. Nos interea, hæc illorum deliria recognoscant, eorumdem miserum cococitas. Lasciant novi isti Sapientes, se hominem imbure velle, ut recte, moreque te gerat erga seipsum, erga Deum, & erga proximum. Et de principio, hæc omnia officia moderate, vix verba faciant, aut in solis creatis bonis ultimi finis gloriam constituent. Atque adeo milites reddunt homines, dum illos efficere beatos contendunt.

Separant Doctores illi quæ coniuncta sunt, falsaque pervertunt omnia; & dum supra ceteros Scriptores læmetibus extollunt, sese desiderios propinant. Fessiva sunt quæ Wolfius scribit in prolegomeno ad ius naturæ. Iuris naturæ scientiam necessariam asserit ad virtutem colendam, ad conscientiam custodiendam ad culpam cavendam. *Quæ sententia hominum (inquit §. 7.) confugit, & salutariæ compo- sitæ fieri voluit, et iuris naturæ cognitionem primum necessaria. Iuris naturæ cognitionem primum omnium, namque fundamentum, quod prære debet, necessariam omnes fatentur. At fieri ne potest ad hominē, hac sola positā in- structus, summum bonum assequatur, evadāque felicitatis composit? Ubinam hoc summum bonum reperitur? In quo sita est felicitas isthæc? Obmutescit. Verborum fragramen- tum contineat, ut id probe quod nulla eger probatione; & ea silentio obvolvitur que im- primis erant declaranda. Subdit §. 8. *Quæritur perfectæ felicitatis, et cognitionis naturæ necessaria.* Satis ne est cognitio ista, ut quis viam perfectionem assequatur? Christus Dominus dicit: *si vis perfectus esse, vende, & vende omnia que habes, & da pauperibus.* Quid, inquit Wolfianus, in medium Christi sum IESUM addidit? Sola nunc natura decreta scri- pturarum. Bene habet. At namquid natura ista habet supra summam felicitatem, summum suum bonum? Assequi ne perfectionem suam valet in solis que ex suo unico collecti funde? Quod Ethnorum Philofohi in tot seculis dixisti fuerint, & per tot ambulaverint anfractus in istius summi boni, & beatæ felicitatis investi- gatione, aliqua digni fuerunt, venis, ut alios dicit. At Lutherani nostri, talla scribentes, cuncti sunt exultatione delicti. Legē, si per otium licet, laudata iuris naturæ prolegome- na Wolfiana, ut ipse iudex sit, quam illi istorum scriptores Republicæ sine christiana, sive ethnicæ, utilē. Nam, si cum Ethnorum scriptis in ius naturæ confers heteri- tiorum septentrionalium opera, collides, pluri- faciemum esse utis Marci Tullii, utis Plutarchi, unus Senecæ scripta, quasi omnia istorum voluntatum ingentia volumina.*

CAPUT V.

De officiis voluntariis. Quam præclare hæc S. Thomas, ceterique Theologi catholici expo- nunt. Quam tene, imperite, & obscurē hic scribitur Pseudodictus, Thomæus, ceterique exarumēdo sectarum.

I. Hæcenus S. Thomas principium ex- trinitæam, quod voluntatem ad

ius peragenda officia movet, exposuit; nunc ipsius animæ generalis insodit. Recta id disputandi methodus postulabat. *Propositum est primum.* Inquit vel ipse Seneca de vita beata cap. 1. *quid sit quod petamus. Non est, conspiciendum est, quo contentus ille ceteris possimus. Decernatur itaque & quædam- nus, & quis. Ultimi finis notioem, & bonum illud incrementum in quo solo ultimis finis, seu beatitudo nostra reperitur, proponit respicit Angelicus. Nunc ad officia, quomodo ista pervenitur, exponenda procedit. Ultimos subit animæ recessus, secretiora penetras labi- bus, intentiones, maximas, conatus, delib- rationes, cunctas, electiones, usus, & cetera vel occultiora arcana releret. Per immen- sam illam voluntatis humane profunditatem dilectis, anfractibus, specus, antra, labyrinthos offendit. Observat ibi insidias, pro- ditiones, valentissimas machinationes concepti, atque parati; & omnia patefacit. Turbatissimum affectuum & rebullantissimum passio- turbas in suas digerit classes, & incredibiles perspicaciter singulas dispicit, luculentèque quædat. Totam secundam partem sue Sum- mæ, que, ut ego quidem arbitror, cetera partibus prælat, & quid potentissimum præter, occupat in explicandis animæ affectibus, vitis, & virtutibus, ceterique, quæ hinc consequuntur. Vix de hoc divino pro- pemptum opere loqui mihi contingit, quia me rapti sentiam in eisdem eogia tendenda.*

II. Paucis ille hæc omnia explicat in pro- mio ad quæst. vi. his verbis. *Quia igitur ad beatitudinem per alius aliquos necesse est pervenire, oportet consequenter de humanis actibus considerare; ut sciamus, quibus actibus pervenitur ad beatitudinem, vel inopari beatitudinis via. Sed quia operationes, & actus circa singularia sunt, ideo omnis operatio scientia in particulari consideranda præstat. Notanda igitur consideranda, quia est humanum actuum, primo quidem tractanda est in universali, secundo vero in particulari. Plura ibidem habet, que generalem quorundam actuum humanorum economiam prouidit; sed brevitate gratia ea prætereo, & eisdem quæ- sitionis doctrinam explicandam aggredior.*

III. Quæst. I. *Quid sit officium voluntarium?* Resp. Finitio quam tradit quæst. vi. art. 1. S. Thomas, hæc est: *Voluntarium est a principio intrinseco cum cognitione finis.* Præma finitionis particule distinguunt motum voluntarium a motu per vim, aut per artem productum, seu a motu violento & artificiali, qui a principio extrinseco productus. Cæteræ particule distinguunt officium voluntarium ab

ab actione naturali, que, tametsi a princi- pio intrinseco eliciatur, non est tamen cum finis cognitione. Hæc finis cognitio præse- cipitur, quatenus finis cognoscitur ut bonum alliciens voluntatem. Quare actus qui- bus intellectus ex principiis conclusiones asse- quit, non sunt absolute voluntarij, nisi pro- ut a voluntate imperantur: quia actus isti cognoscunt conclusiones, & principia lob ra- tione veri, non sub ratione boni. Itaque hæc particule, cum cognitione finis, strictim in- telligende sunt, prout cognoscitur finis ut fi- nis, seu ut bonum, voluntatem in sui pro- secutionem pertrahens. Et imperi requiritur ut cognitio hæc intelat respectum finis ad media, & mediourum proportionem ad finem.

IV. Disputant Theologi, sine beatorum amor voluntarij. Adferunt comminor len- tentia, quod amor ille sit a principio intrin- seco cum finis cognitione. Et, hec neces- saria illis amoris tollit liberatorem indifferen- tiam, non autem impeditur amor sit volun- tarius actus. Nec enim omnis actus volun- tarius est liber, quævis omnis actus liber sit voluntarius. Sed disputatio hæc vocum, non rei est.

V. Actiones brutorum non sunt volunta- riæ: quoniam, tametsi sint a principio in- trinseco, non tamen cognitione, sicut cum medio comparant, dirigantur. Apprehen- dunt bruta medium, at nec illam cum medio, neque hæc cum fine conferre valent. Distinguit S. Thomas art. 2. duplicem finis cog- nitionem: perfectam omnem, de qua nunc ler- mone fati; imperfectam alteram, que, inquit Aristoteles, *in sola finis apprehensione consistit, sine hoc quod cognoscatur ratio finis, & propon- titur actus ad finem.* Unde inter, eo modo in brutis reperitur voluntarium quod reperitur cog- nitione. Imperfecta hæc est, & limitatior cognitioem. Ergo imperfectum quoque in istis reperitur voluntarium, seu quædam re- mota voluntati limitatio. Habet istuc tra- scribere verba Marci Tullii de officiis Lib. I. cap. vi. *Iuris hominum & bellum hoc maxime interest, quod hæc tantum, quantum sensu mouentur, ad id solum quod adest, quodque profertur est, se accommodat, paulatim admodum sententiam præteritum, aut futurum. Homo autem, quoniam animæ rationis est participans, consuetudine tenet, principia, & causam rerum videt, ceteraque progressus, & quasi necessarios non ignorat, simul videt cooperari, & se- cundum præsentibus adire, atque consilij futuri: facile totius vitæ casum videt, ad cuiusque regendum præparat res necessarias.*

Endeque natura vi rationis hominem conciliat homini, & ad rationem, & ad vitam societatem: inegeraturque in primum præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt; inspel- litque, et hominum ceteros, & celebrat inter se, & sibi oblectat, ob eoque causas suadet parati ut quæ appetunt, & ad cultum, & ad vitam, nec sibi soli, sed coniugis, liberis, ceterisque, quos caris habet, & iusticie debet. Quæ cura existit etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. In primisque hominis est propria veri inquisitio, atque in- vestigatio.

VI. Quæst. II. *Sublato omni voluntatis actu, est ne voluntaria omisso, advertente ratione, urgentique præcepto?* Resp. Ante resolutionem primum omnium voluntarij partitiones præmit- titur. Voluntarium, aliud in actu, quod est actio reipæ egrediens a principio intrinseco cum cognitione finis; aliud in potestate, quæ- tens in virtute voluntatis continetur. Sed hæc umbra est voluntarij, non voluntarium. Dividitur etiam voluntarium in elicitum, quod a voluntate immediate productus, & in imperatum, quod imperante voluntate ab aliis potentis efficitur. Rursus voluntarium aliud directum, quod voluntas reus influxu producit; aliud indirectum, seu interpretati- vum, quod non productus positivo influxu, sed ex omissione, quæ non impeditur, resulat, & reductor in voluntatem, inquam non impedit, cum possit, & teneatur. Hoc voluntarium indirectum dicitur interpretati- vum: quia quilibet damnatum non impedit, cum possit, & teneatur, perinde se habet iuxta moralem præduntum interpretationem, ac si ipsæ concurreret ad illud producendum. Iam voluntarium aliud physicum vocatur, quatenus procedit a propria persona que obli- que elicit actionem; aliud morale, quod pendet a voluntate alterius persone, quæ trans- ferre in alteram personam suam voluntatem potest variis modis. Tandem voluntarium aliud perfectum, aliud imperfectum; aliud necessarium, aliud liberum. Necessarium dupli- ce capite oritur: aut ex perfectissima co- operatione summi boni, clare vi, & possessi, ut est amor beatorum; aut ex imperfectis- sima apprehensione finis, ut est brutorum ap- petitio necessaria, & imperfecte voluntaria. Quibus delibatis proposita questionculæ re- spondetur.

VII. *Sublato omni voluntatis actu, omisso non est voluntaria.* Mirum est quam scriber disputent in utraque partem Theologi super hæc propositionem. Convenit sere penes omnes, reipæ moraliter loquendo, omissionem non esse

esse abique omni actu voluntariis: quia in praxi nunquam contingit, quod aliquis actus voluntaris omissionem voluntariam non precedat. Sed disputant, utrum id metaphysice, & attenda quavis potentia repugnet. Aitunt illi, negant illi. Nos, missis his trivis, absolute evincimus, nunquam voluntariam reperiri omissionem, quin aliquis actus voluntatis precedat, vel comitetur. Hanc sententiam tradit S. Thomas. *hand. quest. vi. art. 2. Voluntarium dicitur quod est a voluntate. Ab aliquo autem dicitur esse aliquid dupliciter. Uno modo directe, quod scilicet procedit ab aliquo, inquantum est agens, sicut caliditas a calore. Alio modo indirecte, ex hoc ipso quod non agit, sicut submersio navis dicitur esse a gubernatore, inquantum desistit a gubernando.*

Sed sciendum, quod non semper id quod sequitur ab defectu actionis, reductio fiat in causam in agens, ac eo quod non agit, sed solum tunc cum potest, & debet agere. Si enim gubernator non possit navem dirigere, vel non esset ei commissio gubernatio navis, non imputaretur ei peccati submersio, quae per absentiam gubernatoris contingeret. Quia igitur voluntas volens, & agens potest impedire hoc quod est non velle, & non agere, & aliquando debet: hoc quod est non velle, & non agere imputatur ei, quasi ab ipsa existens. Et sic voluntarium potest esse abique actu: quandoque quidem abique actu exteriori cum actu interiori, sicut cum vult non agere, & aliquid autem etiam abique actu interiori, sicut cum non vult.

VIII. Ex his ultimis veris inferri potest, iuxta Angelicum Doctorem absolute non repugnare omissionem repugnant abique actu voluntatis precedente: quamvis, si negantur dependentia, vis omissionis voluntaria delinqua omni actu sit. Ut incertum, quae sit mens S. Thomae in hac controversia, pateat, referam quae de hac controversia scribit in hac 1.2. *quest. lxxi. art. 5. ubi, recentis utriusque sententiae, concludit. Utraque autem opinio secundum aliquid veritatem habet. Si enim intelligatur in peccato omissionis illud solum quod potest pertinere ad rationem peccati, sic quandoque omissionis peccatum est, cum actu interiori: ut cum aliquis vult non ire ad Ecclesiam: quandoque vero abique omni actu voluntario, vel exteriori, sicut cum aliquis hora, quae tenetur ire ad Ecclesiam, nihil cogitat de eundo, vel non eundo ad Ecclesiam. Si vero in peccato omissionis intelligatur etiam causa, vel occasio, ut videtur, sic necesse est in peccato omissionis aliquem actum esse. Non enim est peccatum omissionis, nisi cum aliquis praetermittit*

id quod potest facere, & non facere. Unde loque autem actus voluntatis directus fertur in aliud, per quod homo impeditur ab actu debito: sicut illud in quod fertur voluntas, sic omnino solum omissionis: puta cum aliquis vult ludere, quando ad Ecclesiam debet ire: sicut tunc sic procedens: puta cum aliquis vult dirigitur de se, ex quo sequitur quod non vadit hoc matutinali ad Ecclesiam: & tunc alius sic interior, vel exterior per accidens se habet ad omissionem: quia omisso sequitur praeter intentionem. Unde manifestum est quod tunc peccatum omissionis habet quidem aliquem actum concomitantem, vel precedentem, qui tamen per accidens se habet ad peccatum omissionis. Iudicium autem de rebus dandum est secundum illud quod est per se, & non secundum illud quod est per accidens. Unde verius dicitur potest, quod aliquis peccatum potest esse abique omni actu: inquantum etiam ad absentiam aliorum peccatorum ab actu voluntario pertinet actus, & occasio circumstantes. Contra quae scribit *quodam, de mal. art. 1. ubi plura habet hoc pertinentia.*

IX. Quaestio hoc tantum est, ut sit omnia, quae in utraque adduci partem solent, expendamus. Quod in praxi omnino, sublati omni voluntatis actu, non sit voluntaria, exinde patet quod, ut sit voluntaria, a voluntate hanc voluntati praerogativam accipere debet. Nihil vero a voluntate oriata, nullumque innoxiam praesente producit. Voluntas actibus suam vitam exercet: dum omni caret actione, veluti mortua in adhaerendo est. Quae ergo vis omissionis a voluntate recipit hanc voluntari perfectionem, si omnis voluntatis actio subrahatur. Clarior rem explicat. Duplex est voluntarius in actu primo motus, & est ipsa potentia valens producere actum voluntarium, sed non producens; alterum in actu secundo, seu in exercitio. Omissio non potest voluntaria appellari a voluntate in actu primo: quia nihil ab ea sub hanc considerationem recipit. Voluntaria ergo eradicat ex voluntate in actu secundo. An intelligi in actu secundo nequit, nisi media aliqua actione. Quae quidem actio haud est necessaria ut omissionis absolute, & per se, vis secundum suam naturam sit vitiosa. Et intrinseca natura omissionis sit est hominem teneri ad opus prestandum; & non, seu suspensum herere. Verum id in exercitio minime contingit abique actu, qui sit causa vel occasio eundem omissionis, a quo actu accipit quod sit voluntaria, & libera. Et tunc sit culpabilis, voluntaria, & libera sit necesse est. Libertas autem, & ratio voluntari perfectionem positive sunt. Ergo ab ali-

aliqua causa realiter influente proficiuntur oportet. Quomodo enim fieri omisso libera, & voluntaria potest, sublati omni causa positive agente? S. Thomas, quando naturam expendit omissionis, omnem actum excludit; quando omnia quae in exercitio concurrent, actum necessarium aliam. Et haec satis sint.

X. *Quest. III. Potest ut omissionis esse voluntaria, quae negat praecipuum?* Respondeo. Distingueda omisso est ab effectu qui illum consequitur. Omittere panem indigentem dare. Omissionem hanc mors indigentis legitur. Si teneris imperitricemolam, & omisso, & mors consequens tibi imputatur. Ad questum respondeo. Omissio abique praecipuo esse voluntaria potest. Omissio matrimonii, omisso velendi cibi delicatioribus, & plures similes omissiones merito digne sit, quia nulla precedat obligatio. Similes quippe omissiones procedere possunt a voluntate delibata. Hinc patet non requiri obligationem, ut effectus referatur omissionis consequens, sit voluntarius. Materiam quippe corporis, temperantia a licito conebitum sunt effectus premio digni, si cetera adint, illud tamen verum est quod, ut effectus malus, omissionem voluntarium consequens, aut concomitans, sit vitiosa, praecipuum, seu debitum precedat oportet; ita ut, si nulla sit obligatio vitandae omissionis, nec omissionis erit vitiosa, nec effectus, consequens talem omissionem culpabilis erit omittere. Debitum ergo, & potestas omissionis vitandae necessaria sunt, ut omittere reus omissionis, & eorum quae inde consequuntur, malorum evadat.

XI. *Quest. IV. Quae sint involuntarii casus?* Resp. Quatuor communiter assignantur. Violentia, metus, concupiscentia, & ignorantia. Violentia involuntarium producit, cum vis extraneus inferatur. Id autem pugnat cum voluntario, cuius natura est, ut sit a principio intrinseco. Ententivo violentum (inquit S. Thomas *quest. lxxi. de verit. art. 1.*) est id cuius praecipuum est extra, nihil congregate eo qui cogitur. Duo ad violentiam requiruntur. Alterum, quod principium vim inferens sit extraneum. Alterum, quod qui patitur vim, resistat, & repugnet contra inclinationem: si enim indifferens esset, vim non pareretur.

XII. S. Thomas in hac *quest. vi. art. 4.* hanc praebet distinctionem. Duplex est actus voluntarius: unus quidem, qui est eius innediate, velut ab ipsa elicitus, scilicet velle; alius, qui est aliam voluntari, a voluntate imperatus, & mediante alia potentia exercitus; ut ambulare, & loqui, qui a voluntate im-

perantur, exercentur autem mediante potentia motiva.

XIII. *Quest. V. Vm ne voluntas pati potest in actibus tum imperatis, tum elicitis? Resp.* Actus imperati a voluntate dupliciter sunt generis: alii sunt imperati, & eliciti ab ipsa voluntate. Voluntas enim sibi, non fecus ac ceteris, imperare valet, & repta imperat. Ex intentione finis electionem imperat mediorem, & alios actus, sive a se ipsa, sive ab intellectu prodeutes, qui media spectant. Voluntas pati nequit vim in actionibus a se elicitis, & sibi imperatis: quia ad eiusmodi actus naturali propensione fertur. Sustinere autem vim potest in actibus imperatis, & ab aliis potentis producendis. Imperare voluntas potest ut pes ambulet, ut manus aperiat oculos, vel claudat: potest velle non manus movere, nec pes ambulare: & ab exteriori potestate vel impediunt motus, vel ad eundem cois valet.

XIV. Disputare hic Theologi solent, valear ne Deus vim voluntati inferre. Cui quaelibet illucile responderet S. Thomas pluribus in locis, sed potissimum *quest. xxxi. de verit. artic. 8. Dicitur, quod Deus potest immutare voluntatem de necessitate, non tamen potest eam cogere. Quotiescumque enim voluntas immutatur in aliquid, non dicitur cogi illud: cuius ratio est, quia ipsam velle aliquid est inclinari in illud: casibus autem vel contentis est contraria inclinatio illius rei quae cogitur. Cum igitur Deus voluntatem immutat, facit ut procedenti inclinationi succedat alia inclinatio, & ita quod prima auferatur, & secunda veniat. Unde illud ad quod inducit voluntatem, non est contrarium inclinationi iam existentis, sed inclinationi quae primo inerat: unde non est violentia, nec coactio. Sicut loquitur rationis suae generantis inest inclinatione ad locum deservum, hac autem inclinatione non manente, si solum praesentia, erit violentia: si autem Deus a lapide auferat inclinationem generantis, & det ei inclinationem levitatis, tunc fieri insensum non erit ei violentum: & ita immutatio motus potest esse sine violentia. Et per hanc modum intelligendum est quod Deus voluntatem immutat, sicut eo quod voluntatem cogit.*

XV. Animadvertit autem S. Thomas in hac *quest. vi. art. 5. quod, ut violentia elicito actum involuntarium, debet esse abiolute, & simpliciter talis, relincente omni contraria voluntate, etiam exterioribus potentis, quod licet. Quare, si quis ma. manu alium percoerit, & ita indifferenter te habere, & non efficaciter repugnans, non est*

set violentia. Si puella omni virtutum ornatu non rejicit agrestem, non est vim passa. Si quis vi compellatur ad adorandum idolum, licet mente relinquitur, nisi exterius, quoad potest, repugnet, violentiam non sustinet, nec involuntaria dicitur occidere. Sancti Martyres voluntate deliberata sustinebant tormenta, licet repugnarent inique actioni indigni supplicia. Qua de re consule S. Thomam cit. quest. vi. art. 2.

XVI. Quest. VI. An que sunt ex metu, sunt voluntaria? Respondet. Quoniam decisionis preter metum finis debet. Est autem metus instantis periculi causa motus respicientis. In istum, & levem tribuitur. Ille grave malum valde probabiliter menti obicit; & appellatur cadens sub vim violentiam; quia etiam constituitur in eundem periculum metu, qui validi rationum momenta immittens repugnat motum, ne ibi rationi motivationem, verum carcerem, flagellationem, bonorum proscriptioem, damnationem ad trines, infernam, & id genus similia. Maior, aut minor metus gravitas prater imminentium malorum qualitatem, a perone que metum patitur, conditione etiam colligitur. Metus qui respectu viri est levis, respectu puella, mulieris, adolescentis potest esse gravis. Dupliciter metus respectu agentis timidi habere le potest. Primo tamquam causa obiectiva, moraliter movens hominem ad agendum, vel omittendum; ut cum quis latroni, pugione districto aggressenti, & iugulum petenti, dat pecuniam, ut mortem evitet, vel ad decimandum naufragum merces in mare proicit. Secundo concomitante, quando revera non est causa, cui homo agit, sed tantum comitatur actionem, que fit cum, non ex metu. Confiteri veritatem delicti capitalis iudici interroganti cum metu mortis, quia revera mors imminet incutit timorem; at non ex metu mortis (cum potius ex metu negare eum dicitur) sed ob preceptum urgens confitende veritatis, ob Dei gloriam, animaque tunc salutem: cum metu tamen agit. Quandoque timor est tota causa cum effectus ponatur; ut dum luxuriosus merum minator puella honesta, si consentiat in sui desolationem, tum est causa, ut dicitur, totalis; si mulier mortem erit, timor dicitur causa partialis; quia etiam illa subacta, effectus habet. De meto tunc reme esse, & quod sit tota actus causa.

XVII. Responso communis est, ex que sunt ex metu simpliciter voluntaria esse, involuntaria autem secundum quid. Quod

hoc passio vincit S. Thomas cit. quest. vi. art. 6. Que per metum agitur, motus sunt ex voluntario, & involuntario. Id enim quod per metum agitur, in se consideratum, non est voluntarium, sed sit voluntarium in causa, scilicet ad vitandum malum quod timetur. Sed, si quis recte consideret, magis jam involuntaria voluntaria, quam involuntaria sunt enim voluntaria simpliciter, & involuntaria secundum quid. Unumquodque enim simpliciter esse dicitur, secundum quod est in actu; secundum autem quod est in sola apprehensione, non est simpliciter, sed secundum quid. Hoc autem quod per metum agitur, secundum hoc est in sola apprehensione quod fit. Cum enim actus in singularibus sint, singulari autem, inquantum huiusmodi, est hoc & nunc, secundum hoc id quod fit, est in actu, secundum quod est hoc & nunc, & solo actus conditione individualibus. Sic autem hoc quod fit, per metum, est voluntarium, inquantum scilicet est hoc & nunc, prout scilicet in hoc casu est impedimentum malorum mali quod timebatur; sicut prolixius mentionem in mare sit voluntarium tempore temporis propter timorem periculi. Unde manifestum est quod simpliciter voluntarium est: unde & composit est ratio voluntarii, quia principium eius est intra. Sed quod accipitur id quod per metum fit, ut extra hunc casum existens, prout repugnat voluntati, hoc non est nisi secundum rationem tantum; & ideo est involuntarium secundum quid, id est prout consideratur extra hunc casum existens.

XVIII. Hæc doctrina ahius memoria commendanda est, tamquam apprime necessaria ad percipiendam necessitatem divini amoris, quo peccatis licere in Deum convertatur. Que sunt ex metu, licet voluntarii admittuntur, non sunt ex metu, sed voluntarii admittuntur, ut sit vera, & sincera, totum animum, totum cor, totam sacrificare Deo voluntatem debet. Quod fit ex metu, est voluntarium hoc & nunc, prout scilicet in hoc casu est impedimentum malorum mali quod timebatur, inquit Angelicus, subdito malo imminente, metus evanescit. Quemadmodum mercator vult mercum iacturam, imminente usurario; subacta circumstantia tempestatis, vult conservacionem mercium. Detestatur peccator culpam ex inferni metu. At, si infernus non est metus, culpam veller. Hanc ille hypothetum expresse non format; licet in eisdem timore natura involvitur. Quoniam iuxta omnes tum Theologos, tum Philosophos, timor productum involuntarium secundum quid. Quid hoc prohi? Hoc sane, quod subactis circumstantiis, tollit id quod licet & nunc est. Quod autem

tem sint simpliciter voluntaria que sunt ex metu, evidens est. Quoniam mercator, spectans inscium valore, & proprie vite conservacione, & gravissimo periculo naufragii, omnibusque hic & nunc expensis, absolute vult mercum iacturam. Actiones enim sunt in singulari, omnibus circumstantiis consideratis. Et de illo iudicium fit, secundum quod nunc sunt, sunt voluntaria. Secundum vero quod sunt in apprehensione, dicuntur involuntaria secundum quid. Quoties in S. Thoma, aut in alio Auctore legis, actiones ex metu non esse simpliciter voluntarias, hoc in sensu id intelligas velim, non esse voluntarias omni ex parte abique ulla timoris mixtura: habent enim quid timoris admixtum, quatenus, subactis circumstantiis, homo eadem repouet que hic & nunc revera vult.

XIX. Arguere in oppositum solent. Que sunt ex metu, sunt voluntaria ex suppositione, seu ex hypothese imminenti mali: qua suppositione, licet hypothese subacta, non sunt voluntaria. Hinc dicuntur ex timore gehennæ non est absolute voluntaria. Habet quippe incertam conditionem: subacta infestæ, peccati. Atque adeo attritio ex toto metu mala erit, & tunc hominem hypocritam, ut docet Lutherus.

XX. Utique operans ex metu agit ex suppositione imminenti mali. Quid inde? An non propterea actio voluntaria, & libera? Agens, spectans omnibus, & expensis absolute hic & nunc eligat hoc medium, quo evitabit malum. Quia maxime voluntarius, & licet sit actus iste, ut ex gravi, serioque consideratione, & consideratione omnium circumstantiarum procedens. Timor gehennæ bonus est, non hominem hinc inde hyperritam non facit, ut contendebat Lutherus; sed dominum Dei esse docent Scripturæ, & Tridentina Synodus. Quæ conditiones exigat, ut latus id ad veram christianam penitentiam, in tractatu de Penitentia palam fiet. Hoc certum est, gehennæ timorem disponere & parare cor humanum ad penitentiam. At, subacta divino amore, plenam voluntatem peccandi non excludere in ostenditur. Satis mihi nunc est palam scilicet, actiones, timore imminenti mali elatas, esse simpliciter voluntarias, & liberas; quatenus quid involuntarii admittant habeant.

XXI. Hinc colliges, non esse a peccato mortali immunes homines qui ex quocumque gravissimo metu aliquid perpetravit natura sua inobediunt, & vitiosum. Quam ob causam graviter peccantur qui ob metum tor-

mentorum fidem negabant tantummodo exteriori, licet in corde eandem retinerent. Que enim per le mala sunt, nullo hominam metu possunt, etiam amittenda vire. Id solum verum habet, metum minime culpe gravitatem; quemadmodum enim timor diminuit voluntarium, & liberum; ita etiam aliquid maxime admittit, & delinquenti facilis veniam concilias. Quæ vero intrinsecus mala esse metus, licet lege humana prohibeantur, possunt interdum gravi metu urgente abique culpa executioni demandari. Exempli gratia, quando vire conservatio credit in maiorem Republicæ utilitatem, malique bonum; tum servanda est vita, lege neglecta. Quando vero legis humane violatio infert contemptionem, aut scandalum; tum etiam cum vite dispendio servanda lex est. Si quis in derisionem catholicæ religionis ad manducandas carnes in Quadragesima, ad non audendum Missam in die tunc cogitaret; mors futurus esse potius quam religionis catholice precepta violanda.

XXII. Quest. VII. Qui contractus ex metu sunt, sunt liberi? Respondet. Omnes contractus ex metu gravi celebrati, cum sint voluntarii & liberi, sunt validi iure naturali, quod metus, ut dicitur, licet, rationem voluntarii & liberi non auferat. Sicut enim peccatum ex metu gravi perpetratum voluntarium est: ita etiam contractus, quatenus ex metu mitti, voluntarii sunt. Les tametum ecclesiasticæ, tum civilis nonnullis contractus, ex metu celebratos, irritos declarat. Matrimonium ex metu celebratum nullum est, ut habetur cap. Veniens de sponsalibus. Si mulier, iurisdictione ex metu data, nulla est. 2. ff. de iudicio. Electio Prælatorum ex metu similiter nulla. Cap. Ubi periculum de elect. 3. Ceterum in vi. Absoluto ab excommunicatione metu facta pariter nulla. Cap. nullo. In his que est, utriusque causa in vi. Vota inobscena ex metu facta, irrita. Difficultas est de votis simplicibus, de quorum iura posuisti decrevere. Hæc, cum natura iura valida sint, servanda videntur. Circumstantiis spectandæ sunt, & dispensatio parti potest.

XXIII. De iuramento metu extorto disputat Theologus: quorum subactibus missis doctrina S. Thomæ amplectenda est 2. l. 2. quest. lxxxix. art. 7. ad 3. In iuramento quod quis cauctus facit, duplex est obligatio. Una quidem, quæ obligat hominem cui aliquid promittitur, & talis obligatio tollitur per coactionem: quia ille qui vim incutit, hoc meretur, ut ei promissum non servetur. Alia autem est obligatio,

gatio, qui tunc obligatur, ut implet quod per se non est promissum; & talis obligatio non tollitur in foro conscientiae, quia magis debet damnatum temporale subire quam iuramentum violare. Porro tamen respere, in iudicio quod solvitur, vel prelati demeruisse, non esse obligatoriu, sed quasi huiusmodi obligationes ex hisa causa relaxatas.

XXIV. Hanc eandem doctrinam confirmat quest. xviii. artic. 3. ad 1. Causa non adest iuramento promissorio cum obligandi respectu eius quod licite fieri potest. Et ideo, si aliquis non impliat quod coactus iuravit, nihilominus pernitenti inveniit, & mortaliter peccat. Potest tamen per auctoritatem summi Pontificis ad obligationem iuramenti absolvi, praesertim si causam fuerit saluti, quae potest esse in conscientia certum. Quod autem dicitur, quod licite non sunt poenitenda tamquam pro mortali crimine, non hoc ideo dicitur, quia non peccat mortaliter, sed quia poena est minor infirmiter. Quando itaque res promissa honesta, & licita est, iuramentum etiam ex metu factum obligat. Quod autem tua bona des aggressori, nil mali praesert. Ideo implendum iuramentum, docet S. Thomas.

XXV. Quaest. VIII. Quae sunt ex concupiscentia, sunt ne involuntaria? Respondo. Concupiscentia nomine quilibet appetitus sensitivi commotio, seu passio circa bonam intelligitur, excluda tristitia, & dolore circa malum. Concupiscentia duplex est. Altera antecedens, quae precedit voluntatis actum, et sicque accidentis causa. Visio obiecti delectabilis accendit appetitum sensitivum: & voluntas desiderat, vel delectatur de eo. Altera consequens, quae actionem voluntatis consequitur, quatenus exercitum actionis excitat, accenditque passionem concupiscentiam. De hac nulla quaestio. Hae enim non potest esse involuntaria causa, cum actionem conquiretur. Solum offendit, tamquam signum, peccati magnitudinem, seu magnam voluntatis delectationem in exercendo adione. Quare haec non dimittit, sed arguit potius culpam. Proposita quaestione respondeo S. Thomas 1. 2. quod. vi. art. 7. Concupiscentia non causat involuntarium, sed magis facit aliquid voluntarium aut. Dicitur enim aliquid voluntarium est eo quod voluntas in id fertur: per concupiscentiam autem voluntas inclinatur ad volendum, id quod concupiscentia.

gatio, magis facit ad hoc quod aliquid sit voluntarium, quatenus quod sit involuntarium. Non est tamen contemnendum voluntarium cum libertate. Nam voluntarium fitum est in inclinatione cum finis cognitione; & quae maior est inclinatio, eo maior est voluntarium. Porro, si hoc voluntarium spectetur, ut liberum, cum libertas iudicii indifferentiam pollat, concupiscentia vehementer, & antecedens obtundat hoc iudicium potest, & simul diminuit libertatem, atque adeo malitiam. Quam doctrinam pluribus in locis S. Thomas tradit, & potissimum quest. 111. de mal. art. 11. Meritum, & demeritum in electione consistit ex ratione precedente. Passio autem obviat, vel etiam ligat iudicium rationis. Quod autem iudicium rationis fuerit purum, tanto electio est perspicua ad merendum, vel demerendum. Unde qui inducitur ad beatificandum ex indole rationis, laudabilissimum operatur quatenus quod inducitur ad hoc ideo ex sola animi passione. Hic enim potest esse voluntarium, concupiscentia itaque minuit voluntarium, quatenus liberum est; auget vero, quatenus naturale. Discrimen quod est inter timorem, & concupiscentiam, assignat S. Thomas cit. quod. vi. art. 7. ad 1. & ad 2. Timor, inquit, est de malo; concupiscentia autem respicit bonum. Malum autem secundum se contrariatur voluntati; sed bonum est voluntati consonum. Ideo timor temperat minuit & voluntarium, & liberum; secus concupiscentia, ut dicitur est.

XXVI. Quaest. IX. Utrum ignorantia inferat involuntarium? Resp. De ignorantia fallo calamo agemus Tom. II. Apparatus ad Theologiae Christianam. Ideo pauca hanc errorum quaeestionem expedit. Hae Thomas ignorantiam dividit in antecedentem, concomitantem, & consequentem hic verbis est, quod. vi. art. 8. Ignorantia respicit se habet ad actum voluntatis. Uno modo concomitantem, alio modo consequentem, tertio modo antecedentem. Concomitans quidem, quando ignorantia est de eo quod agitur; tamen, etiam si sciretur, nihilominus ageretur. Tunc enim ignorantia non inducit ad volendum ut hoc fiat; sed accidit simul esse aliquid factum, & ignorantia; sicut in exemplo posito, scilicet cum aliquis vellet quidem occidere hostem, sed ignorans occidit eum, patiens occidere eorum. Et talis ignorantia non facit involuntarium, ut Philosophus dicit: quia non causat aliquid quod se respicit voluntati, sed facti non voluntarii, quia non potest effectu voluntatem quod ignorans est. Consequenter autem se habet ignorantia ad voluntatem, inquantum ipsa ignorantia est voluntarium.

bonaria. Et hoc contingit dupliciter, secundum duas vias voluntatis supra positas. Uno modo quia actus voluntatis fertur in ignorantiam; sicut tunc aliquid ignoranter agit, vel in excusatione peccati habeat, vel ut non recusat a peccando, secundum illud Job xxx. Scientiam viarum tuarum nolumus; & hoc dicitur ignorantia affectiva. Alio modo dicitur ignorantia voluntaria eius quod quis potest scire, & debet: sic enim non agere, & non velle, voluntarium dicitur, ut supra dictum est. Hoc igitur modo dicitur ignorantia, sive cum aliquid actus non considerat quod considerate potest, & debet; quae est ignorantia male electionis, vel ex passione, vel ex habitu peccatorum: sive cum aliquid vitium quam debet habere, non curat acquiescere; & secundum hunc modum ignorantia universalium iuris, quae quis scire tenetur, voluntaria dicitur, quasi per negligentiam peccatorum. Cum autem ipsa ignorantia sit voluntaria aliquid ipsorum modorum, non potest causare simpliciter involuntarium; causat tamen secundum quid involuntarium, inquantum praedit motum voluntatis ad aliquid agendum, quod non est scilicet praesens. Antecedenter autem esse habet ad voluntatem ignorantia, quando non est voluntaria, & tamen est causa voluntatis quod alias non vult; sicut cum aliquis bono ignorat aliquem circumstantiam actus, quam non revelatur scire, & ex hoc aliquid agi, quod non faceret, si sciret; puta, cum aliquis diligenter adhibita nesciens aliquem transire per viam, prolici legittimam, qua interiret transentem. Et talis ignorantia causat involuntarium simpliciter. Si plura de ignorantia Pelagiana, Ianteriana, Probabilistica cupit, consule sandrum Tom. II. Apparatus ad Tom. I. Hist. Probabilit. in Appendix, ubi ex infinito materiae hae sit copia est.

XXVII. Saneb Palendarius in iur. tract. de Hon. & Cir. ab officio, seu ab omnibus humanis, quae iure naturae dirigi debent, initium capit. Verum tam imple, & itine hae veras, ut nihil obcurius scriptum apud Scholasticorum aliquem, etiam inferioris subfelli, inventurus sis. Plures Auctores istius errores in ipsa refellam. Christianus Thomaeus Lib. 1. cap. 1. de natura hominis morali, pluribus impetis §§. quibus physicum corpus humani naturam exponit, tandem §. 17. intelletum, & voluntatem dehit §. 7. hinc agitur intelletus est facultas animae humanae vegetativa in cerebro, & voluntas facultas eiusdem animae concupiscentia in corde. Adeo impedit de intelletu, & voluntate scribit Lutheranus ille, ut oportet potius quam spiritalem animam se propugnare indicet.

Quippe §. 28. aperte scribit, in mandis nihil esse, nisi corpora: & §. 34. repetit, omnem voluntatem esse concupiscentiam in corde. Omnis concupiscentia amor est. Omnis amor est desiderium univrsali sa cum re amata. Omne desiderium comatus est agendi. Dum vero voluntas comatus est voliti, differat a comatu qui sentitur in alio membris corporis, ut comatus circumal sacramento, comatus in alere. Hinc ultra pergit, & §. 40. impara commentone certaque doctrina, quatu supra confirmavit, voluntatem nempe non posse cogi. De falso est, inquit, commune diciturum, quod voluntas non possit cogi. Et a quo cogi potest? Ab homine? A Deo, cui omnia obediunt? Transtribue §. 10. doctrinam Cumberlandi de magnitudine cerebri humani, & de hominis propensione ad venem, non alio quo tempore limitata. Innumeri illius Lutherani abtetterationibus praetermissis, pauca hic obiter indicanda sufficiat, ut Italic norae Iuvenes qui iuri naturae fudent, ab istorum Protestantium lectione abdicam. Quoniam nihil ex istis addicere praeter errores valent. Quid quod vel ipsa erroneae opinionis tanta obstruata, & tanta impetitia exponunt, ut homo bonis studiis adductus, legere istorum opera bene fastidio nequeat?

CAPUT VI.

De humana libertate. Hae homo in sui creatione peccatus fuit, nec tam per originalem culpam amisit. Lutheri, Galvini, Protestantismi errores.

I. Questionem praeter ceteris omnibus necessariam investigandam facio. Quoniam, sublata libertate, superfluent iura omnia, comatur, studium, industria, ceteraque hominum molimina vana, & contentiofiora ferunt. Sola quippe officia libera, iuris tunc naturalis, sunt passiva directioni subiacent. Porro omnium primum, quid libertatis nomine intelligatur, exponendum est. Et, quia plures libertas excipit sensus, notionem divisam eandem praecedat, fas est & quomodomodum & ipse Marcus Tullius Lib. 1. cap. 1. officia dividit, antequam definit. Dividi autem libertas solet primum in libertatem naturae, qua homo conditus fuit, gratia, qua a culpa redemptus est, de qua S. Paulus Rom. vii. Cum servo effectus peccati, liberi facti esse in iura; & gloria, ad quam ex meritis laborasti, delinuit sumus, ut ait idem S. Paulus Rom. viii. Et ipsa vinctura libe-

libertatem a ferocitate corruptiolem in libertatem gloriae filiorum Dei. Libertas natura vocatur etiam spontaneitate, seu compolemente, quae a violentia, & coactione immunitis est. Coactio est vis extrinsecus illata, palsa religione. Hoc in sensu libera dicitur bruta ipsa; & humana voluntas in omnibus ahiobus libis interioris, & eicitis, tametsi necessitatis, libera nuncupatur: quia ad ipsos intentiones actus cogi a nemine potest. Hanc doctrinam valde exponit S. Thomas tom. I. Part. quinquaginta. art. 2. ad 3. tum quinquaginta. de potentia. artic. 2. ad 5. ubi ait, quod naturalis necessitas, secundum quam voluntas aliquid ex necessitate velle dicitur, ut felicitatem, libertatis voluntatis non repugnat. Dei libertas enim voluntatis violentia, vel eicitio opponitur... Libere ego Spiritus sanctus procedit a Patre; non tamen potest; sed ex necessitate. Libertatem hic accipit Angelicus

Doctor pro ipsa immunitate a coactione, & pro naturali voluntaria inclinatione, ad necessitatem propensionem divinam voluntatem.

II. Alia est libertas indifferentia, quae non modo a coactione, seu violentia, verum etiam a necessitate, seu a determinatione ad unum per modum naturae immunitate seculum asert. Haec itaque libertas facultas est quae indifferentiam praestat ad opposita. Duplex est. Una contrarietatis, seu specificativis, ut aiunt, quae opposita producere actus, nempe odium, & amorem, bonum, & malum, valet. Altera est contradictoria, seu exercitio, quae agere, vel non agere, eicere actum, vel omittere eundem absolute valet. Tot absolute significat, quod, spectata natura obiecti limitati, atque adeo cum indifferentia ab intellecta proposito, illa voluntas prosequitur illud obiectum, ut possit suspendere prosecutionem alium.

III. Ad libertatis perfectionem sola requiritur exercitio indifferentia, sublata indifferentia contrarietatis ad malum, quae imperfectio libertatis est. Quomobrem & Deus extra se liber est, tametsi malum velle nequeat; & Christus Dominus liber est, quamvis malum parare non possit. Quoniam vero ex peripicua libertatis idea graviorum difficultatum resolutio pendet, liber paucis ea hic indicare quae sulis infra dicitur sunt. Voluntas humana lodes est libertatis. Causa, & principium libertatis est intellectus, proponens voluntati bonum amandum cum indifferentia iudicii. Toties vero proponit intellectus cum indifferentia iudicii, quoties id quod proponit, bonum & limitatum est, non aequans voluntatis potestatem. Haec est angelica S. Tho-

mae doctrina. 1. 2. quae. xviii. art. 2. ad 2. ubi inquit: Radix libertatis est voluntas, sicut subiectum; sed fuerit causa, est ratio: ex hoc enim voluntas libera potest ad diversa fieri, quia ratio potest habere diversas conceptiones boni. De variis intellectus actibus, qui liberam praecedere electionem debent, infra dicam.

IV. Quomodolibet varia est libertatis conceptio; ita multiplex est necessitatis sententia. I. Alia est necessitas coactionis, & violentiae, quae extrinsecus inducitur; & cui voluntas, ut dicitur, libera est, & cum membra exteriora tantummodo subiecta sunt. II. Alia est necessitas inclinationis naturalis, a principio intimo proficiscens, quae ad unum naturaliter determinat; ut inclinatio in natura spirituali erga beatitudinem in communi. III. Alia necessitas, quae extrinsecus advenit; quae est in beatis necessitas amandi Deum. IV. Rarius alia appellatur antecedens, & absolute, alia consequens, & conditionata. Antecedens rationis, & voluntatis utrum praecedit, ut contingit in motibus primo primis, qui involuntarij, seu indeliberati nuncupantur. Necessitas consequens, seu conditionata, ea est quae consequitur liberam aliquam oppositionem, seu deliberationem; ut necesse est ambulare, si ad ambulandum non determinaverim. Necessitas antecedens nuncupari etiam solet necessitas consequentis; & necessitas conditionata necessitas consequentia. V. Tandem alia appellatur physica, & absolute invincibilis, quae est ipsa ea antecedens; alia moralis, quae in summa difficultate (iuxta communem loquendi modum) sita est, absque in malo, vel faciendo bonum: qualis dominatur in hominibus inveterata aliqua consuetudine, vel habito pravo affectu; quom ex parte absolute valent, sed maxima cum difficultate.

V. Potestatis nomine, quae in voluntate libera requiritur ad oppositum, intelligitur potestas expedita. Potestatem hanc Theologij considerant & in actu primo, & in actu secundo. Potestas voluntatis in actu primo, & expedita, illa dicitur cui nihil ex parte sui deest ad operandum. Hac ratione in Schola Thomistica gratia sufficienter committitur potentiam proximae completam, & expeditam ad operandum, quia ex parte non est nil amplius requiritur; ut vero erumpit in actum secundum, requiritur gratia efficax, quae ex parte actus secundi se tenet.

VI. Pro libertatis intelligentia per oculos quoque habenda est celeberrima distinctio fontis compositi, & divisi: quae in vero tena ex-

Historicum Lutheri, Calvini, & Iansenii systema de libero arbitrio in aeterna felicitate negotio.

SI quis sicut, sincerique coloribus Lutheri, Calvini, & Iansenii de libero arbitrio sistema respiciamus, ipsi me omnia fallunt; in nihilum coguntur gravillime, quae licet Catholicos terrent, qualiones. Siquidem non raro accidit ut homines longiores contentum, licetumque vires tenant; perpetuae diffidula foveant, quod principium unicum, unde tota pendet controversia, pieno in lumine haesitatum collocoerit. Eadem veritas sub una oculorum acie adversantes difficultates explodit, non item sub altera. Quorum haec? Novum me referendum mihi arcantem est in Lutheri, Calvini, & Iansenii doctrina de libero arbitrio exponenda? Minime gentium. Sed notam illorum hoc de argumento haereticum fidei eo representare aspectu delibetari, ut ex solo eiusdem introitu in sumum abeat sophistata illa quibus vellelicis Catholicorum plurimum doctrina solet.

II. Et, ne plus iusto in limine haesam, causam agendorum tractandam. Primum hominem libero praeditum arbitrio fiantur vel ipsi haereticarum; at extinctum, sublatum, que peritus esse possit. Adeo peccatum contentum. Liberum hominem in hoc lapsu naturae datae duntaxat asserunt in civili societate, operumque naturalium regime. In genere vero moris, aeternae salutis negotio, excludi omni eligendi facultate, & omnique activa indifferentia sublata, necessario illum peccare docent, nullaque omnino partes habere in his quae divina gratia praeventur operatur. Omnino perit libera eligendi potestas in Adamo peccante. Ergo necessario homo peccat, necessitateque, dum auxilio divino praeventur, operatur. Quam operationem voluntario quomodo; seu spontaneo motu homo eicit; minime vero libere, libertate electionis & indifferentia. Nullas omnino partes exercere propugnant homines, cum Dei auxilio ad operandum applicantur; sed mere passive se habere in morum sanctitate; quavis voluntario, seu spontaneo motu, quomodolibet & bruta, physice agant. Paucis accipe torus Lutheranae, Calvinianae quoque doctrinae succum. Non ideo Lutherus, & Calvinus negant in homine liberi arbitrii indifferentiam, & electionem; quia Deus gratia, suapte natura efficacissima, humanam voluntatem praeventiat, & praedeterminat; sed con-

plicata a nemine negari iure valet; in sensu falso, et contrario ab omnibus sublata. Sensus falsus huius distinctionis est, si quis diceret, hominem auxilio efficaci determinatum ad bonum, libertatem habere non in sensu composito cum ipso auxilio, sed in sensu diviso, idem subarto tali auxilio. Hoc in sensu etiam homines vinculis devotissimi libertatem habet ad ambulandum, si vincula frangantur; quo nihil absurdum concipi potest. Verus sensus est, hominem, praefato auxilio efficaci determinatum ad amorem, liberum esse ad oppositum sub ipso auxilio, non in sensu composito; quatenus: scilicet valeat coniungere amorem cum non amore, actionem cum non actione, quod repugnat; sed in sensu diviso, inquantum, dum amat, retinet facultatem expeditam ad non amorem, aut ad odium. Ne multa, sensus compositus excludit, inquit, conjunctionem actionis cum negatione eiusdem; minime vero excludit potestatem ad non agendum, vel ad agendum oppositum.

VII. Plures fuerit adeo sensus libertatem errorem. Hanc negant Socii, fatis omnia subiectis. Fatis nomine omnium casuum istorum significabant. Alii ex divina praedicta cogi ineluctabiliter homines ad malum asserant. Manichaei, ut refert S. Augustinus Lib. III. cap. v. contr. duas epist. Pelag. libertatem negant ex natura mala Deo coacta. Pelagiani, in aliud extremum declinantes, errant, libertatem nimiam extollentes. Docebat quippe hominem aequae ad bonum, atque ad malum solis naturae virtus idoneum esse, qui egeat ad bonum divinae gratiae subsidio: contra quos haec S. Augustinus epist. xlviii. ad Valentianum n. 4. scribit. Fides catholica neque liberos arbitrium negat sed in vitam salutem, fides hominum; neque tantum ei tribuit, ut sine gratia Dei valeat aliquid. Contendebant Pelagiani, liberum arbitrium seculum haudquaquam fuisse per peccatum originale; sed veluti in aequilibrio constitutum, aequales habere vires sive ad bonum, sive ad malum. Heime interebat, libertatem arbitrii cum necessitate gratiae, quae voluntatem praeventiat, componi minime posse. Si alterius spe indigen, liber non ero, estitabat Pelagus. Lutheri, Calvini, Iansenii, aliorumque errores adversus libertatem mox referam.

tra ita rationeantur homines isti. Peccato peccato originali, extincta fuit cum in Adamo, tum in eisdem potestas libertas indifferens: ergo auxilium divinæ gratiæ necessarium hominibus applicat ad operandum. Admissio primo errore extrinsecus peccatum originale humanæ libertatis, consequentia legitima est; quemadmodum, quia in brutis nulli est electio, & indifferens facultas, nec cessario a Deo determinatur. Contra Catholicum argumentantur. Homines post Adam illam liberam arbitrio, tamen facti, infirmo, vulneratoque, instructi sunt. Ergo liberæ a Deo præconitior, & applicatur. Eni patet delictum verum, germanique Libertatis, Calvinianæque hæresis specimen.

III. Quæ patet pertrahit, ostendenda nunc sunt propriis Lutheri, Calvinique verbis. De Iustitiam nostram dicitur. Et, ut a Luthero incipiam articulum, hoc est alius de libero arbitrio articulum, quem LEO X. in bulla, *Exceperunt*, anno 1520, edita contra eundem Lutherum, non. 36. damnavit. *Libertatem arbitrii post peccatum esse res de soluto.* Et dum facit quod in se est, peccat mortaliter. Patet transcribam, non ex universis eius operibus, sed tantum ex opusculo de sermo arbitrio adversus Erasmus, ubi ex instituto causam vertit. In aliis quippe opusculis iam prænotam omnem fululere libertatem: in quem errorem calumiam acuit Erasmus, & Lutherum strenue exagavit, prostravitque. Lutherus vero insula sua protrevia adversus Erasmus opusculum edidit, inscripsum de sermo arbitrio, insensumque est. Tom. III. operum Lutheri. Incipit ergo. *Significatur nunc libertatem arbitrii esse plane divinam notionem, nec ulli posse competere, quam soli Deo manifestat. Quod si hominibus tribuatur, nihil relictum tribuitur quam si dicatur quogue est tribuatur: quod sacrilegium nullum esse minus possit. Libero arbitrio donatum Adamum fuisse, qui neget? Nullum tamen sacrilegium, quod arbitrio præditus homo sit. Larvam arbitrii quam in homine admittit Lutherus, paulo post explicat his verbis. Quod si omnino vocem eam omittere voluerim, quod est facti iustissimum, & religiosissimum; bona fide tamen eadem ut docemus, ut homini arbitrium liberum, non respectu superioris, sed tantum inferioris sibi concedatur; hoc est, ut facti sit facti facultatibus, & possessionibus habere suscipiendi, facti, omittendi pro libero arbitrio, licet & insipsum regatur solus Dei libero arbitrio, quomodoque illa placuerit. Ceterum ergo Deum, vel in rebus que præsentant ad salutem, vel damnationem, non ha-*

bit liberam arbitrium; sed capere, subiectione, & servare est, vel voluntatis Dei, vel voluntatis facti. Hoc est capiale Lutheri principium. Homines in civili commercio, in officiis humanis, in concedendo, in bibendo, in saltando liberi sunt. In æterne vero salutis negotio nulla libertate instructi sunt, nullas in eodem habent partes; sed solum Deus, cuiusque humanæ libertatis cooperatione reiecta, salutem operatur nostram, passive tantum hominibus se habentibus. Quin contendit, nihil Patres de libero deinde arbitrio: sic enim pergit ibidem. *Regimus itaque per Christum, ut Erasmus, in eum tuis nobis saltem concedit, ut periculo conscientia nostra absterit, licet meta respiciat, vel saltem assensum differre dignatus, quod in ipse videtur esse nihil, nisi inane vocem. & scriptum salutarum; scilicet, ut liberi arbitrii est, res liberi arbitrii est, etiam si ad summum venientis, & omnia vestra probata sunt, & consistit. Deinde ad hoc incertum apud ipsos tuos, an ea vox sit, ut non sit, cum ipsi inter se servent, & sibi ipsi non consistit. Iniquissimum est, immo longe miserum, solo phantasiae voce nunc, etiamdemque incerta, nostras conscientias vexari, quas Christus sanguine suo redemit. An nisi vexari nos volumus, ut accusamus superbiam invidiam, quod tot Patres ut scilicet horum contemptissimus, qui liberum arbitrium nihil ruerunt, cum veritas, ut ex dictis videtur, nihil præfuit de libero arbitrio definitur; et sub pretextu & nomine illorum, liberi arbitrii dogmata erigunt, cuius tamen neque specimen, nec nomen possunt ostendere, & mendaci vocabulo sic deludent oculos. Quæ disputatio esse cum homine potest qui, cum fronte polita, blaterat, Patres, Augustinum, Hieronymum, Fulgentium, Prosperum, ceteroque nil de libero definitur arbitrio?*

IV. Luculentius paulo post suam exponit sententiam, dum & Erasmus, & Catholicorum improbat doctrinam. Erasmus in suo adversus Lutherum opere, ut liberum propagaret arbitrium, in Sempelagianismo declinavit, cum liberum arbitrium suum se præparare viribus, seque applicare ad gratiam accipiendam asseruit: contra quam doctrinam hoc pacto Lutherus invadit. *Vides ne, ut Erasmus, hac definitur res ipsa non potest... quod barum verum nihil omnino intelligit... & ut supra dixi, minus dicitur, & plus tribuit libero arbitrio quam omnes alii; neque totum liberum arbitrium, omnia tamen illi tribuit. Tolerabilis longe tradunt Sophiste, vel saltem Pater eorum Petrus Lombardus, qui*

liberum arbitrium dicitur esse facultatem discernendi, deinde & eligendi boni quidem, si adit gratia, mali vero, si desit gratia, ... Tu vero utique parem vim facis liberi arbitrii, quod iuste, sine gratia, ut & seipso applicare possit ad bonum, & seipso avertat a bono... Nec hoc dico, quod Sophistarum sententiam de libero arbitrio probem; sed quod tolerabilior esse dicam quam Erasmi: propterea enim accedunt ad veritatem. Non enim illi liberam arbitrium, sicut EGO, nihil esse dicunt; tamen, cum sine gratia ipsorum nihil posse dicunt, proferunt Magister Socraticorum, pugnant Erasmo, immo videntur sibi ipse quogue pugnant, & sola verbi controversiam cognoscit. Ita ergo Lutherus extrinsecum in salutis negotio liberam arbitrium contendit, ut nihil, vel ipsa gratia præditus, homo agere valeat. Et protecto quod non est, nec sanare, nec erigere, nec prævenire, vel determinate gratia potest. Pergit Lutherus: *Nihil nisi inanis vox liberi arbitrii reliqua sit, velint nolint... Ego ex his verbis nihil posse non coniecit, quam liberum arbitrium esse inane vocem, cuius res anisita sit.*

N. Scripserunt testimonium ab Erasmo producta delicta Lutherum incredibili fatuitate. Ad illud Ioannis, *Peccatum dedit eis filius Dei fieri*, respondet: *Ioannes non loquitur de illa opere hominis, neque magno, neque parvo, sed de ipsa invidiamque, & inanimatitate hominis veteris... Hic homo MERE PARSIVE, ut dicitur, sese habet, nec facit quidpiam, sed fit ipsum. Pöll multa folia iterum clamant. Igitur usus ORIGINALIS PEC-CATIUM liberum arbitrium proferunt nihil posse nisi peccare, & damnari... Ego sane de me consistit, si qua fieri possit, volent nulli hæc liberum arbitrium.*

VI. Transcribendum integram opusculum, alioquin ipsorum, mihi esset, si ea omnia congerere vellem quibus probato contendit liberum arbitrium tiridum vanum esse sine re, purum putamque Sophistarum (sic vocat Scholasticos) figmentum; & solum admittit spontaneitatem, quam etiam libentiam vocat. Dum hoc, & alios similes errores in Lutero lego, feris mirari nequeo Lutheranos, qui tam delirantem Sycopphantam: ut proprie lecte Patriarcham venerant, & ut Theologie reformatorem extollunt vel ipsi inter eos doctores. Quid? Errantem Lutherum non legitimum? Cur ergo ut legislatores suspiciter? Si erravit in fundamento universi iuris naturæ adeo manifeste; quanto impudentius in obsecroribus arcanis deliravit? Sublato penitus

per peccatum originale libero arbitrio, legitima confectione inferi hæresis Lutherus ibidem, divinam decerem omnia necessaria prælinere, & determinare. Decretum Dei fulmen vocat, iud quo liberum arbitrium penitus conitum, & extinctum in Adamo peccante allert. Vero Lutherus, sicut ceteras, ita quoque istam controversiam Lutherum confessione, & perturbatione implicat, & involvit: ac passim antiquis manifestis semetipsum conert. Ad Calvini, qui suos errores clarior methodo exponit, & sibi magis conat, doctrinam detrahendam accedamus.

VII. Calvinus Lutheri de libero arbitrio doctrinam adoptavit. In hoc tantum discrepant. Lutherus in suis scriptis iudicio caret, & immani furore adrepsit, huc atque illuc irruit: modo ut insano, modo ut fannio, & sicut molendino & implexo errores suos exponit. Contra Calvinus proptus, acutus, valer, veritatis, arte scribendi penitissimus. Itam qua vexatur, suo tempore exeret. Ut Lutherum veritatis, eruditione, & elegantissimo stilo superat; ita facilius lectorem imponit, & errores suos facit, æque catholicorum dogmatum veritatem adulterat. Faceret Calvinus, eandem cum Lutero causam se habere. Numquam, sicut nec Lutherus, ex divine iræne emittatur: sed ex primi peccati mortali vulnere extraxit liberum humanum arbitrium colligit.

VIII. Verba Calvini transcribo. Is in secundum libro, *Pignus* de libero arbitrio hæc scribit. *Respondit, & Lutherum, & nos omnes duplicem constituit naturam: partem, qualem a Deo constituta fuerat, quam partem & integram fatuimus fuisse; alteram, quam lapsu hominis vitiatam, suam integritatem perdidit. Et paulo post: iam vero ut nihil premitur (Pignus) quod edimus quilibet modo consistere queat Lutheri sententia, aut nostra, originem trahere a veteribus hæresibus vocem notat &c. Pöll multa liberatis, quam cum Lutero defendit, notionem exhibet: Sed quomodo apte Pignus cum necessitate consistit perpetuo consueti, quarum discretione tenere, & diligenter remissive plurimum ad propinquam questionem referi, hæc quatuor, quod inter se differunt, observare convenit, voluntatem aut liberam esse, aut servam, aut spontaneam, aut coactam. Liberam voluntatem in Igo intelligunt, & sicut Pignus quoque definit, quæ bonum aut malum eligere habet in sua potestate. Coacta voluntas nulla esse potest, cum alterum alteri repugnet. Verum decem causa, quid significet, attendendum est, ut intelligatur quid sit coactio. Eam ergo sic vocamus, quæ non sponte*

„ Nolite vobis condere thesaurum in terra: & nolite timere eos qui occidunt corpus: & qui vult venire post me, abneget semetipsum: & pax in terra hominibus bone voluntatis: & quod dicit Apostolus Paulus: quod vult, faciat: non peccat, si nobat; qui autem statuit in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis, & hoc statuit in corde suo ferre virginitatem suam, bene facit. Item dicitur: Si autem volens hoc facio, mercedem habeo: & alio loco: Sobrii estote, ieiunate, & nolite peccare. Et alibi: O mnes qui vole vult vivere in Christo DE-

SU, persecutionem patienter: & ipsi Timothei: Non negligere gratiam quae in te est: & ad Philemonem: Non bonum tuum veniat EX NECESSITATE esse, sed ex voluntate. Item locum in Epistola sua: Nolite diligere mundum, & cetera humiliter, omnes, nisi hoc, & c. Item dicitur: & ubi ad aliquid faciendum, vel voluntatem in arbitrio mentis operi voluntatis existitur, satis liberum demonstratur arbitrium.

XI. Arrigite aures Calviniani, addele animis. Non omnes liberi arbitrii se ponit Augustinus, siam non in actione spontanea, sed in facultate indifferenti agendi hoc vel illud. Quoties divina Scriptura dicit: Noli hoc, & mali illud; & ubi ad aliquid faciendum, vel non faciendum in arbitrio voluntatis existitur, excipitur, satis liberum demonstratur arbitrium. Quibus aliis luculentius vocibus exprime S. Docteur potestatem indifferenciam ad agendum, vel non agendum, ad faciendum hoc, vel faciendum illud, ad arbitrii libertatem necessitatem esse? Et hanc doctrinam integro hoc libro repetit. Subdit cap. xv. Provina, carissimi, sicut superioribus testimoniis Scripturarum prolatum in sanctum ad bene vivendum, & recte agendum esse in homine liberum voluntatis arbitrium; sic etiam de gratia Dei, sine quo nihil boni agere possimus, quod sint divina testimonia, videamus. In hac re potestatem voluntatis ostendit, ubi ait: Non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis, ut servet virginitatem suam: & tamen non omnes capientes vultum hoc, sed quibus datum est. Quid? Paulus Apostolus excludit ne necessitatem? Asserit ne voluntatem nostram habere servanda virginitatis potestatem, ut declinetur Pharisaeorum invidiam? Ne vero effluere quilibet valeat, Augustinum plus iusto extollere humane libertatis vires, temper addit in toto illo libro, & ubique, ubi de arbitrio sermonem habet, sibi il-

lud nequaquam sufficere, sed gratia Dei parere. Nec tamen (continuo ibi libidini) sufficit arbitrium voluntatis humanae, nisi a Domino gratia concedatur oranti, ne intret in temptationem. Homo ergo gratia invocatur, ne sine causa voluntatis eius laboratur.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Quis personae conditionem, huius gradum designat. Quis actionis accidentia, seu modum determinat. Ubi loci circumstantiam prodat, puta furtum in loco sacro perpetratum. Quibus auxiliis, nempe quibus instrumentis utitur peccator est in executione delicti. Cur ad hunc finem significat, quomodo qualiter prodat actionem. Quando temporis quantitatem, aut horam exprimit.

IV. Officia humana, etiam interna, aliquam bonitatem, vel malitiam ab his circumstantiis, ut indicant. Quoniam inquit S. Thomas 1. 2. q. 1. art. 2. In rebus naturalibus non inveniuntur reipsa plenitudine perfectionis, quae debent eis esse forma substantiali, quae dat speciem; sed multum superadduntur ex superuenientibus accidentibus, sicut in lumine ex figura, ex colore, & sic de aliis.

quarum si aliquid desit ad decentem habitudinem, consequitur malum. Ita etiam est in actibus. Nam plenitudo bonitatis eius non in consistit in sua specie: sed aliquid additum est, quae advenit tanquam accidentia quaedam: & huiusmodi sunt circumstantiae delicti. Unde si aliquid desit, quod requiritur ad debitas circumstantias, erit actio mala.

V. Ut actio aliqua bona, vel mala sit vi circumstantiae, haec aut addebat alibi debet, aut ab eodem abesse. Quare carens circumstantiis quae nulli in modo alibi debent, ubi bonitatis actioni detrahit; addit tamen aliquam bonitatem, si ex consilio, opportunum addat. Opportune, inquam, quatenus magis ad finem conducunt. Quare, si nihil contrariat ad finem, nil bonitatis addunt. Quod quis hora manutia, aut meridiana impertiat elemosynam, nihil bonitatis addit; nec homicidium commissum feria tertia plus malitiae habet quam si committatur feria quarta: quoniam inepte prius haec circumstantiae ad finem se habent. Interdum circumstantiae, non tamen semper, naturam induunt obiecti; ut quando per se, & primo illas operans vult, & intendit tanquam finem.

VI. Sape actio humana, praeter bonitatem acceptam ab obiecto, aliam induit ex fine operantis: puta, si quis ieiunet, ut ad meditationem, & ad opera divina promptius peragenda se preparat; ieiunium illud habet suam bonitatem ex obiecto, & simul aliam ex fine in quem dirigitur ab operante. Si actus exterior per se ordinatur ad finem; si finis est qui determinat bonitatem quae est ex obiecto. Si finis disparatus sit, & ex solo operantis arbitrio ordinatur obiectum ad talem finem; tum actus moralis duplicem habet vel bonitatem, vel malitiam, inquit S. Thomas 1. 2. quae 1. xviii. art. 7. Obiectum exterioris actus dupliciter potest se habere ad finem voluntatis. Uno modo, sicut per se ordinatur ad finem; sicut bene proprie per se ordinatur ad virtutem. Alio modo per accidens; sicut accipitur tunc alioquin per accidens ordinatur ad dandum elemosynam. Operantem autem... quod differentia dividitur aliquod genus, & constituitur speciem illius generis, per se dividitur illud. Si autem per accidens, non recte procedit divisio... S. igitur, quando obiectum non est per se ordinatum ad finem, differentia specifica, quae est ex obiecto, non est per se determinativa eius quae est ex fine; nec ex contrario. Unde non istam speciem non est sub alia; sed tunc actus moralis est sub duabus speciebus, quae disparatae

Unde

Unde dicimus, quod illi qui foratur, ut mechetur, committit duas malitias in uno actu, una obiectam per se ordinatur ad finem, & alteram differentiarum est per se determinativa alterius: unde una istarum specierum contrahitur sub altera. Si plura aves, consule ipsam S. Thomam, qui in argumentorum solutione, quaecumque opponi possunt, dispellit.

VII. Idem actus voluntaris succellive potest esse bonus, & malus; ut, dum quis incipit comedere carnes ante mediam noctem, & conciliatur continuatur post illud tempus, & quando argens incipit preceptum verum suam cibum quum. Idem vero actus eodem tempore nequit esse malus ex obiecto, & bonus est: si quis enim furetur, ut det elemosynam, furtum illud semper malum est, nec honestari a fine bono potest. Malitia namque, quae est ex obiecto, utpote essentialis, ineptum actum reddit ad suscipiendam bonitatem ex fine.

CAPUT X.

Qua fieri ratione potest ut sapere bonam mixta malis, & mala mixta bonis?

I. Immediam questionem, quam in utramque ex duobus partem Theologi etiam nostrate, suscipiendam aggradimur. Si id promovere quod laetio, licet, utraque pars minus peripicue difficultatem dirimit. Quae penes omnes certa sunt, delibanda. Idem exterius officium elemosynae, a duobus principibus proficiscens, bonitatem, & malitiam induere potest; quia tum duplicis actionis obiectum est. Bona intentione imperatur a domino: illam perverta exequitur laicus. Sanctus fuit Christi passio, ut volta a Christo; facerile, ut a ludaeis peracha.

II. Idem similitur actus physicus, qui duo obiecta disparata respicit, bonitatem ex uno, malitiam ex altero suscipere valet; ut, dum quis dat elemosynam Petro propter Desiderium, & Paulo propter inanem gloriam; licet enim idem actus physicus sit, moraliter tamen duplex est, & quid successibus habet.

III. Haec difficultas recidit, utrum idem physicus actus, ex obiecto bonus, sed ob finem primum volutus, retineat bonitatem ex obiecto, & pravitatem ex fine. Henricus a S. Ignatio Lib. III. cap. xii. docet, unum eundemque physicum actum internum respectu eisdem obiecti, diversis intentionibus imperatum, quarum una bona, altera mala sit, quaque disparatae, & concomitanter se habeat

ad priorem, bonum finem, & malum esse: quam sententiam doceri a P. Contentonio committit, asserit; sed aperte fallitur. Sententia, ut ab Henrico explicata, vix revocari in discrimen valet.

IV. Sententia P. Contentonii Lib. III. differ. 11. cap. 11. spec. 2. haec est. Quando actus ex obiecto bonus propter finem primum elicitur, tum opus bonum vel eligitur praecise per modum praeiudicii, conducentis ad finem, vel per modum finis intermedii, ita ut voluntas non solum allicatur a fine, sed etiam ab obiecti bonitate moveatur, quamvis illi obiecti amor superadditur finis mali relatio. Tunc, inquit P. Contentonius, bonus erit actus ex obiecto, malum ob finem. Quoniam, inquit, actus quo voluntas per se, & propter se amat levamen pauperis, quamvis feratur in finem malum, aliam tamen ex illo obiecto haurit bonitatem; si obiectum illud prosequatur tanquam finem intermedium, & non tanquam primum modum.

V. Haec P. Contentonius (cuius ingenium, eloquentiam, & eruditionem si quis non magnificaret, in meridie eucurrit) sententia falsa est. Factum, ut ita dicam, verum est; sed male explicatur, & falso principio propugnatur. Nam ornes fatentur, lege, quia frequentissime occurrere ut bona sint mixta malis, & mala mixta bonis. Sed tum plures consequuntur actus. Allicitur quis ex pauperis miseria ad erogandum elemosynam; & cum eam, praesente spectulorum corona, distribuit, compiacet sibi: inanis gloria subscula se se immittit, amor proprius illatur; superbia bonis operibus insidiat. Sed tum actus bonus elemosynae obiectum evadit illius vaes gloriae, inanis complacentiae; atque ad id duo, vel plures actus sunt.

VI. Dico itaque, actum ex obiecto bonum, relatum in finem primum, totum esse malum. Ita docet S. Thomas 1. 2. quae 1. xii. art. 7. ad 2. Voluntas non potest abici bonum, si sit intentio mala eius se volentis. Qui enim vult dare elemosynam propter inanem gloriam consequendam, vult id quod de se est bonum sub ratione mali. Et sic, prout est volutus ab ipso, est malum. Unde voluntas eius est mala. Ratio evidens est. Obiectum non dat actui speciem, nisi circumstantiis vestitur; lea, ea ratione volentis illud spectat, & attingit. Porro elemosyna propter inanem gloriam data, recte rationis delictum reputatur. Ergo obiectum malum est. Malus ergo actus. Ut enim officium bonum sit, dirigat praudenti regula debet. Quis porro dixerit, ieiunium, elemosynam, divini verbi promulgationem

100

tionem, & cetera id genus officia, propter inane[m] gloriam peracta, prudentie christiana[rum] discretione diripi?

VII. Distinguo P. Contentiosum, qui contendit obiectum bonum eligi vel tanquam medium, vel tanquam finem intermedium, & ordinari ad finem malum posse, inanis & commentitia est. Nam cum finis intermedium suam bonitatem retinet, quando in finem ultimam consentaneum, & eidem non repugnantem ordinatur, tunc quando finis ultimi[m] malitia cum finis intermedii honestate pugnat. Pugnare autem simul inanis gloria[rum] pravitas cum elemosina[m] honestate. Porro quia ratione intermolere quia valet elemosinam eligi non ut medium, sed ut finem intermedium? Resp[on]dit haec elemosina dirigitur ad inane[m] gloriam. Ergo inanis gloria illa est quae dirigit, move[re]que operantem. Nam aut inanis gloria movet directum ad erogandum elemosinam, aut secus. Si primum, inanis gloria est finis ultimus, a quo actus respicitur caput. Levamen pauperi nequit natura sua, tanquam finis intermedium, sobriam gloriam; cum haec duo pugnant simul. Et, dum resp[on]dit homo hanc elemosinam dirigit in finem malum, rem perveram agit, verumque ordinem perturbat, dum bonum propter malum operatur, quoad modum dum malum eligit propter bonum.

VIII. Opponet P. Contentiosus hoc S. Thomae testimonium ex l. 2. quaest. xviii. art. 4. ad 3. Nihil prohibet, actioni haberi nam praedictam bonitatem deest aliam: Et secundum hoc contrigit aliterum quod est bona secundum speciem suam, vel secundum circumstantias, ordinari ad finem malum, vel e converso. Non tamen est actio bona simpliciter, nisi omnes bonitates concurrant. Hactenus Constantinus. Sed altera[rum] periodum addit Doctor sanctus, quae rem totam dirimit. Quis vigilanter singularis defectus casus malum; bonum autem causatur ex mixta causa. Quodnam malum causatur finis malus? Nam ipse tempore naturus malus est. Aliud vero malum causatur, inquit Averellius. Quodnam? Ipsam bonitatem ex obiecto inquirat, inquit. Quare, licet absolute, & praesertim accepta elemosina bona sit; mala tamen in finem primum, mala evadit. Ideo[que] dicit S. Thomas, non esse simpliciter, id est, vere bonam, sed malam. Vigilatoris, & sophistae est cavillari hanc vocem simpliciter, quasi haec prodatur, actionem partim bonam esse, partim malam, cum ex alio luculentissimis testimoniis compertum sit, S. Thomam docere, actionem bonam, directam in finem primum, totam ma-

lam esse: quia malum ex quocumque defectu, bonum ex intera causa.

IX. Alterum testimonium, quod ex art. 7. eiusdem quaestionis obicit Contentiosus extraneum prorsus est, & truncatum prolatum, non secus ac primum. Quando obiectum non est per se ordinatum ad finem, difficultas specifica, quae est ex obiecto, non est per se determinativa eius quae est ex fine, nec e converso. Unde una istarum specierum non est sub altera; sed tunc alius moralis est sub diversis speciebus quasi disparatis. Hactenus P. Contentiosus. Pergit vero Angelicus: Unde dicimus, quod ille qui finitur ut moribere, committit duas nullitates in suo actu. Duas scilicet species in eodem physico actu rep[er]iri posse, namque unquam est inficitatus. Illud vertitur in dilectum, possit ac simul bonum, & malus esse: quod negat S. Thomas: quoniam bonum ad eod. integrum causa. Magis ablutit a vero quod ex eodem S. Thoma repetit: Alia modo per accidens, sicut accipere rem alienam per accidens ordinatur ad delectandum elemosinam. Quid heine? Bonum in luctum evadit, factum elemosina[m] erogandae causa? Nec ipse Contentiosus id asserere audeat. Ergo perperam testimonium illud obtrudit.

X. Vera sunt quae a posteriori congruit P. Contentiosus, sed male explicata. Frequenter etiam in viris sanctis evenit ut illorum bona opera septa veluti finis inanis gloriae, beneque complacentie nubesunt. Invidiosus Superbie tanquam rimae sibi aperit, exlebrans, per quas penetrat, & invadere vel ipsa laboriosa opera quaerit. Et quanyis bona mentis indagare sanctae intentionis iannam excludit, excubantiae aere tanquam, nihilsecus adeo vertipelles sunt holies nostri tum domesticis, tum extranei, ut quambilibet vigilantiam nostram deludant, insalutem non raro vel oculatiorem attentionem. Hinc Sanctorum timor, & tremor; hinc humilitas, & pavor. Verum haec boni, malique mixtura non contingit, ut PP. Contentiosus, Henricus a S. Ignatio, & alii contendunt, videlicet quatenus viri Dei ad vanam gloriam referant, quibus lux, seu ut eodem actu velint operari sua bona ad vanam gloriam. Adhuc Dei viri tamen apertum faciunt. Sed evenit, quatenus iuxta videntem fructum optionem plantam serpit lenis line lenis temp[er]at, qui suo venefico latitu edites iam fructus optimos menti repraesentat sub magno honoris splendore, ut tante lucis aspectu inermelcet animus, insidens, insolecat.

Actio

Actiones istae male comitantes, & circumstantes actiones bonas, easdem non infeunt; sed animo operantis inquirant. Verum itaque habet priores operationes non amittere bonitatem suam, nisi dum referantur in finem primum. Non est ergo quod P. Contentiosus improperet Salmanticensibus, Ioanni a S. Thoma, ceterisque Theologis nimiam doctrinam levitatem, propterea quod docent, adhaerent bonam, salutem in finem malum, suam causare bonitatem. Quandoquidem doctrina vera, certa[que] est. Quod primum autem spectat, negotium accidit, ut nos explicemus, videlicet sepe bona permixta male esse, & contrario. Verum haec mixtura non uno, sed pluribus modis peragitur. Quae doctrina ipsa experientia constat, & intimo sensu quocumque eam deprehendit. Quis hominum bene moratorum opera sua in vanam gloriam referre sudeat? Quis suam in Deigloriam intentionem non dirigit? At, dum haec praestat, sentit iamque, domesticumque hostem indolite libarentem, & irrogantem: & non raro veterum hostium, veluti sibilus aure tenens, insilat cor, titillat animum, ut de operibus bonis glorietur. Igitur utraque sententia docet, sepe bonis iustorum operibus superbia[m] insidiosi, antinamque ob bona patrata facinorosi sibi paululum blandiri. At vera lenitiam negat, unico partu bonum, & malum produci, bonumque esse officium, mali finis gratia peractum; sed, dum bona permixta operi malis, & mala bonis, a diversis principibus haec duo diversigenere profucluntur. Nec enim arbor bona malos, aut arbor mala bonos edere fructus valet.

XI. Opponet testimonium divinae Scripturae Ps. Reg. 2. ubi de Iehu dicitur. Quia stultus es, ubi nihil rectum erat, & placuit te occidere matrem, & matrem quam videri in corde mercedis. Tacendo quippe constat fuisse insensum eorum regere, mentes suam. Perperam plura distinguntur, nec vel longe indicant, actum illum, quo vel opus bonum in finem bonum ordinatum fuit; praesum donatum fuisse. Cetera quae opponere adversari solent, discutendo illa pretereo.

XII. Argumentum istud, quod magni faciunt adversari, vanum commentum est, quod pluribus in locis sibi opponit, & resol-

vit S. Thomas, potissimum 2. 2. quaest. ex art. 3. ad 2. & in hac 1. 2. quaest. xxv. art. 10. ad 2. Distinguedum est in opere officium, & finis, seu praecipuum exequendi operis a praecipuo dirigen[te] opus in finem verum, & honestum. Primum impleri abique secundo potest. Praecipuum exterminandae domus Acab implevit Iehu. Hoc officium regni temporis infirma mercede remuneravit Deus; secus essentium, quo in finem malum opus illud ordinavit. Voluit Iehu implere divinum praecipuum, & actus iste quo voluit divina praecipui observantiam, ex officio bonus erat, & temporari mercede dignus. Verum actu quo voluit opus bonum ob finem primum, totus malus fuit. Similiter inquit S. Thomas 1. 2. quaest. ex art. 10. ad 2. etiam ostenditur, licet habuerit bonam voluntatem quantum ad liberationem periculi, non tamen fuit eorum recta voluntas quantum ad hoc loco mendacium confessorum. Nonne & ipse Iehu mendacium pronuntiavit, cum dixit: Achab esultavit Baalparat; ego autem colam eum amplius? Si verum adverteriam commentum licet, dicendum, quod haec ex mendacio, prolato ob finem bonum, premium fuerit affectus; quoad modum illud obtinuit ob opus bonum directum in finem primum. Quod tamen nec ipsi admittunt. Egregio S. Gregorio Lib. XVIII. moral. cap. 111. inquit: In qua magis recompen[sa]tione cognoscitur quod mendacii culpa meretur. Nam benignitatis carum merces, quae eis in aeternum potuit vasa retribui, pro admixta culpa mendacii in terrenum est recompen[sa]tione destinati, ut in vita sua, quam mentiuo tunc voluerant, ea quae fecerant, bona recipere, & ulterius quod expectarent, mercedis sua praemium non haberent. Nam si libelliter perpenditur, amare vite praesentis mentis sunt, non intentione mercedis. Tacendo quippe constat fuisse insensum eorum regere, mentes suam. Perperam plura distinguntur, nec vel longe indicant, actum illum, quo vel opus bonum in finem bonum ordinatum fuit; praesum donatum fuisse. Cetera quae opponere adversari solent, discutendo illa pretereo.

CA

CAPUT XI.

ACTIONES humane, tametsi ex objecto indifferentes, respiciunt tamen, seu in intellectu, aut bono semper sunt, aut mala. Plurimum recentiorum commenta refelluntur.

I. Punctum quod enucleandum suspicimus, quoniam morum formationem spectat, formis momenti est. Agitur quippe in eo de fine in quem operationes nostrae a deliberata producentes voluntate dirigi debent. Ut percipiamus decisioni via paratur, quidam in antecellam praeiudicatus fas est.

II. Et primum dantur actus humani ex objecto, atque adeo ex sua specie indifferentes, qui nec boni in ordine morali sunt, nec mali. Ita docet S. Thomas 1. 2. quæst. xvi. l. art. 7. Contrariè quondam aliquos actus esse indifferentes secundum suam speciem, qui tamen sit boni, vel mali, in intellectu considerantur. Et in responsione ad 1. Aliquos actus esse indifferentes secundum suam speciem, potest esse multipliciter. Uno modo sic, quod ex sua specie debentur ei quod sit indifferens, & sic procedit ratio. Sed tamen ipsi modo nullus actus ex sua specie est indifferens. Non enim est aliquod obiectum humani actus quod non possit ordinari vel ad malum, vel ad bonum per seipsum, vel circumstantiam. Alio modo potest dici indifferens ex sua specie, quia non habet ex sua specie quod sit bonum, vel malum; sicut homo non habet ex sua specie quod sit albus, sed aliter, que tamen licet ex sua specie quod non sit albus, vel nigra respectu coloris enim albedo, vel nigredo respectu coloris ordinat quæ ad principia speciei. Doctrina hæc valde communis est, quodcumque aliqui in oppositum disputent. Ideo fati in eam indicalem. His præmissis, legentem statuo thesaurum.

III. Omnis actus humanus moraliter indifferens aut bonus, aut malus est, nullus indifferens. Plura sunt divinarum Scripturarum testimonia, quibus evidenter declaratur concilio nostra, & inculcatur. Sive ergo (inquit S. Paulus I. Cor. x.) manducatis, sive bibitis, sive aliquid feceritis, omnia in gloriam Dei facite. Quis dixerit, hic non tubere Deum ut omnia opera nostra in eum dirigamus finem qui in eisdem cedere gloriam valet? Sed audiamus ipsam Raderuporem nostrum, qui voce Evangelica Martini cap. xii. inquit: Qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, dispergit. Neutraliter hic habere he homo nequit. In alteram te declarare partem debet. Subdit vero idem

Salvator divinus: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonus; aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Nulla arbor indifferens: aut bona, aut mala est. Tandem concludit: Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.

IV. C. P. Eusebius Amori, de Republica litteraria optime meritis, in sua Dissipulatione, de actu morali indifferenter in individuo, narrat, in Bavaria numerum Nestorianorum, qui defendunt actus morales indifferentes per se in individuo, ab anno 1708. inceptibile. Deinde referunt quæ Theologi in celebri universitate Germanicæ discipulis ab an. 1731. & ab an. 1736. dixerunt in defensionem opinionum propugnantium actus indifferentes in individuo. Inter alia quæ extremam iactantiam produnt, hoc interpretamentum obtrudunt, quo elidere exemplum cum oculum de ratione credenda cuiusque verbi obsequi contendunt Nestoræi Professores. De verbo otioso reddenda utique ratio Deo est. Quid heinc? Anne etiam de opere otioso I. Maimæ. Quod si hec responso tibi non ardeat, dices, definitionem verbi otiosi non esse bonam. Verbum otiosum est quod non ordinatur in finem honestum. Tu nega hoc antecedens. Sed referibamus verba ipsa, quibus Theologi universitatis Germanicæ sententiam exprimit. Illa refer P. Amori loc. cit. pag. 4. edit. Venet. R. 1. non desse quidem aliquos qui negant consequentiam, sed admittunt paritatem a verbis ad opera, eo quod verbum sit facti peritus, & peccata facilius quam opera, adeoque licet non dicat actus indifferens verbum, aliquid tamen posse dari actum indifferenter verbum, seu in ordine aliquo consistentem, fuerit tamen, cum hinc responsioni non vadit ad hoc primum subesse principium, (latenter Theologian prælate universitatis Germanicæ hæc doctrinam quæ docet de peccati actibus, non de operibus actibus reddendam esse rationem in individuo formidandoque tribunalis, non nisi ad rem firmam sententia) idcirco probatur ipsi hoc aliud 2. responsum.

Resp. 2. cum pluribus aliis negando antecedens (nempe verbum otiosum est quod non dirigatur in finem honestum.) Hæc enim de prædicto. Illud est verbum otiosum quod non est ordinatum ad finem nostrum honestum, est probabilius falsum ex duplici capite. Primum quia potest dari verbum otiosum, hæc fuit sit honesta illud proferendi. Ergo illa definitio non convenit omni. Antecedens probatur ex communi sensu: qui indicat cum loqui otiose qui in eodem

dom sermone, vel emicavit, quam bono sine instituit, sapienter & pluries idem repetit; & sic verba inutiliter multiplicat, ut supra tempus ex naturali quadam ad superfluum loquacitate excurret. Secundo quia illa definitio non convenit soli. Posito enim in eo aliquis in tempore, vel loco, in quo loqui otiosus non est prohibitus, dicat alteri, Hodie est tempestas, pluvia, non intendendo hic verbis seipsum polliceri honestum, non consistat loqui verbum otiosum.

V. Plura quæ ex præfatis Theologis Germanis refer P. Eusebius Amori, sileo, ne lector exandeleat. En quam verum sit pruriginem, emolliendi sanctum evangelicæ legis rigorem, eo in dies progredi, ut vel ipsa luculentissima Christi Domini oracula in nihilum redigantur ineptissimis distinctionibus, & commentis. Quid mirum, si Lutherani, dum legunt a catholicis Theologis talia doceri, in cachinnos erumpant? Omis ipse abuteret, si in eisdem nativis rellentibus immortari Pergam ergo confirmare auctoritate SS. Patrum sententiam nostram.

XVI. Sanctus Angulimus Lib. II. de peccatis, merit. cap. xviii. Quamquam volentes mirari si potest in medio quodam ita consistere, ut nec bona, nec mala sit. Aut enim iustitiam diligimus, & bona est; & si magis diligimus, magis bona; si minus, minus bona est; aut si omnino non diligimus, non bona est. Evidentius hæc doctrinam declarat epist. xix. ad Hieronymum his verbis. Sed concordandum est, videlicet: hoc disputatione, ne sicut Philosophi quendam factis hominum media dicantur inter recte factum & peccatum, quæ neque in re, neque in peccatis nominentur; & arguimus, eo quod observare legis carcerem non potest esse indifferens, sed aut bonum, aut malum; ut si bonum dixerimus, necesse erit arguere egerunt; si autem malum, non erit, sed simulat ad Apostoli observatas esse creaturas. Ergo vero Apostoli non tantum exemplum Philosophorum tunc, quando & illi in sua disputatione veri aliquid dicunt, quam formidantur Advocatorum, quando in alienorum casarum actionem mentantur. Quid desiderari luculentius potest? S. Gregorius Magnus Lib. XXVI. Moral. explicans testimonia Scripturarum, quæ indicant cap. xiii. inquit: Non enim ante oculos Dei vacuo transvolant cogitationes nostræ, & nulla memento temporis per animam transeunt sine flata rebus. Flores adiciat alios Patres posse Patres omnes hæc propugnare doctrinam, ut P. Gabriel Hæguez tandem fateatur, ille

lam esse S. Angulini, Prosperi, Fulgentii, S. Thomæ, aliorumque Patrum: a qua tamen recedere, religioni minime ille libi verit; idque non raro precat.

VII. Rationum momenta, quibus S. Thomas hæc nostram firmat sententiam, inconcussa sunt. Omnis actus humanus idcirco humanus nuncupatur, ut supra probatum est, quia a recta proficitur, & regitur ratione. Rationis autem est ordinare omnem actionem quæ sub eius lumine elicitur, in aliquem finem. Neque enim fieri potest ut aliqua actio sit ratione moderata, & non sit in aliquem finem directa. Quoniam notio, & natura rationis est distinguere hominem a brutis, quatenus homines vi istius rationis agunt propter finem. Hinc est quod actiones, etiam si ab ipsa humana voluntate eliciantur, humanæ non sunt, nisi rationis lumine dirigantur: atque hominis, non humanæ appellantur. Porro aut bonus, aut malus est finis in quem alio diriguntur. Si bonus finis, bona quoque actio; si malus est finis, mala tandem actio fit necessarium est. Hinc rationem his verbis proponit S. Thomas 1. 2. quæst. xviii. art. 7. Actus moralis non solum habet bonitatem ex objecto, a quo habet speciem; sed etiam ex circumstantiis, quæ sunt quidem accidentia: sicut aliquis convertit individuum hominis secundum accidentia individualia, quæ non convertuntur in unum secundum rationem speciei. Et oportet quod quilibet individualis actus habeat aliquam circumstantiam, per quam trahatur ad bonum, vel malum, ad minus ex parte intentionis finis. Cum enim rationis sit ordinare, actus a ratione deliberata procedens, si non sit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipso repugnat rationi, & habet rationem mali; si vero ordinatur ad debitum finem, concordat cum ordine rationis: unde habet rationem boni. Necesse est autem quod vel ordinatur, vel non ordinatur ad debitum finem. Unde videtur esse omnem actum humani a deliberata ratione procedentem, in individuo consideratione, bonum esse, vel malum. Si autem non procedat a ratione deliberata, sed ex quocumque imaginationis, sicut cum aliquis fricat barbam, vel movet manum, aut pedem) talis actus non est proprie loquendo moralis, vel humanus, cum hoc habeat actus a ratione: & si est indifferens, quasi extra genus actuum moralium existens.

VIII. Mollioris Ethicæ propagatores negant hoc luculentissimum S. Thomæ principium, videlicet debitum ordinari omnes actiones humanas in finem honestum. Satefi, inquit, hominem agere ob naturæ communitatem, voluptatemque. An licitum non

crit, appetitus humanus suis frui actionibus; ames carnis melodia, oculos florum, aliorumque colorum varietate, odoratum odorum suorum suavitate, tactum carnis tenebritudine oblectari, palatum comedere & bibere ob voluptatem, nihil oblit valentius?

IX. Hanc carnalem doctrinam deridit deus. Eccelesia solus Ven. Innocentio XI. in his duobus proscriptis propositionibus, quarum prima, in ordine octava, est. *Comedere, & bibere utque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non abstinuerint, quia licite potest appetitus naturalis suis oblectis frui.* Altera, in ordine nona, est. *Opus coniugii, ob solam voluptatem exercitum, peccatum caret culpa, ac defectu venialis, si propositiones docuerint, teste P. Dominico Viva in Commentariis, Ioannes Sanchez, Eusebius, Diana, Martinus Petrus, & alii. Quia (inquit P. Viva) inest probabilissimum sententiam Sicuti Vasquez, & aliorum, dari potest actus moralis indifferentem in individuo; puta, si quis accedat ad ignem, ut calefaciat, vel si quis deambulet per pomarium, ita ut absterat holivivoli actum, nec profertur, nec percipit, sed permittit. Hanc probabilissimum doctrinam, cui nititur propositio damnata, haud recessit P. Viva. Afferit utique n. 10. Ad rationem fundamentum in possibilitate actus moralis indifferentis in individuo satisfecisse abunde. Verum nec tenuit, nedum abunde, opinionem hanc consultavit, ut mihi videtur, & legenti collabit. Quin num. 13. scribit: *Sentitur primo, ex condemnatione horum propositionum nullatenus conceiti opinionem de possibilitate actus moralis indifferentis in individuo. Ecce conculsa non est opinio isthæc? Quod em docuerint Vasquez, Eusebius, Diana, Tamburinus? Illius opinionis doctrinæ nixa potissimum est proscripta thesis: & non est conculsa? Verum ultra pergit P. Viva, &c., ut sua præferat opinio, partim consistens, partim approbans damnatam propositionem vicat. Scribit enim num. 10. Negue dicitur, quod, licet possunt circa culpam calum, ut vernantem campum prospectare, musicam audire, rosam olfactare, ob voluptatem naturæ consonam, quia ex natura ipsa operis huiusmodi delectatio ad finem debitum, nempe ad vitam conservationem, ordinatur; ita pariter potest homo circa ullam etiam venialem culpam ut coniugio directo ob delectationem, quia pariter ex natura operis ad finem debitum ordinatur &c.**

Nam, ut diximus, lata est disparitas inter voluptatem ortam ex aspectu campi

vernantis; & voluptatem ortam ex actu conigali: illa enim est voluptas moderata, quia, quæ animum ad caelestia trahit potius, quam retrahat; & idcirco natura ad hoc ipsum neutralium eam inclinât, unde illam intendens ordinat ad finem intentionem a natura, contra vero voluptas venerea, ut potest immodica, animum minus aptum reddat ad finem suum &c.

X. Hæc distinctio mihi non aridet. Nam P. Viva docere videtur, idcirco esse proscriptam proposit. IX. quod opus coniugii exercitum ob voluptatem veneream immoradicum. Sed propositio proscripta voluptatem aboluta proferit, non immodicam. Nouns in proposit. VIII. damnatur quæcumque comestura ob solam voluptatem? Id non exprimit in damnata thesi contendit P. Viva, iniquis num. 6. *Quantum in thesi id non exprimitur, iuxta tamen, subdit, communem DD. sententiam neque moderate comedere ob solam voluptatem licet. Sed fallitur P. Viva, id non exprimit in damnata thesi, illam comesturam defendente quis non oblit valetudinis. Ex duplici capite propositio hæc damnabilis est: vel ob solam immoderationem, seu intemperantiam; vel ob solam voluptatem. Catholicorum nemo defendit immoderatam, & intemperantem cibum non esse peccatum. Damnata ergo propositio est, quod doceatur in ea, cibum portumque, perceptum ob solam voluptatem, esse licitum. Doctrina P. Viva exspectare videtur, ut universum illicitum sit frui actibus appetitus naturalis: inquit enim num. 7. *Et sane, si liceret universum frui actibus appetitus naturalis, liceret etiam ebrietatem. Ceterum, quando voluptas actus naturæ suæ moderata est, ut est illa olfactus, visus, auditus, tunc licita est, quia ipsius actus natura ordinatur ad finem debitum. Sed hoc idem dicebant Auctores damnatæ thesi, ut collat ex his que ipse P. Viva ibi exponit num. 9. Respondetur illum qui intendit opus coniugii ob solam voluptatem, exponere se probabili periculo prolabendi in varias cupulas excedendo modum debitum. Secus vero (N.B.) qui moderatam intendit voluptatem, afficiendo rosam, aut audiendo gratiam concentum. Hæc eadem repetit num. 13. Quarto posse hominem licite prospectare campum, olfactare rosam, audire musicam ob delectationem illam, conservationem vitæ consonam; etiam si solam virtutem, & ex natura operis ea delectatio ad hunc finem ordinatur. Quam ambigue, ut missillime dicam, interpretatur hæc duas propositiones damnatas P. Viva, ceteri iudicent. Hoc recidit illi doctrinæ, si omnia licet conferantur.**

rantur. Cibus, potus sunt illicita, quia ob magnam voluptatem ex natura operis eiusmodi actus non ordinatur in finem debitum; immo exponunt periculo prolabendi in varias cupulas. Contra, audire musicam, prospectare campum, olfactare rosam ob solam voluptatem non sunt mala. Ecce! quod homo advertit esse voluptatem moderatam, & ordinatam ex fine operis ad debitum finem. Sed etiam manducans advertit esse moderatam sibi voluptatem; & maritus advertit moderatam esse voluptatem ex opere coniugii perceptam; & ex parte operis in debitum finem ordinatam. Ergo utrobique eadem ratio, ut contendunt Auctores damnatæ thesi. Nec ulla apparet ratio cur voluptas sensuum auditus, visus, odoratus virtualiter ex natura operis tendat in finem; secus voluptas palati, & operis coniugalis. Quoniam etiam voluptas percepta ex moderato cibo magis quam musica auditus, quam olfactus rose, virtualiter & ex natura operis tendit in finem consonum conservationi naturæ. Licet cum ego erit comedere, & bibere moderate ob solam voluptatem, quia hæc voluptas moderata virtualiter tendit in finem naturæ convenientem.

XI. Opponent aliqui, Cur tam severe inquiris, & critice exeres in commentariis P. Viva? Sincere respondeo: quis, ut mihi videtur, & communiter visum est viris doctis, partium studio non preventis, P. Viva frequenter variis distinctiunculis extenuat, & ad nihilum fere reducit multas propositiones damnatas. Ideo, data occasione, ad monere lectores mea interelle existimavi, ut opera P. Viva, sicut plurimum cuiusque ordinis Castellarum, caute legantur. Quod attinet ad actus, recensitos a P. Viva, ob solam voluptatem exercitos, sive moderati, sive immoderati sunt, eo modo proferuntur ac comedere, bibere, exercere opus coniugii ob solam voluptatem. Ceterum, dum homo deliberate agit, facile dirigere eiusmodi actus in finem honestum valet, ut honestam musicam ad pellendam tristitiam, olfactum rose ad caput confortandum, aspectus campi ad animum exhilarandum. Eiusmodi directione in homine bene morato facilis, in peccatore peraræ.

XII. Sed recensitam opinionem de indifferentia actus in individuo hoc pacto iterum profligandum aggredior. Homo deliberate operans, ut homo operari debet, & ut a brutis distinguitur. Ergo operari astringitur ob finem rationalis naturæ, qui est bonum honestum. Et tunc homo indeliberate operans

non peccat. At quoties ut homo ratione præditus agit, agere ut rationalis debet, adeo propter bonum rationis, sicut homo artifex non semper ut artifex, & secundum artis regulas operatur; at, dum agit ut artifex, iuxta artis regulas ordinare, & disponere opus suum debet. Ergo quoties homo deliberate ut homo agit, semper urgetur præcepto dirigendum actum in finem honestum. Semper autem operatur ut homo, quoties deliberate agit.

XIII. Inconculso argumento altero, ex ipso sacrosancto Evangelio deducto, confirmatur sententia nostra. Omnis actio otiosa mala moraliter est. Omnis autem actio in finem honestum non directa otiosa est. Ergo mala. Prima propositio est ipsius Christi IESU Math. XII. *Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.* Quæ verba ita interpretantur Patres, quos inter S. Gregorius Lib. VII. Moral. cap. XCV. *Ostium quippe verbum est quod aut ratione iuxta necessitatem, aut intentione pie utilis caret.* Vnius opera, seu res ipsæ, quam verba faciendi sunt. Opus ergo otiosum illud est quod aut honesta intentionis rectitudine, aut ipsa necessitate ratione caret. Malum itaque, atque adeo puniendum in die iudicii. Numquid animadvertet Deus in verba otiosa, secus in otiosa opera? Quod si (clamat Hieronymus) de verbo otioso ratio reddatur, quanto magis de operibus hominum? Verba igitur, & opera illa dicuntur otiosa que in debitum rationis finem non diriguntur; quemadmodum res quæque otiosa & inutilis appellatur quæ prelium fieri non deservit. Nulla hic ad effugium rima patet. Alterum latendum. Quod verbum prolatum, & opus peractum finem honestum habent, aut lecus. Si primum, ergo bona. Si alterum, ergo mala.

XIV. In omnes terque partes argumentatio isthæc advertatur, & in varia, vanaque responsa coniciat. Alii dicere, verba otiosa in iudicium discretionis, secus condemnationis adducenda. Quod responsum, tamquam audax stultumque, committere resicitur: quoniam, ut inquit S. Paulus II. Cor. v. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Nulli ad hoc formidandum tribunal deservit quod bonum, aut malum non sit. In iudicium, inquit, discretionis adducenda otiosa verba sunt. Etsi. At, ut quid discernatur, nisi vel ut bona, vel ut mala discernantur? Alitend ne otiosum etiam in illo tribunal effugiet?

XV. Reponat alii cum Theologis Germanis, seu Bavaris, de quibus dictum est supra, opera indifferentia, utpote nec verita, nec precepta a lege, sed permilla, non esse in iudicium addocenda. Si responso illarum non est precedenti melior, hanc mirari debemus, cum veritas luculentissima nullam excipiat responsum eisdem. Opera indifferentia utique lege speciali nec vetantur, nec prohibentur. At lege a natura indita homo rationalis, quoties ut rationalis agit, astringitur ordinare opera sua in rationis finem, nempe in bonum honestum. Opera indifferentia, facta ab homine abique deliberatione, remanent in sua indifferentia abique poena, aut mercede; focus opera que deliberatam rationem consequuntur.

XVI. Respondent alii, dicunt inter verba otiosa & opera indifferentia reperiri. Illa natura sua ordinantur ad mentis conceptus pandendos; focus opera indifferentia, que non sunt propter aliquem finem, sed in se metipsis sibi sunt. Præterquamquod verba sunt proximi mentis partus; opera externa a mente remota sunt. Ideo illa in hæc, non sicut opera dirigi debent. Nuge illa sunt, & getta plerumque fœlis. Numquid verbum otiosum, nisi ostendax sit, non manifestat mentis conceptus? Hac manifestatio mentalium conceptuum non extrahit verba a genere otii. Verba otiosa que præveniunt rationem, indeliberata sunt; & licet manifestent mentales conceptus, nulla sunt poena digna, quod libertate careant. At verba que deliberate profertur, otiosa dicuntur, quia carent intentionis rectitudine. Similiter opera vana, & otiosa sunt que regula carent rationis, & officii: nec Deo rinere in openbus quam in verbis rectitudinem expectat. Fatile ergo alii dicentem alium quæ. Verborum quoque natura est mentalium conceptuum manifestatio, sicuti operum indifferentia natura in respectu ad obiecta indifferentia sita est. Ceterum æque opera ac verba otiosa puniendi sunt, que proprio honesto sine privantur ab agente. Quod verba propinqua menti accedant, propterea ne magis puniendi quam facta? Quæ attentius quam verba, dirigenda sunt exteriora opera, quoniam maiori momenti sunt.

XVII. Ultima responso ceteris iustior est, que in damnata ab Ecclesia prohibitionem recidit. Negat hæc, opus otiosum esse quod in finem honestum ordinatum non sit. Ut opus otio careat, fat est ut aliquam naturæ commoditatem spectet. Hæc responso supra reposita est ex Theologia Bavaris, seu Germanis. Verum habet. Sed hæc naturæ commoditas aut utilis est naturæ conservacioni, instauracioni, & sanitati vel reparandæ, vel servandæ; aut spiritui exhilarandæ; & qui hæc sua opera dirigit, in finem honestum dirigit. Jam dictum est supra, hominis officia alia esse erga se, alia in Deum, & in proximum. Hæc officia hominis erga se hoc positivum spectant, ut corporis conservacionem, perfectionem, sanitatem, & ex omnia que, ut bene se corpus, animique habeant, necessaria & comoda sunt, respiciant. Uterque S. Thomas hic cit. quæst. xviii. ar. 9. ad 3. ineptum topissima convellit. Omnis finis a ratione deliberativa intentus pertinet ad bonum alicuius virtutis, vel ad malum alicuius vitii. Nam hoc ipsum quod aliquis agit ordinat ad sustentacionem, vel quietem sui corporis, ad bonum virtutis ordinatur in ea qui corpus suum ordinat ad bonum virtutis. Quid magis rationi consonum quam ea exercere officia que sanitati corporis, animo temperate recreando utilis sunt, aut necessaria? Perperam ergo inier ad aliorum, seu indifferentia officia hæc tolluntur. Si vero hæc officia exercens ab solam delictacionem, voluptatemque, iam continuo mala sunt, ut ex propositionibus præscriptis ab Ecclesia vidimus.

XVIII. Obicies 1. Nullum extat præceptum quo stringantur homines opera sua in finem honestum dirigere. Si esset præceptum istud, ad aliquod Decalogi mandatum reducendum esset. Porro in nullo Decalogi mandato continetur. Ergo committitur est. Resp. Negari hand potest præceptum quo verba otiosa prohibentur. Hoc præceptum in quodam decalogicum revocatur mandatum? Ad primum, respondent plures, quæ luberrima opera nostra in Deum dirigere vel proximo, vel, ut aiunt, mediare. Sed hæc est necesse ad aliquod est mandatum Decalogi præceptum istud revocari. Dantur quoque quedam Decalogi veluti præambula, cuiusmodi sunt præceptum diligendi nosmetipsos, & ordinandi opera nostra in finem honestum. Sunt enim hæc naturæ indita, quod homo seipsum diligit; quod, dum deliberat agit, agit ut homo, propter scilicet bonum rationis, seu honestum. Lumen illud, signatum super omnium nostrum vultus, & dictamen illud generale synderesis adeo clare præferuntur in omnibus operibus humanis, sed deliberat distinguendum hominem esse a brutis, ut pedere adversarios debet quætere, ubinam sit præceptum istud: est enim naturæ mandatum, ipsi naturæ insitum, ab æque individuali.

sum. Quod si quis obstat in illis, obicit illi verba S. Pauli: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, curate ut gloriam Dei faciat.* Nihil hic excipit S. Paulus, sed omnia comprehendit.

XIX. Obicies 2. Præceptum istud adfirmans est. Ergo non obligat pro quolibet officio. Resp. Adfirmans est, sed universale, omnes comprehendens actiones; namque mandatum includit, quo venatur nihil præter rationem agendum. Hoc enim interdictum præceptum peculiariter pro actione determinata impolitum, & præceptum generatum non obligat, focus istud. Præcepta particularia ad singulares virtutes pertinent. Præceptum istud universale ad nullam virtutem particularem reducit; sed est omnium virtutum fundamentum. Honestum, & virtutum sunt duo prima genera: & sicuti honestas absolute accepta ad virtutem singularem non attingit; in neque virtutum in sua hac generica notione alicui particulari virtuti opponitur.

XX. Obicies 3. Non datur præceptum semper agendi deliberate. Ergo neque ad id præceptum dirigende operationis deliberate in finem honestum. Nullum præceptum violant homines, dum fricant barbam, dum movent pedem, manum &c. Ergo nullum infringit præceptum qui negligit officia deliberate in bonum honestum referre. Resp. Paritas vana est, atque adeo consequentia falsa. Præcepta homini sine impolita, sine insita a natura, impossibilia non iubent. Ratio autem humana a sensibus pendens sepe ab imaginatione præoccupatur. Quare fieri nequit ut homo semper advertat, dum agit. Ideo non ad id præceptum quod urget hominem ut semper deliberate agit; ad id verò, ut, dum deliberate operatur, querat ut homo, nempe propter finem honestum.

XXI. Obicies 4. Dantur actus indifferentes secundum speciem. Ergo dantur actus indifferentes in individuo. Quoniam species que liber continet sua individua; cum nulla species consistit abique individuo valeat. Indifferentia est vera moralitatis species: habet igitur sua individua oportet. Resp. Sophisma istud non minus quam cetera omnia, vana est. Si quid evinceret, concluderet, actum indifferentem secundum speciem non posse ab homine, etiam volente & contentante, in finem honestum dirigi; quod facultate non caret. Dantur actus indifferentes secundum speciem, non hoc in sensu, ut indifferentia sit forma specifica talium actuum,

sicut rationalitas est differentia specifica hominis; sed sunt ex meritis obiecti, neque veriti, neque precepti, ita indifferentes; ut suscipere vel malitiam, vel bonitatem queant; sicuti homo indifferens est ad abiectionem, vel ingredium. Hæc itaque indifferentia ab habitu, & ad malum, neutrum excludit, sed suscipere alterutrum potest. Nos deliramus indifferencie species, dum actus indifferentes ex obiecto evadit in individuo bonus, vel malus; sed indifferentia status determinatur ad alterutram partem; actus autem semper ex meritis obiecti remanet indifferentes; quamquam ex circumstantia finis bonitate, aut malitiam induat; sicut homo abiectione est indifferens ad varios colores; quamquam recepta semper sit aliquo colore ornatus.

XXII. Obicies 5. Qui leguntur opinionem P. Valquez, aut Scoti, esse actus indifferentes, quæ boni, nec mali sunt. Numquid opinio, quam Scotica schola & P. Valquez cum tanta discipulorum multitudine docet, probabilitate destituta erit? Porro, si probabilis est, qui hæc probabiliter præceteri officia in obiectis indifferentia evenient, in nullum finem eadem dirigunt. Ergo indifferentia sunt. Propterea non bona, quia non relaxant finem honestum; non mala, quia directa opinione probabilissima, que ipsi probabilior, nequam probabilis, apparet.

XXIII. Resp. Argumentum istud aliquod fortale aliquibus negotium facillit, nihil nullum. Frequentior est in causilla Theologia argumentatio illa que a multitudine, probabilibus præfatum reperit. Verum, non a multitudine opinantium, sed a veritate, vel a salutate actio bona, aut mala vadit. Sententiam nostram Scripture divine, Patres veteres, iustice ipso P. Valquez, & conveniunt rationum momenta, Ecclesia ipsa in præscriptis propositionibus evidentem demonstrat. Quis ergo adversariorum multitudinem obrudet? Quid quod, si multitudine cum multitudine Theologorum confisteret, plures pro nostra quam pro contraria stant? Est. At non hec consequitur, adversam sententiam non esse probabilem? Quid, si neque enim eidem quamcumque præfatum probabilitatem? Probabilis opinio illa quam Patres, quam graviores Theologi improbant? Quam ipsam naturam lumen reicit ut falsam? Quam vel ipsi edicini Poete damnant?

*Vina sicut ledunt, nati vultus illius creantibus
Servit: suum bonum transillit meos.
Sed fac probabilis esse. Propterea ne actus
quod indifferens? Minime gentium. Sed
mal*

malī erunt. Probabilitas contrarie sententiae efficere dumtaxat valet ne actuum malitia operantis imputetur; minime vero aucti quin actus repta otiosi, seu vacui sine debito, mali sint. Ceterum, utrum concedendum sit, reperiri ignorantiam invincibilem quae culpa excuset operantis otiosum, quantumque illi iux opinionem probabilitatem obtrudant, non facile asseritur. Uterque semper oraculum Christi Domini, penitentiā esse otiosi verba: ergo longe levetus otiosa. orac. Garrire, cavillari, diffinitionibus excogitare plures valent homines sophilic ad mixandum in scholis, ad altercandum in circus; sed videndum, num haec ante Christi tribunal vim habere debeant.

XXIV. Obiicies 6. Doctrina haec seivum prodit rigorismum, & iugum suave Christi nimis grave efficit: scrupulis continis animas torquet, anxias, trifurque reddit. Omnibus ne delectationibus vale dicendum? Quis esquil, dum suaves comedit escas, dum fragrantem rosmarino oliscit, dum virentem campum, florens vidualium prospectat, harmonicos cantus audit, non oblectatur, delectationemque non percipiat? An David ipse non canit: *Deliciasti me, Domine, insularum tuarum*? Si lux peccata sunt; vera ergo erit doctrina Ioannis Hus, Luteri, Calvini, blasphemantium, homines in actionibus omnibus peccare; quam haereticam damnarunt Concilia Constantiense, & Tridentinum. Hoc *seivum*, illud *seivum*, ubi haec sextadecima *seivum* propositio proferat: *Devisio immediata humanorum operum est quod sine vel virtuosus, vel vitiosus*. Adde, quod S. Hieronymus *epistolae*, lxxxix. ad Aquillinum scribit: *Bonum est continentia, malum est luxuria. Inter utrumque non differens ambulare, digerere veli heros, cepit miribus purgantibus peccare, sicuti vobiscum tacere. Hoc nec bonum, nec malum est: sine enim feceris, sine non feceris; nec insulsum habebis, nec insulsum.*

XXV. Haec opponere si damtaxat valet qui christianae legis indolem, & humanæ naturae dotes ignorant. Iugum Christi honestatis arioni suave; contra delectationibus carnis, & sensuum voluptatibus alperum, amarum. Iugum Christi hostiliter cum voluptatibus pugnat. Quo magis homines moderatum sensus, cohibent passiones, quo longius a brutis distant, operantes, non ut bruta naturae impetu, sed rationis ductu; eo facilius portant Christi iugum, & pulis tristitia, iterantes in via Dei ambulans. Directio omnium operum in finem honestum, nec serupulos inducit, nec anxietatibus pungit ani-

Utro ergo fateatur, Pontifices, non solum ut benigniorem, laevioreque procedendi modum adhiberent, solitos esse, & fuisse hanc in singulis parochiis, nolum provinciis, legum ecclesiasticarum promulgationem curare; sed quia legislatores omnes nihil magis cordi habent, quam ut propriae leges ad singulorum notitiam perveniant. Et reipia Pontifices summi, dum aliquam condunt legem, ad singulos Episcopos eam mitti iubent, ut in singulis diocesis suis illam promulgent, eundemque observantiam inculcent. Desinat ergo Vencesen, & ceteri adversarii exaggerare iuave Christi reges in singulis provinciis promulgantur, quoniam reipia id praefat. Ecclesia: neque sub hoc benignitatis & suavitate praeterit salam doctrinam facere, & venditare studeant.

XII. Hoc ergo difficultas recidit, utrum lex ecclesiastica, tolerent promulgatione Romae facta, quae ob aliquod impedimentum extrinsecum occurrere nequeat in singulis provinciis solenni forma promulgari, obliget fideles continuo ac illi moraliter certi sunt, legem laetam esse, & Romae promulgatam.

XIII. Adhuc ergo iuxta communem Theologorum, & Canonistarum sententiam & si perspicue eam explicaverit, non visio qua ratione revocari in discrium a quocumque iure possit. Antequam vero sententiam expricam, exponendum omnium primum est id quod leges ecclesiasticae praecipere communitate solent. Porro quae Pontifices communitate praescribunt, aut credenda, aut agenda sunt. Aut declarant anteriores leges, divinumque ius interpretantur; aut quidquam iubent quod ab moribus formandos attinet. Quo posito, quis dixerit legem a supremo Pontifice latam, qua ad fidei articulum declarat, aut res morum sanctitatem spectantes interpretantur, non obligare continuo ac Romae promulgata fuerit, & ad fidelium notitiam pervenerit, etiam ob aliquod impedimentum in provincia promulgata non sit? Alios ne impetris index, praeter Concilia, & Pontifices, in iis qui fident, aut mores sedant? Cur ergo leges promulgatione Romae peracta, si obligandi fideles eiusmodi leges credunt? Quod praesumendum est, benevolentiam matrem Ecclesiam nolle subditos suos, nisi post factam in singulis provinciis legum promulgationem, aliterque? Praesumptio haec mera illusio est, statu questionis nostrae speciosa. Nam reipia Pontifices summi cupiunt, curantque, ut decreta sua in singulis parochiis, Tom. VI.

chis, immo fidelibus singulis inculcentur, nedum ut in singulis provinciis, & dicecibus promulgentur. Quae nostrae est, obligent ne pontificae leges tolerentur Romae promulgatae, quatenus accidit ut in provinciis, aut regnis non promulgantur; quando aliquo decreto ab solutum est, morisque respicit, aut idem? Quis praesumptio locus, i contra Pontifices summi reppugnant omissioni promulgationis? Quis praesumptio locus, si lex, lex decretum omnes fideles indiscriminatim spectat? An Pontifices pro omnium fidelium instructione leges condent, si promulgari tantum in propria ditione vellent? An decreta Alexandri VII. Innocentii XI. Alexandri VIII. adversus opinionem damnata, tametsi in singulis provinciis promulgantur, non promulgata, fideles omnes non aliterque?

XIV. Quod quid, dum eiusmodi leges in aliquo regno, vel principatu non promulgatae contingunt, nunquam promulgatio committitur, aut impeditur ob ea quae ad fidem, morisque attinet, sed dumtaxat ob politicas rationes? Quoniam Catholici omnes farentur, Ecclesiam totam, seu illius Caput esse iudicem supremum eorum quae fidei, aut morum sunt. Ergo, est ob rationes politicas non promulgantur in aliquibus regnis, vel provinciis ecclesiasticae leges, non propterea obligare desinant. Quoniam ius quae fidei, aut morum sunt, neco catholicorum Principum sine opposita vult, sed ea quae hae dno spectant, obsequio iudicium iustitiae fideles omnes.

XV. Nec est quod opponas, legem non obligare, quando promulgata non est, undecumque promulgationis omnino proficiatur. Quis mea interet legem non promulgari si ve ob politicos respectus, The ob alia rationis momenta. Quoriam lex promulgata non est si ve ob hoc, si ve ob aliud rationis momentum, illius obligatione non aliterque. Huc tandem recidunt quoniamdam sophismata, ut scilicet leges eisdem, fideleque ab legem observantia eximant. Sed frustra. Nam vius aliquem reperitur in Theologorum patrum qui sententia, prout a nobis explicata est, repugnant vult. Nam quoties Pontifices leges condunt pro omnium fidelium regimine in iis quae morum, & fidei sunt, ubique eiusmodi leges evulgant, & observari avert, nec per ipsos lat in promulgantur, quin & absolute deservant non sentet exprime ubique locorum observanda esse, & omnia universalis promulgationis, & acceptationis argumenta perhibent.

XVI. Omnia in pauca redigo. Nemo ha-

K &c.

tenus asseruit, aut asserere iure potuit, leges, in singulis provinciis promulgandas iure nature, aut iure divino esse. Sed ex elementis, & benigna summi Pontificis voluntate hanc in singulis provinciis evulgationem formam colligit. Ergo, quoties Pontifices summi promulgant in locis parochiis, nullum provinciam, aut, & per ipsos non sit quod non promulgantur; iam iuxta ipsa advertisementum fundamenta leges pontificis ubique locorum obligant. Porro Pontifices summi constitutione suas, pro fidei, morumque exhibitione latas, ubique publicas, ubique inenarrat, & ab omnibus observari iussio summo cupiunt. Ergo quoties Pontifices, aut Concilia expresse non declarant leges vim obligandi non habere, nisi post promulgationem in singulis provinciis peractam; semper urgent ubique locorum, post promulgationem Romae factam. Cedo. Possunt ne Pontifices absolute legem condere, quae Romae promulgata obliget universos Catholicos? Quis inestabit, si iam concessum est, nec iure nature, nec divino iure necessarium esse talem promulgationem formam? Valens itaque summi Pontifices absolute leges suas, Romae promulgatis, omnes Catholicos ubique locorum extantes obstringere. Sed recipit id prestant dum, nulla facta exceptione, leges iuxta absolute pro omnium Catholicorum regimine condantur, & solemniter ritu Romae evulgant, mechanicque ab omnibus servandas; & per ipsos non fiat quominus in singulis parochiis, neque promulgationem, evulgationem. Adeo huc luculenta sunt, ut adversarium iure habere nequeant.

XVII. Obicies. Plura sequuntur incommoda, nisi leges in singulis provinciis evulgentur, & postmodum legem ignorant. Quomodo enim servari leges possunt, nisi sciantur? Quomodo autem sciri possunt, nisi promulgentur? Resp. Nuge hoc sunt, & frivola ineptia. Lex pontificia Romae promulgata omnes fideles obligat ubique locorum; at si dominatur legi observationi obnoxii tunc qui legem sciunt. Ignoratio quippe legis ab eisdem observantia excusat; nec transgressio imputatur ad culpam, quando ignorantia est inevitabilis. Promulgatio in singulis provinciis efficit utque et facilis, & celeritas ad omnium notitiam hinc perveniat. Hinc tantum pertinet hinc promulgatio. Ad propterea ne exempti a lege servanda fideles erunt, quando alia via, licet tardius, legem agnoverint.

XVIII. PP. Salmanticensis tract. xi. cap. 1. punct. 6. §. 1. defendunt, nec leges ecclesiasticas, nec civiles promulgandas, esse in singulis provinciis, ut obligent: sed latas esse ut promulgentur in Curia. Adhucque, in Hispania tepla non promulgantur in provinciis, sed tantum Matrili. Et laudant pro hac opinione P. Petrum de Tapia Tom. 1. Lib. II. quest. 19. art. 3. num. 2. P. Valquez 1. 2. quest. civ. cap. 21. Gordonium Lib. II. quest. 13. num. 26. Grandaeus Contr. vii. tract. 111. part. 1. disp. 4. ser. 2. num. 10. Molinam 1. 2. quest. 20. art. 2. dub. 2. tract. 2. Moralium Tom. II. disp. 21. quest. 17. dist. 1. v. 1. Petrum ab Anselmo in Specul. Privil. disp. 8. ser. 2. Salas disp. 211. ser. 2. Villalobos Tom. II. tract. 11. dub. 12. Laymanum Lib. I. tract. 14. cap. 111. num. 4. Dianam 1. Part. tract. 8. Ref. 8. Basilium Pontium de Matrion. Lib. 1. cap. 111. Bonacinam, Palaum, Suarez, & alios.

XIX. Quaesit. Aliquid ne temporis spatium intersit debet a die promulgationis, antequam lex obliget? Resp. Laudati Salmanticensis loc. cit. §. 2. res super hoc qualis opinionis recentior. Prima desinit, legem quamlibet, siue ecclesiasticam, siue civilem, continuo se promulgata esse, obligare, nisi legislator aliquid intervallum temporis concedat. Quam opinionem defendunt Salas disp. 211. de leg. sec. 2. Bonacina disp. 1. quest. 4. Gregorius Martiner quest. 20. art. 4. dub. 6. conch. 2. Montelinus disp. 23. quest. 10. Gordonium lib. 13. quest. 6. Valquez 1. 2. quest. civ. cap. 111. Tannerus 1. 2. disp. 4. quest. 6. & alii.

XX. Altera sententia sustinet, legem promulgatam in Curia continuo obligare omnes in eadem extantes; nec plus temporis effusure debere quam illud quod necessarium est, ut legem notitiam compare subditi valeant. Ut vero lex promulgata in Curia obliget extra illam communitates, tempus congruum requiritur, non desinitum, sed plus minusve, quod possit ad illorum notitiam hinc pervenire.

XXI. Tertio opinio defendit, legem nullam siue ecclesiasticam, siue civilem habere vim obligandi tam intra, quam extra Curiam, nisi post duos menses; quando legislatores ipsi non desinit aliquid temporis intervallum. Pro hac opinione aucti Salmanticensis Meochium de arto. Lib. II. casu 185. num. 19. Valentium Tom. II. disp. 111. quest. 5. p. 3. Sylvestrum verbo Lex, 1. 2. Part. Lib. II. quest. 14. art. 4. Sotum Lib. II. quest. 1. art. 4. Reginaldum Tom. II. Lib. III. cap. 101. Grandium Contr. vii. tract. 111. disp. 21. ser. 2. Dianam 1. Part. tract. 10. fol. 9.

Bo

CAPUT V.

Sit ne populi acceptatio ad legis, siue ecclesiasticas, siue civiles, validam necessaria. Plures quatuordecim reholventur, prolegatis Caramuelis, aliorumque Casuistarum laxi opinionationibus.

I. Primum convenit penes omnes, legem a populi acceptatione pendere, quoties populus Regem, vel Principem eligendo eisdem potestatem limitavit, ut leges absolute condere nequeat, populo non contentiente. Controversia itaque est de lege iusta, & legitime promulgata, & de legislatoris absolute potestate, vel a Deo, vel a populo acceptata. Et quoniam plures disputatio hinc sensus habet, idcirco, ut claritas displicatur, in sequentes quatuordecim casus tribus.

II. Quaesit. I. Valens ne Principis superiora sua lege iusta, & legitime promulgata iuribus subditos cogere ad eam acceptandam? Resp. Negat Lutherus lib. de captivis, Babylon. cap. de baptis; ubi hoc habet. Neque Papa, neque Episcopus neque ullus hominum habet in unius syllaba constitutenda super christianum hominum nisi fiat eorum consensus. Hanc eandem sententiam defendit Caramuel pluribus in locis. In Theolog. Ration. Lib. II. disp. 1. num. 285. inquit: Videtur me semper in omni lege publicis consensum requirere. Non enim iurati populi opprimunt homines liberi, & legunt, qui necesse non possunt. Falsus hoc docet in Reg. Bond. disp. 4. num. 48. Flares pro hac opinione Auctores laudat, Bonacinam, Navarram, Valentium, & alios, quos dicens non vacat.

III. Hinc opinio falsis est, & erronea, utpote divinis Scripturis manifeste opposita. Inquit enim S. Paulus ad Rom. 13. 1. Omnis anima potestatis subditorum subditi sit. Non est enim potestas, nisi a Deo. Sive autem ius a Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistit potestati, ipsi sibi damnationem requirunt. . . . Ideo necessitate subditi esse. Si populus legem iustam reprobare licite possit, a Deo, condatumque esse de omni imperio, & principatu; locustate vincit iactura, ordo, tranquillitas, pax, obedientia evanescent; & omnia tumultibus, seditionibus, insidiis reholventur; & impia Hobbesii doctrina, quae haereticus, quomodo posse alium opprimere, triumpharet.

IV. Obicies Caramuel S. Panlum II. Cor. 2. 11. scribere: Secundum potestatem, quam

Bonacinam Tom. III. cap. vi. conch. 2. num. 3. Tabienam, Mirandum, & alios. Hinc opinionibus insubstantibus & ipsi Salmanticensis. Quominus, insubstantibus, facta promulgatione, aliquid sequitur tempus quo pervenit lex ad subditorum notitiam valeat. Porro, quoties tempus illud desinitum a legislatore non est, arbitrio prudentum laudandum est. Prodenitimum autem fieri tempus duorum mensium taxatur pro legibus imperatoris, ut patet ex Authent. Ut fidei move Constit. collat. v. Stantium ergo hinc determinationi est. Conventiam illius determinationis inde colligit, quod intervallum illud congruum sit pro omnibus subditis, & pro uniformi legis observatione tam intra quam extra Curiam.

XXII. Nulla lex, siue ecclesiastica, siue civilis, vim obligandi subditorum notitia, non acceptatione, vel executione accipit. Sed continuo ac promulgata est, vi obligandi potitur. Et hoc nihil certum est. Aliud quippe est, an subditi teneantur legem servare, antequam ad illorum notitiam perveniat; & aliud longe diversum utrum suam obligandi vim lex habeat, antequam cognoscatur a subditis. Lex naturalis iuxta Probabilitatem potest a pluribus ignorari, & quidem invincibiliter. Propterea ne vim obligandi non habet? Inde solum eruitur, subditos ignorantes excusari ab implenda lege, utquidam illam agnovissent. Ceterum lex promulgata vi obligandi potitur. Quid? Pontifex Romae decretum solenniter in Curia; & Romanorum mensium spatio ab observando decreto liberti erit? Si precipiat aliquid servandum in Quadragesima, tota illa prima Quadragesima violata impune decreta poterunt? Quod asserunt, spatium duorum mensium tempus congruum esse pro uniformi observantia, non urget. Plures, etiam post duos menses, ignorare legem valent. Pro hac uniformitate quilibet civitas, quolibet provincia tunc legem observet cum primam ad eundem notitiam pervenerit. Et ita in praxi evanescit lex. Nec auctoritas laudata Authenticae quidem concludit respectu legis ecclesiasticae, vel aliorum Principum. Si enim vellet Pontifex, hoc duorum mensium spatium effluere die promulgationis, id exprimeret. Ergo dicendum videtur, legem absolute latam, & continue ritu promulgatam, statim obligare; omnique eisdem observationem astrictos esse, cum primum illam agnovissent.

Domini dedit mihi in adiutorem, & non in destructionem. Verum liber. Omnes adfirmantur, potestatem Principum in adiutorem esse, non in destructionem; leges iustus ferre debent in bonum commune iudiciorum. Populi tamen non est iudicare, sed ius ne, an iniusta lex sit.

V. Quæst. II. An summus Pontifex, & Episcopi possint, non respectu habitationis conferre leges? Resp. Quamvis Principes omnes, summa potestate præditi, valeant leges ferre, & populos coherere ad eandem observantiam, tamen peculiariter ratione Pontifex summus potest similes leges condere. Quoniam ceteri Principes a populis, Pontifex a Deo immediate ius habet in populum christianum potentem. Idque patet ex Evangelio Ioanne cap. xxi. *Pescis agnis meus. Pesece vobis meus.* & Evangelio Matthæo cap. xvi. *Tibi dabo claves regni cælorum: & quæcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis.* Numquid pallor ab æquitate pendet in eisdem regenda? Nonquid tanta virtute gentium exhibere potest debet? Potestas ligandi vim legis parat. Ad hoc certa hæc doctrina est, ut oppositam opinionem, tamquam manifestum errorem contra fidem, non paucis detestentur.

VI. Obiicit 1. S. Augustinus *Lit. de ver. Relig.* cap. xxxi. inquit. *In istis temporalibus legibus, quoniam de his homines iudicant, cum eos instituant, tamen cum fuerint instituta, etque firmata, non licet iudicari de istis iudicari, sed secundum ipsas. Quam locum referat Gratianus dist. iv. cap. in istis ubi hæc incipit. *Leges instituntur, non promulgantur; si manent, cum moribus utuntur approbatur. Si autem contra moribus utuntur in contrarium novallæ leges, hæc abrogata sunt, ita multas utendum ipsa lege confirmantur.**

VII. Truncatum referunt S. Augustinus testimonium. Eundem & Doctor ibi adnotent legislatores, ut mature exponant, in re leges conformes aeternæ legi. Nullum ubi leve veligium de populi consensu, et leges vim obtinent obligandi. Subdit quippe continuo. *Conditor tamen legum reprobatur, si ius bonum est & sapienter, illam ipsam consilium æternam, de qua nulli anima iudicari datum est, ut secundum eius incommutabiles regulas quid sit pro tempore iudicandum, æquidnamque discernat.* Gratianus optime aliter, leges firmari, cum acceptantur, seu executioni demittuntur, quia res ipsa non tantum iure, sed iusto confirmantur.

VIII. Obiicit 2. Leges contra consuetudinem abrogantur. Item L. D. *quibus nec.*

den, si de legibus hæc habentur. *Isle leges non abrogantur de causa non tenent, quam quod iudicium populi concepta sunt.* Tandem, si universales communitatis legi resistat, lex illa hæc esse bono communi utilis potest. Lex autem que bono communi opponitur, iusta non est.

IX. Respondeo. Concedendo legem abrogat legitime præscripta. Legitime autem præscriptio Legislatoris accedere consensus debet. Ergo ex consuetudine abrogant legem nullo modo colligit, ex populi consensu legem pendere. Lex De quibus nondum leges comprehendit latas, non a supremo legislatore, sed legis latus a Principe, qui a populo limitatim accepit auctoritatem. Quando testatur communitas repugnat legi, aut lex iniusta est, aut iniusta. Si iniusta, lex ipsa nulla est, non quia communitas repugnat, sed quia ante communitatis oppositionem vi obligandi propter eam iniustitiam carebat. Si lex iniusta est, communitas resistendo non efficit legem esse nullam. Et si Legislator vitandis vitandis, & rebellionis causa legem revocat, tum ex voluntate legislatoris, non ex consensu populi, lex cessat. Et quando res ipsa vindictiores populi, seu communitatis, Principi debito obsequio representant, legem hæc esse bono communi, & publicæ felicitati consentaneam, legislator præcedentem legem revocabit.

X. Quæst. III. *Peccatur subditi legem illam non acceptantem?* Resp. Bonacina dist. i. de leg. quæst. i. parit. 4. docet, subditos non acceptantes legem absolute latam, & promulgatam, non peccare. Si tamen legislator exprimeret, se velle obligare ab acceptance populi; tum peccaretur subditi non acceptantes. Pro hac opinione citatur P. Valentia *Tom. II. disp. vii. quæst. v. par. 2.* ubi docet, Principem non posse ferre legem nisi ad hæc conditione, *Si populus acceptaverit.* Hæc opinio damnata est ab Alexandro VII. cetero x3. *Populus non peccat, etiam si illa illa casu non recipiat legem a Principe promulgatam.* Hæc doctrina leditur, & perturbatur, immo destruitur, principatum, & regimen quodlibet. Ad quod valet Principis potestas, nisi coherere solentibus possit, & in ordine suo legibus redirent? Mater in populo quæ in Principe potestas foret. F. referre Principum leges populus iure possit. Distinctio, si legislator adiecit conditionem, *si populus acceptaverit.* inutilis est. Quis enim legislatorum similem conditionem, proprie auctoritatis repugnantem, immo indecorantem, legibus suis inferret?

XI. Quæst. IV. *An lex reiecta a populo invalida.*

valida fiat? Respondeo. Caramuel *disp. v. in Reg.* num. 49. hæc scribit: *Si non acceptatur, non obligat: & sic non peccabit qui contra illam operabitur.* Idque probare studet hoc argumentum. *Legem vero non acceptatam esse invalidam, ostenditur, quia superior habet auctoritatem dependentem a populo, qui consentit illi pro tunc nullam concedere.* Caramuel indefinite loquitur, atque adeo etiam Pontificem Romanum comprehendit. Error autem manifestus est, consistere auctoritatem Pontificis Romani dependentem a populo. Immo respectu cuiusque legislatoris doctrina Caramuelis falsa est, & seditionis plenissima, iudicariamque efficit Principum potestatem, qua iudicari possunt, ut queant coercere refractarios, & ea omnia agere que bono publico expedire iudicaverint. Nec populus iudex efficitur, aut iniustitiam legem. Piores alios errores habet Caramuel adversus Principum potestatem; sed cum natura sua naturali naturali repugnet, non est quod tempus teram in illis figillatim convellendum.

XII. Quæst. V. *Licet ne subditi possunt ad legislatorem appellare, ut legem ab ipso iniuste latam abrogent?* Resp. Si legislator inferior fuerit, tum licitum erit appellationem apud superiorem interponere. Verum si legislator sit supremus Princeps, tum nulla interponi appellatio valet: quia hæc est ab inferiori ad superiorem. Loco ergo appellationis humilium supplicatio fieri potest, ut Princeps legem suspendat, si expediens eis visum fuerit, auditæ rationum momentis.

XIII. Quæst. VI. *Tempore interposita supplicationis tenentur ne subditi legem servent?* Resp. Diana, Bonacina, & alii defendunt, populum minime peccare, dum tempore interpositæ supplicationis legem non servat, si iusta supplicationis causa adit: quia hoc, inquit, ad suæ Reipublice regimen pertinet, ne populi leges onere preamur, donec legislator clarior mentem suam expriserit. Sed hæc opinio falsa est. Lex iniusta & legitime promulgata vim obligandi habet, nec eam ex populi supplicatione amittit. Si vero Princeps, audita supplicatione, vel expresse legem suspendat, aut præcedent diffinitum legi inobservantiam; tum lex non obligat, & ab eisdem observantia liberi sunt subditi. Quoniam, si Princeps vellet legem suam consistere, iudicaret, urgetque pro eisdem observantia.

XIV. Quæst. VII. *Quid si Princeps non iustet, nec reproducat legem a subditis reiectam?* Resp. Peccat, ut dictum est, subditi, dum legem illam non acceptant. Si postea Princeps. *Theol. Tom. VI.*

ceptis non erget ut lex reiecta acceptetur, nec inquit pro tempore observantia; tum lex per deicendum cessat, & subditi posteriores non peccant eam non servando. Sed de hoc infra, dum de cessatione legis fermo erit.

CAPUT VI.

De lege æterna Dei.

I. **L**egis in communi acceptæ notionem, etiamdemque divisionem, atque conditiones, que iustam legem absolute spectatam comitari debent, hæcenus declaravi. In præsentia de legibus figillatim agendum est. Et quoniam prima inter omnes lex æterna Dei est, a qua ceteræ singulari proficiuntur; ideo de ea primum sermo est institutus.

II. *Quærit, an sit in Deo, & quid sit æterna lex?* Resp. Theologi cum S. Thoma in ratione divina legem constituites, sub uno respectu illam considerant ut supremam artem, sub alio ut ideam. Quatenus effi exemplar omnium rerum creaturarum, appellatur idea; pro uter pro illam omnia sunt producta, artem vocant; secundum quod vero ratio est, omnia dirigens in debitum finem, lex æterna nuncupatur. Nam legem æternam a providentia distinguunt. Illa bonum commune universi, hæc bonum particulare cuiusque creature respicit: illam vim obligandi prædit, hæc ab obligatione præcinit. Hanc diversitatem tradit S. Thomas quæst. vi. de divinitate tradit S. Thomas quæst. vi. de ver. art. 1. ad 2. *Providentia in Deo proprie non nominat legem æternam, sed aliquid ad legem æternam consequens. Lex enim æterna est consideranda in Deo, sicut accipitur in nobis principia operabilitum naturaliter nota, ex quibus procedimus in consideranda, & scienda, quod est præcedente, scilicet providentia. Unde hoc modo se habet lex intellectus nostri ad providentiam, sicut principium in demonstratione. Et similiter etiam in Deo lex æterna non est providentia, sed providentia quasi principium.*

III. Ad primam quæstionem partem respondeo, admittere esse in Deo æternam legem. Idque demonstrat S. Thomas ratione factis obvia. In qualibet Republica bene instituta reperitur legislator, qui omnia administrat in bonum commune. Demonstravit Doctor sanctus I. *Par. quæst. xxi.* mundum hunc a Deo regi. Ergo consequitur Deum sua lege æterna omnia in suum finem dirigere. Sic inquit in hac 1. 2. quæst. xvi. art. 1. *Supposito quod mundus divina providentia regatur... nota communitas universi gubernatur a lege divina: & ideo ipsa ratio gubernationis*

nis verum in Deo, sicut in Principe universitatis, existent, leges habet rationem. Et quia divina ratio nihil concepit ex tempore, sed habet aeternum conceptum, ut dicitur Prov. vii. i. inde est quod immutabilem legem oportet dicere aeternam. Insuper admittenda est lex firma, immobilitas, iusta, indeficiens, ad quam, cum ad amissum, ceterae omnes leges exsurgunt. Haec autem est sola lex aeterna.

IV. Illius aeternae legis hanc tradit notionem S. Thomas 2. 2. quæst. xcxi. art. 1. Lex aeterna, inquit, dicitur ratio divina sapientiae secundum quod est directrix omnium actuum, & motionum creaturarum in ordine ad bonum commune totius universi. Ut definitio clarius intelligatur, lex aeterna Dei sub duplici respectu consideratur. Primum passivo pro ipsa directione creaturarum, & intimantur creaturis rationalibus facta; & secundum hanc respectum lex aeterna non est, sed temporalis. Secundo active ex parte Dei, & sub hoc respectu aeterna est, existens in summo Principe, omnium creaturarum motus in ultimum finem dirigente. Notio legis in communi est, quod sit regula, & norma studiorum in bonum commune. Porro ratio practica divina sapientiae est prima regula omnium creaturarum in bonum commune totius universi. Ergo veram legis rationem habet.

CAPUT VII.

De lege naturali promissiva, a lege naturali variis distincta. Corrigitur aberrationes Grocii, Pufendorfii, & aliorum.

I. Nihil lege naturali laesivum, cum nemo ignoret illam sine culpa valeat. At, si Iurificatorum, & Theologorum varia placita, controversæ, & diffinita spectentur, nihil implicans. Veritatem omnium perviam nimium disputando obscurant, ceteroque cooperant ut longiore oratione respondent ea que paucis perstringi aliquo possunt. Et quoniam iuris naturae interpretatio precipuum est instituti nostri argumentum, peculiaris ratio urget ut pro dignitate eiusdem naturam picturam veris, sincerisque coloribus delineemus. Quod ut efficacius, singulari in sua capita digeremus, & praefinito ordine explicabimus.

II. In ipso capitis titulo duplicem indicavi naturam legem; unam promissivam, alteram rationalem. Primum de promissiva, post de rationali verba faciam. Nec nova tibidifinitio hæc apparet: quoniam ex doctrina S. Thomæ eruta est, & ad controversie per-

spicuitatem magnopere conducit. Ex illius quippe distinctionis neglectu multa tam Ichi, quam Theologi conserunt, que consilium, & umbra circumscriptam iuris naturae ideam efficiunt. In dissertatione prolegomena resultantissimam quam iuris naturae Ulpianus tradit, quamque Ichi, & Theologi usurpant; eliquæ etiammodi, *ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. Non nisi studium non humani generis proprium, sed omnium animalium &c.* Quamdam illius functionem tangunt *lex. cit. adambravi, & inno.* utique que facultatis Doctores ex hac iuris naturalis notionem acriter disputandi occasione arripere, nisi ne bratis ipsi iuris naturae ratio: & in hunc locum pietiorum huius rei explanationem remisit. Contendunt illi, a sola humana ratione referendam esse naturae legem; propugnant isti, naturae legem non minus brutis quam hominibus communem esse. Quid, inquam, legem, que totius universi naturam comprehendit, ut homini illigere? Naturæ pro ceteræ lege caret, & ordine? Si rationis dictata naturæ legem constitunt: hæc in ceteris naturæ, ratione destituta, quadrare minime valent. Pines ergo naturæ leges sint necessarii est, a variis manantem principis. Quid quod in ipso homine duæ sunt naturæ diversæ, mutuo inter se pugnant? Diversis ergo devincitur homo legibus, quarum tamen altera alteri pareat oportet: quas duas leges Paulus Apostolus in semetipso experiebat.

II. Promissivam ergo legem appello que homini, animantibus, & ceteris omnibus naturis communis est. Lex ista tam longe lateque vagatur, ut illius universi res omnes concludat, regatque. Lex illa ordo est, & moderamen omnium motuum quibus singula creature voluntur, & aguntur. Praepotes quippe orbis efficit Deus omnibus creaturis, tum ratione & sentia praeditis, tum ratione & sentia carentibus, proprias, indidit inclinationes, & motus, quos certis ordinavit legibus, quarum seriem legem dicimus naturæ communitatem, seu *promissivam*. Hanc legem *promissivam*, alii appellant *ius naturæ primarium*, seu, ut Stoici loquebantur, *Prima natura*. Legem vero rationis vocant ius naturæ *secundarium*, quod secundum Stoicos ipsos ea spectat que dicuntur *naturæ rationali consensivæ*. Verum minus recta est partitio hæc. Quoniam, si presse loquendum sit, ius naturæ in solo homine proprie reperitur; hocque primarium appellandum est. Ceterum his de voce est. Nam aliud non intelligunt nomine iuris primarii quam legem promissivam. Porro

ab hac lege promissiva, hoc ordine ista omnia pendunt, ut præter hunc ordinem nihil aut interest, aut oritur, aut reviviscit. Sicut itaque leges habent naturæ sentio & ratione destituta: suas bruta, & corpora humana committunt, in quibus conveniunt: suam peculiaritatem habet homo, prout a ceteris omnibus illius universi creaturis distinguitur. Ut clarus infra illam explicarem, hanc quam promissivam appello, omnibus naturis communitatem legem præmittere, & levi periculo adambrare, opere pretium existimavi.

IV. Que hæcenus dicta sunt, doctrina S. Thomæ confirmo, haulla ex 1. 2. quæst. xcvi. art. 2. *Insuper enim primo inclinatio homini ad bonum secundum naturam, in qua communicat cum omnibus substantiis, prout scilicet qualibet substantia appetit conservationem sui esse secundum suam naturam: & secundum hanc inclinationem pertinet ad legem naturalem ea parte que tota hominis constituitur, & constitutio immutabilis. Specialis inest homini inclinatio ad alia magis propria secundum naturam in qua communicat cum certis animalibus: & secundum hoc dicitur ea esse de lege naturali que natura omnis animalia docuit: ut est compositio maris & femine, & educatio liberorum, & similia. Tertia inest homini inclinatio ad bonum secundum naturam rationis, que est sibi propria: sicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc quod veritatem cognoscat de Deo, & ad hoc quod in societate vivat: & secundum hoc ad legem naturalem pertinet ea que ad huiusmodi inclinationem spectant; ut patet quod homo ignorantiæ vitat, quod alios non offendet, cum quibus debet conversari, & cetera iustitiam, & ad hoc spectant.*

V. Si hæc doctrinam præ oculis habuerint Protestantes, Grocius, Pufendorfius, Christianus Thomæius, atque, qui pluraquam sibi vendicantia iuris naturæ illustrationem pueri vendicant, non docuissent, matrimonii indissolubilitatem iure naturæ evincere vix posse, Modeste tamen, & caute de more Grocii hæc de re loquatur. Sed, quia illi non distinguant legem naturalem promissivam a lege rationis, frequenter aberrarunt; rarius tamen Grocius. Concubitus maris & femine inuptæ non est contra legem naturæ promissivam; idcirco exillimarunt, probari non posse, eundem repugnare legi naturali proprie hominis. Verum, licet præteritus concubitus non perturbet ordinem legæ naturalis promissivæ, rationis tamen ordinem invertit; ut in libro de matrimonio palam fiet. Hæc obiter indicent, nam infra clarius ostendam, Pufendorfium, Thomæium, aliosque in im-

terpretatione naturæ iure vix quidquam laudem dignum habere, nisi exceptis que a nostris sunt mutata. Christianus Thomæius adeo vana commentari in suo de hominis morali capite 2. fabricavit, ut nec legi valeant, asidum referant.

CAPUT VIII.

De naturali lege rationis, homini propria. Luthecorum, Thomæii, Pufendorfii, aliorumque absurda commenta.

I. Puffinus, & orantes Protestantium celeberrimos magistri, qui de iure naturæ scripserunt, præcedentia sane incredibili aciesere libri iuris naturæ illustrationem, ut alias dictum est, haudquaquam embulcent; led passim præana canunt, & triumphale puerorum more tripodiam agunt. Si quidquam lucis (uno excepto gravi modellogo Iurificatorum libris) immo Hugone Grocio, qui nobis iam sapientum veligis indidit,) hanc scientiam attulissent, immo nisi eam ineptissimis commentis turpiter fœdassent, utranque ferenda leviculorum hominum iactantia esset. At ritus, & sibi a viris doctis excipiuntur thrasiones illi, solingum ab sciolis, qui ineptas confestantur novitates, quibusdam exhibitionem auram capere valent. Audi que scribit Christianus Thomæius Lib. I. de norm. act. human. cap. xv. §. 17. *Quicunque ante Reformationem scripserunt de conscientia, iuris scripserunt, sive propositiones obscuras, nugantes principium, & pessime coherentes, quædamque regulæ illæ absurde sint, utiles tamen fore Oleroad acquiriturum dominium in latere: & cetera omnes tenuissim.* Ante ergo bacchantem istam Lutherum sectam, que humanam libertatem de medio scilicet, Origenes, Basilii, Nazianzenis, Chrysolomus, Lactantius, Ambrosius, Bonaventura, & cetera catholica Ecclesiæ lumina nugæ de conscientia norma, seu legibus scripserit? Quis non miretur istorum hominum cerebræ? Hæc sunt luculentæ stultitiæ Lutherana monumenta. Utinam modestius representari istorum errores possent.

II. Veram, ut evidenti patet quam sapienter illi de naturæ iure scripserunt, meditando propono regulam illam fundamentalem, universalis quæque iuris naturæ, & gentium, quem idem Thomæius prescribit (aud. Lib. I. cap. vi. §. 21. pag. 172. Norma, inquit, universalis quærunvis alicuius, & fundamentalis propositio iuridicativa & gentium, hæc sit dicitur, est: Facienda esse que vitium non

minum reddunt, & maxime distantur, & seculissimum; & curanda quae vitam reddunt insensibilem, & mortem accelerant. Ne illi sapientissimi Episcopi? Hæc est fundamentalis iuris naturæ regula, & quamvis ad hominum normam? Norma ergo actionis humana, dum pro patria, pro virtute, pro religione, decernitur est; Ipreta patria, contempta religione, ea peragere quæ ventri consulunt, quæ distantur vitam constituent? Hæc sunt estata sapientium Lutheranorum. Ingerit excubiendus liber Thomasi essat, si omnes eiusdem crassissimas recentiores aberrationes vellem. Sed ex ungue leonem lector cognoscet.

III. Samuel Pufendorfius, licet non adeo craute ut Thomasi, de iure naturæ scribat, tamen & ipse, qui vulgo habetur ut principalem inter Lutheranos iuris naturalis interpretis, implicat obsecratque eisdem iuris ideam; immo pro iuris naturæ notione inane perhibet commentum. Lib. II. de iur. nat. & gent. cap. 1. iur. naturæ naturalis depingit, sed coloribus adeo diversis, & oppolitis, ut alicui facile minime fit quam ipse proponere notionem velit. Illud extipioratum, plura falsa, & erronea docere, plura vera fallis intererere, & modo huc, modo illuc se ferrotantem vix alicubi pedem figere. Commemorem iuris naturæ ideam improbat, post eam adoptare videtur, & perpetuis antilogis semetipsum iugulat. Paucos ex multis quos ibi errores habet, hic delibabo, & graviores cap. seq. confutatorus. Itaque Pufendorfius cit. cap. 11. §. 13. relictæ communem doctrinam, dictata nempe rationis, quæ honestum & inhonestum, bonum & malum, modo infra explicandum, ostendunt, homini ad Auctorem naturæ indita, exactam præbere iuris naturæ ideam citra ulteriorem informationem, aut conditionem... Sic, quod etiam in pueris, & rudi vulgo magna deprehenditur facultas equam ad iusque discernendi, id ex ab iustitiam provocari: dum a tenore ante, & statim atque ulum aliquam rationis elementum, valent bona probari, mala improbari, & illa in laudem, hæc in pecnam legi. Quorum quotidianum exercitium, & totius civitatis communitate compages ad istum modum digesta, ita animos disponit, ut paucis dubitare succurrat, an alter ius fieri possit. Secundum itaque Pufendorfianum principia naturalis iuris, licet natura lex ex populi informatione, ex ulu, & alioquin hauritur, non indita, sed acquiritur est, ut clarior ibidem explicata resti, sed sensu lex naturalis nobis dictaturam resti, rationis assessor, quod intellexit humanum est facultas, ut ex contemplatione conditionis

humana liquido percipere possit, ad normam eius legis sibi necessario vivendum; simulque intelligere principium ex quo eiusdem præcepta solide, & plane demonstrari queant. Ut hæc confirmet, artificum exempla obstruat. Illi, artes suas exercent, ut optime proficiant; & quamquam ex artis principis & regulis ignorent hæc agendi rationem demonstrare; id non impedit quin omnes illorum opera sint ad regulas artis exacta. Hæc sunt Lutheranorum estata post Reformationem excogitata. Ante hanc Reformationem omnes excutiunt. Inveniri autem Deformationem Lutheranam Ethicorum Marcus Tullius hinc errorem profugavit Lib. II. de leg. ex communi Paganorum lententia inquiring. Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingenitis excogitam, nec scitum aliquod esse populorum, sed æternam quiddam, quod universum mundum regeret, imperantem, prohibentem, & præcipientem. Ita principem legem illam, & ultimam mentem esse dictam, non ratione aut cogitatione, aut voluntate dei: ex qua illa lex quoniam dii humano generi dederunt, recte esse laudata. Est enim ratio mensque sapientia ad iudicandum, & ad deterrendum idonea. Crassam Pufendorfii aberrationem refellit vel eiusdem Adnotator Ioannes Nicolaus Hertius in enarratione ad laudatum §. Nec minus est opus ut erroris salitas evincatur. Quid? Homo ergo ad humano commercio ieiundus, qui ceterorum hominum disciplina, & præceptis non imbuatur, lege naturali carebit? Informis inciliatur, optimam magistrorum informationem, educationemque plurimum ad ipsa iuris naturæ decreta feliciter penetranda, & exsequenda conducere. Sed in hac instructione iuris naturæ legem constituere, error est manifestus. Alioquin tot essent iuris naturæ leges, quot sunt magistrorum operationes; quarum privatitate hæc puerorum mentes ita inciliantur, ut a naturali lege desistant, & subdit idem Marcus Tullius Lib. II. Tuscul. Cum vero parentibus redditi, id est magistris traditi sumus; tum ista variis iudicium erroribus, ut vanitate, veritate, & opinionum contrarietate natura ipsa cedat.

IV. Hæc errori alium adiciet peiorem Pufendorfius, qui cit. cap. §. 14. fundamentum legis naturalis potissimum in amore collocat, & comendat; quo politico, omnium humana societas perturbatur. Hæc sunt eiusdem verba. Ibi igitur primo homo habet communem cum omnibus animationibus, quæ sensus sui iussu, ut seipsum quam maxime amet, seipsum sicutat omnibus modis conservare, quo bono sibi videtur, nitatur acquirere, & ma-

la repellere... Et iste quidem cuivislibet esse scriptum amor regularitur tam validus est, ut quavis inclinatio erga quosvis alium hominem ipsedat. Doctrina hæc Pufendorfii de iure naturæ, Lutheri Pseudopatriarchæ sui doctrinæ de christiana religione, velut ovum ovo, similis est. Amor propria utilitatis, commodique primum est iuris naturæ fundamentum. Quis Ethnicorum tam immane patriæ adonem commentus unquam fuit, præter unum Epicurum? Sed quæ subdit §. 15. audiatur. Sic itaque persequitur. Ex hisce possit facile esse fundamētum legis naturalis invenire, scilicet manifestò apparet hominem esse sui conservandis studiosissimum, persequeum, ad mutua commoda promovenda maxime idoneum. Eiusmodi animali, ut saltem sit, bonique fruatur, que in ipsius conditione hinc cadunt, necessarium est ut sit sociabile, id est coniungi cum suis similibus velit... Neque enim per socialitatem bene intelligimus præcise proclivitate ad iungendas societas particulares, quæ etiam male fuit & modo trini possunt, ut est coniunctio latronum.

V. Plura alia transcribere negligo, ut prolixitate deviem. Illud admones, plura eodem in capite Pufendorfium habere quæ verba sunt, quia communia, & a nostris accepta Scripioribus: quæ omnia ipse implicavit, ut aliquid novi promeret a peno suo. Sed vix aliquid illius proprium est quod error non sit. Secum ipse pugnat, & frigidum, & calidum eodem ore profert. Loc. cit. §. 20. scribit quod scilicet plures homines in libertate naturali constituti ad ista dictata (rationis) personam conservandam ditius tamen eadem libertate quoniam habent quam ipsorum consensus ducitur. Neque solum, si omnes, qui conspiraverunt simul, descendere placuerit, obligatio exprobitur (sicut tam quando a pacto mutuo dispensari resistitur, fieri solet) sed etiam durante eo consensus vix obligandi debet: quippe cum illud distamen rationis de servandis pactis modum uno legi induerit, id quod supponitur; adeoque etiam singulis prohibet, ceteris licet dissentientibus, ab eiusmodi pacto licet abire. Vides hominem philosophantem, veluti nauant abque clavo navigantem, hæc atque illa pænantium fluctuum impetu rapi. Secum quoque pergit, non habet; quia a certa fixaque communi doctrina desivit, ut novus iuris naturæ magister apparet. Sed, unde sibi capere gloriosam suam credit, incipit potam contrariis. Rationis dictata, indita a supremo Numine, fixa sunt, nulli mutationi obnoxia; & ad ista, eum adsummi, revocanda sunt hominum pacta, & commer-

cia: non ab hominum consensu, sed a Deo vim obligandi dictata ista receperunt, prout infra explicatur sumus. Quis inficias ire aolus fuerit, clarissimum hunc iuris naturæ magistrum ad ipsum Hobbesii castra transfudit, & ius naturæ in sola hominum opinione constituit? Verum de hoc infra.

VI. Quæ de hominis socialitate scribit, extranea sunt, & falsa. Hominem animale sociale esse non sibi tantum, sed alii natum, fatetur omnes, & ante Pufendorfianum, eivusque Deformationem luculentius hoc docuerunt quotquot hac de re scripserunt. Ad neminum unquam in mentem venit, in socialitate legem naturalem sitam esse. Hæc factitas hæc materia est, a nature lege dirigenda. Nonne & bruta ipsa ad mutuum societatem, & conjunctionem inclinant? Datur lex promissiva, seu iuxta Stoicos prima, quæ hanc communem cum brutis socialitatem dirigit. Sermo nunc est de lege rationis, quæ propria folus hominis officia moderatur. Ergo non in socialitate, brutis communi, sed in ratione, homini foli propria, sita est lex naturalis. Nec Pufendorfii aberratio maiore confutatione egat.

CAPUT IX.

Homo exlex natura sua repugnat. Bonitas & turpitudine ante omnem legem insunt actionibus. Errores Hobbesii, Olandii, Seloni, Pufendorfii, aliorumque Protestantium auctoritate M. Tullii Cicerois refelluntur.

I. Homo natura sua exlex nuncupatur, quia nulla lege ante suam liberam determinationem obstringitur, sed ei pro discreto & lege sua voluntas. Hominem hunc repugnare alicuius, quia ante eius liberam determinationem insunt intrinsecus rebus, seu officio bonitas, aut malitia. Bonum solum in ordine est, perficitur rem cui inest; malum, seu turpitude, quæ in rebus ab ordine reidet, eandem inquit. Omnes actiones humanæ libere vel libentur corpore animusque, aut imperfectionibus habent eundem asperant. Si res omnes ante quantumque legem indifferentes essent, homo re ipsa natura sua esset exlex: quia innata obligatione conformandi actiones suas cum rebus ipsis, modo inferius explicandis, minime abingeretur. Obligatio enim connexio est actionum cum ordine rebus ipsis intrinsecus hærente. Et quantum ordinem hunc rebus hætere dicimus, ante omnem exteriorerem legem, liberamque imperium; idcirco hominem

subiectum huic obligationi, seu connexioni conformandi officia sua cum ordine alicuius. Porro ordo iste, ipis rebus in se, obiectum est iuris, seu legis naturalis, prout clarius explicatur sum. Bonitas, aut malitia, quas rebus ipse habere dicimus, sunt ante legem omnem fundamentaliter tantum, an formaliter, quanto est quam scholastici in utramque partem disputant; & ego infra illam ad criticen revocabo. In praesentia dumtaxat defensivum absoluite, ante omnem legem bonitatis, malitiamque rebus in se Hobbesium, Osiandium, Pufendorfium, et ceterosque Protestantis, oppositum propugnantibus.

II. Errores Hobbesii; & Pufendorfii propriissimum verbis recitentur. Defendit inquit Thomas Hobbes Anglus, omnia ante legem voluntariam esse indifferenter; atque adeo ex solo libero beneplacito bona aut mala evadere. Siquidem de Civ. cap. xiv. scilicet. scribit, regulas boni, & mali, iustitiam, & iniustitiam, bonestatem, & inhonestatem esse leges civiles: nihil quod legislator preceperit, nisi potius, ad quod veteritur, pro malo habendum esse. Quare hoc eum primum sui systematis praecipuum fundamentum est. Lib. de Civ. cap. i. scilicet. Natura desinit utriusque in se in omnia; hoc est, in statu naturae naturae, sine antiqua bonorum, aut malitiae, sive iustitiae, sive iniustitiae, vel cuiusqueque libere facere quaequeque, & non possitque habere, & possidere, nisi, sive amicitia, quae valet, & poterat. Quam fir haec doctrina seditiosa, tumultuosa, & absurdam plenissima, nemo non videt. Homines natura pares sunt? Filius ergo inferior patre non est? Iure potentior omnes homines eadem sibi accipiendi bona: & quisque suum exercere potestatem valet, ut vi, quae aliorum sunt, sibi comparet; etiam si opus aliquis occasione fuerit? Eadem ergo res iusta, & iniusta erit, idemque ius in eadem rem habere duo mutuo quent? Singuli ergo homines in alterius hominis vitam intrare indifferas poterant, & carere, ut iure constaret curavit, praevenerit aliorum, illumque de medio tollere ius erit? Quidam subdit Hobbes loc. cit. sect. 12. Bellum subdit Hobbes. Et patentius hoc adimrat cap. v. sect. 1. Sper unquam securitatis, conservacionisque ius in se sit esse, ut viribus, actionibusque propriis proximum suum vel palam, vel ex insidiis preceperat posse. Item Leviathan cap. XIII. Securitatis vitam maiorem habet nemo anticipativa. In cuiusquam meentem venisset usquam, tam absurda paradoxa edi in laudem ab homine ratione praedito potuisset? Ut doctrinae horrorem temperet, genericque

humani declinet injuriam, cogitur ipsemet quamdam naturae legem admittere. Ut homines, inquit Lib. de Civ. cap. xiii. sect. 1. humani modum bellum omnium in omnes devitavit, mutatis se devincere pactioibus debent. At quae lex urget ut haec pactio custodiantur? Lex, subdit, antecedens contractibus istis. Extrematur lex naturae, hominum decreta antecedens. Pugnare ergo secum systema Hobbesianum. Lib. de Civ. cap. xi. sect. 7. haec habet: Prima & fundamentalis lex naturae est, quaerendum esse pacem ubi haberi potest. Si prima naturae lex homines impellit ut mutuas pactas pacem curent; haec eadem lex damnat bellum omnium contra omnes. Proprie itaque antilogice Hobbesius contra semetipsum pugnat. Sed, ut clarum pateat quam fit errorem Hobbesianum, systema, hoc pacto disputo. Ante hominum, contractus nulla lex nulli, aut iniusti, Hobbesio teste. Licite homo irrumpere vitam homini valet, pactis mutuis sublati. Quidam & post pacta? Cur enim pacta vim obligationi mutuae inferant? Quia homines mutua se obtinere fide. Sed quicquid: cur peccatum est hanc mutam infringere fidem? Hic est nodus solvendus. Alteritutum enim respondendum est. Aut regula est, cum quae fidei fractio pugnaret; & tum ante hominum pacta ad illa regula bona & mala. Aut si nulla regula est, cui fidei violatio propinquant frangere. Si enim lex naturae ante omnia pacta boni factam non vetat; cur violare promissionem factam veritate? Aut contra, si oppugnantiam licite frangere lex naturae vetat; potiori iure, prohibet bellum omnium in omnes, & homicidii privata autoritate peracta. Bonum ergo, & malum est ante hominum pacta.

III. Nonnulla alia est Hobbesio transcribam, quae evidenter eundem monstruosa paradoxa manifestantur. Constituit alterum principium sui systematis potissimum, omnipotentiam videlicet Dei unicam esse fundamentum sui in creaturas iuris ex eo quod nemo possit eidem resistere. Haec iuxta eiusdem verba Leviathan cap. xxxi. Regni divini naturae vis deservit ab eo quod divina potentia consistit. Impossibile est. Idque prius dixerat Lib. de Civ. cap. xiv. In regno naturae regulandi, & puniendi eos qui leges suas violant, in Deo est sola potentia irresistibilis. Et quibus hanc colligit conclusionem Lib. de Civ. cap. xvii. §. 7. Quid si in regno dei habet Deus ab omnipotentia sua, manifestum est obligationem ad praesens hunc obediendum, includere hominibus propter imbocillitatem.

litatem. Haec sunt impia, nodum absurda, Hobbesii commenta. Creatorarum imbecillitate ratio est cur obedire ille Deo debeant? Creaturae ergo obedire Deo haud alitriungunt, quod edite in laudem a Deo sunt, quod conserventur, quod regem fit inferiorum superiorum venerari? Haec sunt paradoxa, post Reformationem Lutheranam, & Calvinianam excogitata, omnibus Ethnicorum doctrinam vix reclamantibus. Non est quod nunc pius eadem refellam. Infra quippe palam faciam, naturae legem, omnem voluntatem antecedente, homines strictos esse ad Dei cultum, ad vitanda turpia, agendaque homine.

IV. Samuel Pufendorfius doctrinam Hobbesii de indifferetia actionum omnium ad honestatem, vel turpitudinem adopravit, & totis lacertis eam propugnare nititur. Scribit in Lib. I. de iur. nat. & gent. cap. xi. §. 6. Haud quaquam necessarium arbitrium cum nullis statueretur, quamvis per se extra omnem impositionem esse honesta; aut turpia; & haec facere obiectum iuris naturalis & perpetuum: cum illa, quae idem honesta, aut turpia sunt, quae legislator voluit, sub legum praesentiarum scelestum veniant. Cum enim honesti, sive necessarii moralis, & turpitudinis sint affectiones actionum humanarum, extra se corroborantia, aut disconcertantia a norma, seu lege; lex vero sit iustissimum superioris; non adoretur quomodo honestas, aut turpitudinis intelligi possit ante legem & extra superioris impositionem. Allegat auctoritatem Seldeni de I. N. & G. & postea concludit. Est sane qui extra impositionem divinum moralitatis actionum humanarum, etiam non aliquam statum regulam, nisi aliud nimis videretur agere quam ut Deo adjuvantur principium aliquod caeterum, extrinsecum, quod ipse in dispensabilis verum formis sequi necessarium habuerit.

II. Lex naturalis plura praecipia includit, quae ab uno, tamquam prima radice, proficuntur. Ita docet S. Thomas 1. 2. *quest. xxiv. art. 2. Dicendum, quod... praecipia legis naturae hoc modo se habent ad rationem practicam, sicut principia prima demonstrationis se habent ad rationem speculativam: utraque enim sunt quaedam principia per se nota... Quaedam sunt dogmata, vel propositiones, per se nota communiter ostenduntur. & huiusmodi sunt illa propositiones quantum terminis sunt ostensibiles tantum; ut, omnia rerum esse materia sua parte; & quae non est eadem sunt equalia, sed diversa sunt equalia. Quaedam vero propositiones sunt per se nota sed sapientibus... In his autem quae in apprehensionem hominum cadunt, quidem ordo invenitur. Nam illud quod primo casu in apprehensionem, est ens, cuius intellectus includitur in omnibus, quocumque quae apprehendit. Et illa prima principium indemonstrabile est, quod non est simul affirmare, & negare; quod fundatur supra rationem ensis, & non ensis: & super hoc principio*

omnia alia fundantur ... Sicut autem eius
 primum quod dicitur in apprehensionem simplici-
 ter, ita bonum est primum quod dicitur in ap-
 prehensionem practicam rationis, quae ordinatur
 ad opus. Omne enim agere agit propter finem,
 qui habet rationem boni. Et hoc primum prin-
 cipium in ratione practica est, quod fundatur
 supra rationem boni; quae est, Bonum est quod
 omnia appetunt. Hoc est ergo primum practi-
 cum legis, quod bonum est faciendum, & pro-
 hibendum, & malum vitandum. Et super
 hoc fundantur omnia alia praecipia legis natu-
 rae, ut scilicet omnia alia facienda, vel vitanda
 pertineant ad praecipia legis naturae, quae ratio
 practica naturaliter apprehendit esse bona
 humana. Quia vero bonum habet rationem fi-
 nis, malum autem rationem contrarii, inde est
 quod omnia illa ad quae homo habet natura-
 lem inclinationem, ratio naturaliter apprehen-
 dit ut bona, & per consequens non opere pro-
 hibenda; & contraria eorum ut mala, & vi-
 tandanda. Secundum igitur ordinem inclinationum
 naturalium est ordo praecipiorum legis naturae.
 Inest enim primo inclinatio hominis ad bonum
 faciendum naturam ... Secundo legis homini
 inclinatio ad aliqua magis perfecta secundum
 naturam, in qua communitur cum ceteris ani-
 malibus ... Tertio modo inest homini inclina-
 tio ad bonum secundum naturam rationis, quae
 est sibi propria.

III. En quam arte accersit S. Thomas cu-
 jusque sententiae suae originem. Ad ente ini-
 tium capit, constituitque hoc primum prin-
 cipium: *Quodlibet est, vel non est*. Ubi enim,
 inquit ille, ordo reperitur, primum designan-
 dum est illius ordinis, a quo cetera pendunt,
 principium. Porro, sicut primum quod oc-
 currit menti meditandum, est esse sui ens;
 ita primum quod voluntati offertur, est bonum.
 Ex quo colligitur hoc primum in genere
 appetibilium principium: *Bonum est amandum,
 malum fugiendum*. Bonum aliter quod omnia
 appetunt. In quam descriptionem in septe quidam
 sapere variavit. Si enim bonum illud
 est quod perfici res omnes; nullaque creatu-
 ra sit que sui non appetat perfectionem: iure
 inferitur, bonum esse quod omnia appetunt.
 Ex primo landato principio ea prin-
 cipium sponte dimanant naturalia praecipia
 quae conservationem propriam spectant, re-
 morventique opposita. Haec pertinent praeci-
 pa comedendi, sobrietatis, temperantiae
 servandae, abstinentique ad iis quae proprie
 tur perniciosa sanitati. Altera inclinatio
 hominis speciem suam propagandam servan-
 damque respicit. Heinc vero praecipia quo-
 rum matrimonii officia, prolis educationem di-

gunt. Tertia inclinatio rationis naturam con-
 sequitur: ex qua proficiuntur omnia praeci-
 pta quae cultum Dei, & proximi societatem
 moderantur. Haec autem proximi iura,
 etque sua oratione detinet M. Tullius *Lib. II. de legibus*. Pauca ex multis huc transcribere
 lubet. A prima fonte & ipse sermonem
 repetit; *Quomobrem lex vera, atque principii,
 opus ad vitandum, & ad vitandum, ratio est
 recta summi iuris*. Post pauca autem ad le-
 gum variationem detribendam accedit. *Con-
 sistat profecto ad salutem civium, civitatumque
 incolumitatem, vitandorum hominum & quom-
 odam, & beatam inveniam esse leges ... Est ita
 igitur leges rogabitis, videlicet quae nunquam ab-
 rogantur. Et post pauca leges promittit quae Dei
 cultum praeferunt. Quinti fratris impulsu.
 Sed iam exprime, si placet, istas leges de reli-
 gione. M. Expressum equidem, ut patens ...
 Ad deos adverte: casto pietatem adhibentio:
 opes amemento: qui secus fuerit, Deus ipse
 vindex erit. Separatim nemo habet deos, nete
 novos ... Ad illa, propter quae datur homini
 ascensus in caelum, mentem, virtutem, pietatem,
 fidem, carumque laudem delubra iuncte,
 nec ulla vitiorum. Sacra solemnia obeuntio. Fe-
 ritus iugis amemento, easque in famulis, ope-
 ritibus paratate, habentio ... Quaeque quosque
 ritus decora, gratiaeque sunt hostia, providentio:
 discipulaeque sacris, omnibus pontificis,
 singulisque iustis factio: curisque quae vestales cu-
 stodiunt ignem sacri publici conspiciuntur.*

IV. Plurima ibidem alia enarrat praecipia,
 quae tum communitatem religionem, cum ho-
 minum foedera, & societatem spectant, ad-
 idelicet inventis quae imperitiosae religionis cere-
 monias dirigunt. Quare, his militis, praeci-
 pta illa decem que Decalogi conclusuntur,
 ex ipsius naturae iuris sine pronante
 ostendendum est. De tertio mandato dumtaxat
 Theologi disputant, utrum a lege natu-
 rae proficiatur. Sed hanc controversiam di-
 mittit S. Thomas in III. dist. xxviii. quae. i.
 art. 5. quaestione 2. *Praeceptum de sabato ob-
 servando, quantum ad aliquod morale est, &
 quantum ad aliquod ceremoniale. & quantum
 ad aliquod potest etiam dici naturale. Secun-
 dum enim illud est quod naturali ratio ali-
 quod praecipium morale est, non scilicet ali-
 quod tempus in quo mandandum sit, non est de
 illius naturae legis; & ideo non est morale
 praecipium. Sed secundum quod habet pro
 causa significationem, sic est ceremoniale. Secun-
 dum autem quod habet pro causa conditionem
 illius populi, cui subveniendum erat, per
 hoc praecipium iudiciale est. Quatenus itaque*
 pra-

praecipium istud culum Dei spectat, ab ipsa
 natura lege dimanat: temporis vero determi-
 natione, ceremoniae observandae, & alia id
 generis, lege positiva praescripta sunt.
 V. Cetera Decalogi mandata, quae cultum
 Dei, proprie vitae honestam conservationem,
 socialitatis iura servanda praecipiant, a natu-
 rali lege proficili competunt esse. Nam
 omnia haec praecipia sunt natura sua recte
 rationi consentanea. Heinc inferit Sanctus
 Thomas, illorum praecipiorum explicitam
 cognitionem necessariam omnibus esse, quae
 xiv. de verit. art. 11. ad 3. *Mandata Decalogi
 sunt de his quae naturaliter cognoscuntur: & ideo
 quilibet sentit ea explicitè cognoscere. Man-
 data primo tabulae cultum Dei, vota, iura-
 mentaque collidenda praescribunt. Quid au-
 tem recte rationi magis consentaneum? Re-
 liqua mandata, tum affirmantia, tum ne-
 gantia, de honorandis parentibus, de homici-
 diis, de vago concubitu, de adulteriis, de
 furtis, de mendaciis, de pravus desideris vi-
 tandis, sunt ipsi naturae similiter instita.*

VI. Alia praecipia tum universalitatem, tum
 particularitatem ad Decalogum revocari, vel tan-
 quam principia in conclusionibus, vel tan-
 quam conclusiones ex principis eruta, evin-
 cit S. Thomas 1. 2. quae. c. art. 3. *Utique
 tamen hominum praecipiorum constituantur in
 praecipio Decalogi, sed diversimode. Nam illa
 quae sunt prima, & communia, continentur in
 eis, sicut principia in conclusionibus proximis;
 illa vero quae per sapienter cognoscuntur, con-
 stituuntur in eis & converso, sicut conclusiones in
 principis. Prima principia sunt: Bonum amand-
 um, fugiendum malum: Quod tibi non vis
 fieri, alteri ne feceris. Haec, & similia con-
 tinentur in Decalogi, tanquam principia in
 conclusionibus, quae sunt deducta ex istis
 principis. Porro mandata decalogica sunt
 conclusiones ex his primis principis ex prom-
 pte; cetera vero tum conclusiones expresse
 modo ratiocinio ex istis Decalogi mandatis.*

VII. S. Thomas 1. 2. quae. xxv. art. 3.
 disputat, si sint omnia virtutum officia a natu-
 rae lege praescripta, & hanc probat respon-
 sionem. *De virtute virtuosus dicitur loqui
 philosophus: uno modo, in quantum sunt virtu-
 tiosi, alio modo, in quantum sunt tales autem
 in propriis speciebus considerati. Si igitur lo-
 quamur de actibus virtutum, in quantum sunt
 virtuosus, sic omnes actus virtuosus pertinent ad
 legem naturae. Dicitur enim, quod ad legem
 naturae pertinet omne illud ad quod homo in-
 clinatur secundum suam naturam. Inclinat
 autem unumquodque ad operationem sibi con-
 sistentem secundum suam formam; sicut ignis*

Conc. Theol. Tom. VI.

ad calefaciendum. Unde cum anima rationalis
 sit propria forma hominis, naturalis inclinatio
 inest cultibus homini ad hoc quod agit secundum
 rationem: & hoc est agere secundum virtutem.
 Unde secundum hoc omnes actus virtutum sunt
 de lege naturali. Dicitur enim hoc naturaliter
 iudicari propria ratio, ut virtuose agat. Sed,
 si loquamur de actibus virtuosus secundum spe-
 cies (sicut scilicet in propriis speciebus con-
 siderantur) sic non omnes actus virtuosus sunt
 de lege naturae. Multa enim secundum virtutem
 sunt ad quae natura non primo inclinat, sed
 per rationis investigationem ad formas adin-
 venturam, quasi actus ad bene vivendum.

VIII. Sub duplici aspectu humana officia
 meditanda proponit Angelicus. Primo secun-
 dum rationem genericam, quatenus exerco-
 dia sunt iuxta rationis regulas; & sub hac
 consideratione omnes humanae actiones virtu-
 tis speciem proferunt. Porro homo, dum operatur,
 agere secundum suam formam, iuxta
 rationem debet. Quapropter actuum huma-
 norum indifferentiam reiecitur. Ergo omnia
 humana officia, ad regulas rationis recte ex-
 acta, ad legem naturae spectant. Secundo con-
 siderat haec officia, prout sunt aliquibus cir-
 cumstantiis subiecta, ut in specie particulari
 determinata; & secundum hanc considera-
 tionem, non lege naturae, sed humana praeci-
 pantur. Exemplo doctrinae clarius fiat:
 Officia temperantiae secundum genus suum,
 seu quatenus cibum temperatum indolent,
 lege naturae praescribuntur; quia temperate
 vivere ad vitae conservationem requiritur.
 Verum temperantia a carnibus, a licito ma-
 trimonialibus concubiis, non naturali, sed vo-
 luntaria humana lege praescripta est. Et ideo
 dicit Angelicus, actus eiusmodi, in hac spe-
 cie constitutus, non cadere sub naturae lege.
 Nec enim eiusmodi officia necessaria sunt,
 sed dumtaxat utilia ad finem facilius compa-
 randum. Dum itaque S. Thomas docet, omnes
 actus virtutum ad legem naturae pertinere,
 sentius hanc est quod unumquodque omnia
 virtutum officia exequi debeat. Plura quippe
 virtutum officia sunt quae aut solo consilio,
 aut lege supernaturali praescribuntur. Serius
 ergo angelicæ doctrinae certamina est, quod
 omnes actus virtutum secundum rationem
 genericam virtuti, nempe quatenus exerco-
 centur ab homine deliberate operante, ad
 legem naturae pertinent. Eccc! Quia quocumque
 homo operatur ut homo, debet secun-
 dum recte rationis normam operari; atque
 adeo virtute iuxta regulas rationis.

IX. Oppone. Mandata Decalogi lege vo-
 luntaria divina praescripta sunt. Ergo non
 natu-



natura iure. Quae enim natura lege praecpta sunt, inharent hominum cordibus, insita humane menti sunt. Hanc difficultatem sibi opponit S. Thomas 1. 2. quæst. xcix. art. 2. art. 2. & hoc præbet responsum ad 2. *Legis divinae convenientes eam ut non solum procederet in his ad quae ratio non potest, sed etiam in his circa quae contingit rationem humanam impediri.* Ratio autem hominis circa præcepta movetur quantum ad ipsa communiissima præcepta legis naturae non potest errare in iudicando, sed tamen propter confusivum peccatis obsecrabitur in particulatibus agentibus. *Circa alia vero præcepta naturalia, quae sunt quasi conclusiones deductæ ex communibus, ut patet in principis legis naturae, multarum ratio obest, ut in quibusdam quae sunt secundum se omnia, multarum ratio licet indicet. Unde operatur contra utrumque defectum hominis subverti per auctoritatem legis divinae. Sicut etiam inter credenda non proponuntur non solum ea ad quae ratio attingere non potest, ut DEUM ESSE TRINUM, sed etiam ea ad quae ratio recta pertingere potest, ut DEUM ESSE UNUM, ad excludendum rationis luminescentiam, quae accidit in multis.*

X. Ut paucis omnia comprehendam, tripliciter sunt generis, ut alias dictum est, iuris naturalis præcepta. I. Aia Deum colendum, reverendum, adorandumque, ipsant. II. Aia ad nos utramque, quae homines moras prædicant, & vitam propriam custodiam, veritateque societatem, illicitoque concubitas. III. Cetera socialitatem respiciunt, quaeque iubent honorare parentes, Magistratus, Principes, omneque superiores imperant fidelitatem in contractibus, in promissionibus, veritateque in iuriis iniustitiisque omnes.

XI. Naturae ius non modo adus inhonestos, turpique vetat, sed plures etiam irritat, nulloque efficit. Quomobrem contractus ultimat, pacta turpia, non modo illicita, verum etiam nulla sunt. Atque, unde discernendum, licet ne aliqui actus iure naturae irriti? Quoties actus fecerint defertur turpitudinem perpetuam, eo ipso licet nulli, cuiusmodi licet donatio, venditio retentiva, contractus vi, fraudeque extortus, matrimonium inlicitum cum perpetua impotentia, & cetera id genus, quae socialitatem laedunt.

CAPUT XIV.

De iuris naturae immutabilitate, abrogatione, & dispensatione. Parte quasi inane dimititur.

I. Quæstionem disputandam proponimus quam perdifficilem, & implexam esse

erunt varia Theologorum placita. Tamen, si omnia in suo vero lumine collocentur, & omnia quae facere negotium videntur, ad sua vera principia exstantur, decilio facilius & perspicua evadet. Opere certum itaque est ut ea præmittamus quae certa videntur, quæque negari a nemine iure valent.

II. Et primum omnium ea in memoriam revocanda sunt quæ supra solo calamo explicavimus, nempe honestatem, & turpitudinem rebus ipsis inesse antecederent ad omnem legem. Porro assuta illa que natura ius ante omnem legem aut honesta, aut turpia sunt, nulli mutationi, abrogationi, aut dispensationi obnoxia esse, quod in iusticiis potest. Hoc principium penes omnes certum, & includibile est.

III. Alterum principium non minus certum constituendum est, nempe, iuris naturalis præcepta diversis generis esse. Alia sunt que humanum consensum præsupponunt, quo constituto, surgit natura ius, quod in pactis, in promissionibus, in contractibus, in iuramentis, in votis, &c. respiciunt. Hæc etiam pertinent præcepta que bonorum proprietatem respiciunt. Gentium quippe consensu rerum partio in vestra est, qua posita, ius nature vetat quæpiam iurium propriis bonis ipsari. Hæc omnia mutationi, & variationi includibile sunt; idque penes omnes convenit.

IV. Tertium principium non minus certum spectat iuris naturalis partitionem, quam supra indicavi, & nunc repetendam iudico. Tribuitur itaque primum ius naturale in præcepta prima per se nota; & in alia præcepta, quae sunt conclusiones ex istis collecta, quarum alie proximiores, alie remotiores sunt. Secundum tribuitur in ius præceptivum, & in approbativum, seu concessivum, quod etiam permissivum dicitur. Plura quippe approbat, & condit ius nature, quæ tamen non precipit. Approbat ius iudicium bonorum communionem, homines liberos esse, matrimonium contrahere, virtutes omnes exercere, sinum patri succedere, fidem adhibendam duobus rebus. Hæc vero, & alia plura singulis ius nature non precipit; quamquam approbet, concedatque. Hæc omnia, quæ sub iure concessivo, cadunt, mutationi includibile esse nemò inficiatur.

V. Quarto loco statendum est tanquam certum id quod docet S. Thomas 1. 2. quæst. xcvi. art. 5. nempe, quod lex naturalis potest intelligi dupliciter mutari. Uno modo per hoc quod aliquid ei addatur; & sic nihil prohibet legem naturalem mutari; multa enim supra legem naturalem addita sunt ad humanam

viam utilia tam per legem divinam, quam per leges humanas, alio modo potest intelligi mutatio legis naturalis per modum subtractionis; ut scilicet aliquid desinat esse de lege naturali quod prius fuit secundum legem naturalem; & sic quantum ad prima principia legis naturae lex naturae est omnino immutabilis; quantum autem ad secunda præcepta, quæ dicitur esse quasi quædam propria conclusio propinqua primis principis, lex naturalis non immutatur, quia ut in pluribus sit rectum semper quod lex naturalis habet, & est tamen mutari & in aliquo particulari, & in particularibus propter aliquos speciales casus impediens observantiam talium præceptorum.

VI. Quinto loco dico, hæc S. Thomæ doctrina sola perspicue explicata, in nihilum occidere omnes difficultates quæ opponi ad verum iuris naturæ immutabilitatem solent. Et quia S. Thomæ interpretes hanc doctrinam, ut ego quidem arbitror, pleno in lumine non collocarunt; idcirco, cum de dispensatione, seu solutione ab hæc lege dispensata, minus clare difficultates dirimunt. Neque eo hæc dicta spectant, ut nova ego me promere iactem: sed hæc pertinent; ut nisi me amare fallit, quæ alii de solus, & aliquo modo obscuris disputarunt, paucis perstringere, & clarius proponere velim.

VII. Itaque aliqua præcepta iuris naturæ ita licet immutabilia, siquæ constantia, & æterna, ut semper, & in quocumque evento obigen. Quotidum sunt: *Celæbus Deus est, non mensurandum non poterandum, non falsum testimonium dicendum, non calumniandum, non odia habendum, servanda iustitia, empendenda veritas, temperate vivendum.* Hæc, & similia nullam excipiunt circumstantiam, nullamque subeunt mutationem. Alia sunt præcepta iuris naturæ, quæ absolute spectata similitur sibi constant, & cuiusque sunt mutationis experta. Verum hæc circumstantiæ excipiunt, quarum ratione id prolixius quod absolute, tali, aut tali circumstantia labata, precipiunt. Exemplo a S. Thomæ addita doctrina hinculente evadit. Lex naturalis est inquit 1. 2. quæst. xcvi. art. 4. quod deposita sint reddenda: & hoc quidem ut in pluribus verum est: sed potest in aliquo casu contingere quod sic de mensura, & per consequens retractabile, si deposita reddantur: puta, si aliquis petat ad impugnamdam partem. Et hoc tanto magis invenitur deficere, quanto magis ad partem descenditur: puta, si dicatur, quod deposita sint reddenda cum tali conditione, vel tali modo. Quarto enim plures conventiones

particularis opponuntur, tanto pluribus modis poterit deficere, ut non sit rectum vel in reddendo, vel non reddendo.

VIII. Ex his sponte consequitur, etiam hæc secundaria præcepta esse in uno sensu immutabilia, quatenus eadem semper precipiunt, vel venant: quoniam eadem semper precipiunt, vel vetant absolute; aut non precipiunt, nec vetant sub hæc, aut illa circumstantia. Et hoc in sensu non minus quam prima constantiam, & immutabilitatem possunt. Dicuntur mutabilia; non quod aliquando obligaverint, aliquando non obligaverint; sed mutabilia dicuntur, quatenus sub hæc aut illa circumstantia non obligant. Verum hæc mutatio propria non est: quoniam ab æterno verum fuit depositum absolute reddendum; non esse vero reddendum in hæc aut illa circumstantia: homicidium esse licitum publico auctoritate iustum; illicitum privata auctoritate perpetratum: illicitum furtum; fornicum in hæc aut illa circumstantia, vi cuius fornicum malitiam, & vel ipsum nocent esuit. Dicitur igitur hæc præcepta mutabilia, non quod ipsa in se mutationi subiecta sint: sed ratione materis, & circumstantiarum, iuxta quorum diversitatem semper, & ab æterno modo precipiunt, modo non precipiunt, modo vetant, modo non vetant. Quibus positis, sequentes quædamque dirimendas propono.

IX. Quæst. I. Lex naturalis quantum ad principia naturalis est in se ipsa immutabilis omnino & invariabilis, tam in communi, quam in particulari? Resp. Affirmantur respondendo. Quomodoquidem illa sita est in ordine rerum, sui officium cum essentia divina, ideu archetypa omnium ordinum, & naturarum, quæ indissolubili nexu cum eadem connexæ sunt. Porro ordinem hunc antecedere rationis signa vel ipsam divinam voluntatem, alius supra. Ergo lex naturalis absolute, & in se ipsa cuiusque variationi, & dispensationis experta est. Enim vero lex illa vel accipitur, prout est in homine, & consequitur ipsam naturam rationalem, veluti eandem proprietate necessitas; & secundum hæc considerationem, sicuti natura rationalis immutabilis est, ita immutabilis esse debet lex naturalis, quæ necessario eandem consequitur, modo supra expostio: vel accipitur, prout est in Deo, seu quatenus cum divina essentia coniungitur; & sub hoc aspectu quamcumque variationem, mutationemque excludit, quoniam divina essentia immutabilis & invariabilis est.

X. Quæst. II. Lex naturalis quantum ad

precepta secundaria est ne similiter in seipso inmutabilis? Resp. Dicitur patet ex his que num. 8. dicta sunt. Quandoquidem hæc præcepta secundaria in ordine cum recta ratione, & divina essentia sita sunt, non secus ac prima. Ordo autem ille æque in secundis ac in primis necessarius est. Ergo eodem modo invariabilis & immutabilis. Id idem verum est, quod iam innumis, his secundariis præceptis advenire circumstantias posse, vi quarum lex non præcipiat id quod, sub his circumstantiis, præcipiebatur: quia recte rationi congruit ut in his circumstantiis lex valeat quod ablati circumstantiis præcipiebatur. Lex naturalis vetera absolute maribus tangere ubera feminarum ob intrinsicam cum recta ratione repugnantiam; at, adveniente infirmitatis gravi necessitate, lex nature, seu recta ratio præcipit tactum prædictum, ut, pulso morbo, sanitas repararetur. Porro mutationem hæc recte interpretatur D. Thomas materiam, secus formalem, vocant. Quoniam mutatio formalis tunc evenit, quando lex, que olim urgebat, nunc obligare cessat, aut quia laetitia, & irrationabilis, evadit; aut quia legislator eam revocat ob aliquem peculiarium finem sub initium late legis non præsumit. Tum lex cessat, & formaliter mutatur. Lexque naturalis, etiam quantum ad præcepta secundaria, mutari hoc modo repugnat. Quoniam hæc eadem præcepta salus ipsos excipiunt. Præcipiunt aliqua officia absolute spectata, ut reddere depositum, obedire parentibus &c. & hæc eadem officia prohibent, aliqua circumstantia occurrente, nempe quando restitutum depositum, & obedientia parentibus sunt noxia proximo, & perniciosa Republicæ. Et quia reipia circumstantiæ variantur, ideo dicitur hæc præcepta variationem excipere materiam, quatenus scilicet officia subiecta legi modo hæc, modo illa circumstantia involvuntur. Lex autem non modo absolute, verum etiam spectatis circumstantiis, officia aut præcipit, aut prohibet. Patet igitur, hæc ipsa præcepta secundaria formaliter, & in se immutabilia esse, quia vetera, aut in bono officia humana, quatenus recte rationi aut congruunt, aut repugnant. Ex quibus consequitur totam mutationem esse materiam, quatenus materia legi subiecta, modo una, modo altera circumstantia circumferibitur.

XI. Ex his que dicta sunt, evanescent nonnullæ que opponi solent, difficultates. Bona omnia nature iure communis erant, & hominum voluntate eorumdem invecita divi-

sio est, & proprietas, & hominum servitus. Verum habet. Sed iam diximus, hæc & alia etiam sub iure naturali, non præceptivo, sed concessivo, seu approbato tantum contineri; ut optime explicat S. Thomas 1. 2. quæst. xciv. art. 5. ad 3. Aliquid dicitur esse de iure naturali dupliciter. Uno modo quia ad hoc natura inclinatur: sicut non esse inimicam alteri faciendam. Alio modo quia natura non inducit contrarium; sicut possessio dicitur, quod hominem esse dominum est de iure naturali, quia natura non dedit ei vestitum, sed usum abiecit. Et hoc modo communiter omnium possessio, ut una libertas dicitur esse de iure naturali, quia scilicet distinctio possessionum, & servitus non sunt inducitur a natura, sed per hominum rationem ad utilitatem humane vite. Et sic etiam in hoc lex nature non est mutata nisi per additionem.

XII. Altera quoque difficultas de præscriptione, vi cuius bona que erant Pauli, hoc invito evadunt Francisci (quod cum iure nature pugnat videatur) seipso committit. Nam quemadmodum gentium contentio iudicatur et honorum partitio, ita quoque invecita præscriptio est ad tollendam confusionem, & perturbacionem. Diximus huc initium, aliqua esse de iure naturali esse præsupposito humani consensu, & hæc mutationis obnoxia sunt. Præscriptio, ut fuitus suo loco dicitur, ab ipso iure naturali, & divino proficiscitur; tantum abest ut his iuribus adveniat. Congruum quippe recte rationi tempus fuit ut divitiis bona tranquille, & pacifice possiderentur; atque adeo ea præscripturam remedia que hæc tranquillam quietamque possessionem fovent, & conservant. Idcirco legislatores humani ea adiecerunt remedia que sunt huius fini congrua, & necessaria. Verum de his suo loco.

XIII. Quæst. III. Est ne potestas aliqua humana, sive civile, sive ecclesiastica, que ab observatione legis naturalis dispensare, seu solvere homines queat? Resp. Antequam responsum exhibeo, notandum dispensationis præmittam oportet. Dispensatio, que latine indulgentia, seu solutio a lege, dicitur, est exemptio aliquorum subditorum ab observatione legis in aliquo particulari eventu, ceteris subditis legi servandis devinctis manentibus. Alii dicunt, dispensationem esse relaxationem communis iuris. Discriminatur tum ab irrogatione, qua lex aboleatur, antequam obliget; ut quando Princeps religiose approbare legem latam ab inferiore, lex non approbata a legitimo superiore irritata dicitur: tum ab derogatione, vi cuius lex que iam

iam obligabat, & observabatur, penitus auferretur; cuiusmodi fuit lex Mosaicæ quantum ad ceremoniam, & iudicialia per Christum penitus abrogata: tum a derogatione, que legis aliquid detrahit, & aliquid relinquit: tum a declaratione, seu interpretatione, vi cuius declaratur, legem hoc in casu particulari non urgere. Declaratio non est potestatis; sed iudicio, & doctrina. Dispensatio impertiri a solo legitimo superiore, cui lex subiecta sit, potest. Theologi, & Iuri interpretantur iura, eaque declarant; ad dispensare ab illis nequeant.

XIV. His breviter delibatis, ad præpositam quæstionem respondeo, nulla potestate humana dispensant homines posse ab his servandis que iure nature sunt. Resolutio evidens est. Nullus enim inferior in leges superioris potestatem habet. Sed lex naturalis superior est omnibus Principibus tum laicis, tum ecclesiasticis: lex enim naturalis primario est in Deo, & secundario in recta ratione antecedente omnem voluntatem humanam. Nec minus lex nature præceptis subiecti sunt Principes, Reges, Imperatores, & Pontifices quam sint ceteri homines. Qui plura hæc de re cepit, censulit quoque nostrum de supra concessis irini adversus P. Prohibet disp. v. ubi futo calamo Iobacellamus illius paradoxon, quo contenti, utramque legem naturam veritatem, alio Principum domino & potestate licitam fieri posse.

XV. Obiicit, Dispensant Pontifices summi Episcopos a residentia, que iure & naturalis & divini est; alios fideles ab observandis votis debique iustis, que similiter a iure nature, & divino præscribuntur. Obiiciturcula istæ ex his que in antecessum dicta sunt in sumum abest. Aliqua iuris naturalis, & divini esse diximus præsupposito hominum consensu, quo posito ius utrumque urget. Porro plures sunt eventus in quibus hoc ius ob aliquem circumstantiam additionem non obligat reipia. Immo aliquando oppositum præcipit. Non est tamen cuiusque decernere, quo in casu obliget, aut secus e-infimos ius; sed hoc pertinet ad supremum illum iudicem quem Deus constituit in terra tanquam lex voluntatis interpretem. Summi itaque Pontifices nullo modo a residentia personalis Episcopos dispensant; sed in aliquo casu ob maiorem Ecclesiæ utilitatem declarant, a residentia exemptum Episcopum esse. Neque replices, frequentes nimium esse eisdem exemptiones: quoniam ad neminem privatum spectat virgam censoriam extendere in Superiorum interpretationes, & decla-

rationes. Satis nobis est asserere, exemptioem a residentia esse licitam ius tantum in casibus in quibus reipia ius nec naturale, nec divinum obligat. Admissio vero quod viuris naturalis, & divini redire in diocesi Episcopis atrifrangitur in hoc aut illo casu, nulla pontificia autoritate eximi a residentia valent. Idem dicendum de exemptione ab implendis votis, servandisque diebus festis. Quæ P. Suarez Lib. II. cap. xv. num. 22. opponit, nullum mihi fassent negotium. Contentid ille in hæc controversia, esse concedi veras dispensationes; at iudici, esse non esse in iure naturali præceptivo per se spectato, sed in materia eius, mutando illam; qua mutata, cessat ius naturale obligare. Si quartas, quomodo Pontifices mutent materiam, plura reponit que mihi nihil significant; & reipia P. Suarez recidit in responsum P. Seta, quod oppugnat, & in communem doctrinam, quam dedimus supra, videlicet ius naturale eisdem modo non obligare in hoc aut illo casu; cuius obligationis, aut non obligationis Pontifices iure interpretes. Ne multas. Si iuxta P. Suarez mutatur materia; ergo cessat obligatio: ergo falsum est quod asserit, illam esse veram dispensationem. Nam vera dispensatio tum adest, quando, vigente lege, & consistente eadem materia, Superior dispensat ab obligatione adimplendæ legis. Verum hæc liter de verbis sunt, atque adeo præterminendæ.

XVI. Quæst. VI. Potest ne Deus sine absolute potestate dispensare in aliquibus iuris nature præceptis? Resp. Triplex reperitur sententia. Prima in omnibus etiam universalibus; altera in decalogicis, que proxime dicuntur ex primis; tertia in remotis duntaxat iuris nature præceptis dispensare posse Deum contendit. Omnes tres opinionem mihi falsæ videntur. Aio ergo cum S. Thomas, in nullo iuris nature præcepto posse fieri ut Deus revera dispenset. Idque ex his que iam præmissis evidens est.

XVII. Dispensatio est solutio a lege, cuius obligatio, & materia manent, & urgent. At fieri nullo modo potest ut Deus imperium facultatem agendi contra legem naturalem, que in his circumstantiis, in quibus dispensat, viget, urgeatque. Quoniam, dum ius nature urget, & præcipitque aliquid officium, opposita humana actio intrinsicè mala est, & turpis. Ergo fieri nequit ut media dispensatione a Deo probetur. Quæ luculentiora apparebant, si in medium revocare que supra exposui; videlicet, iuris nature materiam, seu obiecta ita esse intrinsicè ordina-

ta, aut inordinata, ut necessario petant aut precipi, aut vetari. Ergo nullo modo subiacent libere & voluntarie dispensationi: alioquin eadem officia honesta simul, & turpia essent, quod contradictorium involvit.

XVIII. Sed audiamus rationem quam ipse S. Thomas promittit, 2. q. c. art. 8. *Tam in preceptis debet fieri dispensatio, quando exigitur aliquid particulare iustus, in quo si verbum legis observaretur, contrarietur intentioni legislatorum. Intentionem autem legislatorum intelligitur ad hunc finem; scilicet ad ordinem iustitiae, & salutem, & utilitatem quibusdam communibus conservandam. Et ad istum pertinetur. Si qua ergo prescriptio dicitur, quae continetur ipsa conservandam bene communitatem ipsam ordinem iustitiae, & salutem, & utilitatem, non potest non haberi in intentione legislatorum: Et ideo indispensabilis sunt. Precepta autem Decalogi continent ipsam intentionem legislatorum, scilicet Dei. Nam precepta prima tabulae, quae ordinant ad Deum, continent ipsam ordinem ad Deum commune, & finale, quod Deus est. Precepta autem secundae tabulae continent ordinem iustitiae inter homines conservandam; ut scilicet nulli fieri indelicatum, & illicitum recedat debitum. Secundam hanc omnia nationum sunt intelligenda precepta Decalogi. Et haec precepta Decalogi sunt communia indispenfabilia: Quae doctrina punctis concinnata potest. Precepta Decalogi, & cetera omnia quae iuris naturae sunt, dirigitur homines, ut ordinate se habeant ad verbum, & ad verbum Deum, serventque in socialitate iustitiae ordinem. Sed ab hoc servando ordine dispensare Deus negavit, sed, ut melius loquar, hic ordo non excipit dispensationem, cum per turbatio istius ordinis sit turpia, & intrinsecus mala. Ergo precepta nulla iuris naturae dispensationi divina lubricant.*

XIX. Obiicit, 1. Potest legislator humanum dispensare libere a legibus a se latis. Ergo & Deus in legibus naturalibus, quantum ad illas, aliquam minoris potestatis esse Deum quam homines. Resp. Consequentia fallax est; quoniam precepta iuris naturae ea precipiunt, aut prohibent quae antecedenter ad libertatem voluntatem hominum, aut turpia, matrimonica sunt. Antecedens quaeque si habet exceptiones. Nam quoties legislator humanus quidquam vetat, quod reputat bono communi, nulla frangitur ab hoc dispensandi facultate. Exemplum prohibet S. Thomas 1. 2. q. c. art. 8. *Si penetraret hoc preceptum in tali, quae communitate, quod nullus distringere Rempublicam, neque prolece eritutus obsequium,*

sed quod nullus aliquid faceret in ipse, vel male, huiusmodi precepta essent indispenfabilia. Quoniam ea prohiberent quae recte rationi repugnant. Nec est quod reponas, Deum libere, & non necessario condidisse ius naturae, seu naturam humanam, quae iudex est iuris naturalis. Quandoquidem iam diximus, Deum libere producere omnia quae extra ipsum sunt. At, posita hypothetico quod producere ea velit, necessitate hypothetica attingitur ut eadem producat iuxta ordinem quem haece exprimit cum sua divina voluntate, & recta ratione. Rerum exhibentur libera Deo. At quid verum cum prima regula necessarius est.

XX. Obiicit 2. Deus teipsum dispensavit in pluribus Decalogi mandatis. Nomen Abraham precepit ut filium suum Isaac periret; sic ut narratur Gen. xxxii. Nonne Samsone iussit ut semetipsum confiteretur: quemadmodum habetur Iuditha xv. Quis Israelitis imperavit ut vala Aegyptiorum aurea, & argentea iurperent, nisi Deus? Quis Patriarchis facultatem indidit ducendi plures uxores? Quis Iudeis omnibus potestatem alienis feneratoris impertivit, nisi Deus? Nonne Olea Dei iussit accipere mulierum fornicariam?

XXI. Haec omnia ex his quae sub initium capituli primi, & sequuntur. Dictum est, plura reperiri precepta iuris naturae quae iuxta circumstantiarum varietatem modo praecipiant, modo vetant eundem tenem, variis adveniens accidentibus adducant. Et haec ipsa mandata sunt in se formaliter immutabilia; solumque eorumdem preceptorum materia variis subest circumstantiis: ideo illa ipsa precepta excipiunt casus qui congruunt, aut repugnant fini ultimo. Porro solus Deus, qui humani generis conditor est, comprehendit casus omnes in quibus officia humana aut conveniunt, aut pugnant cum fine ultimo.

XXII. Deus itaque Abraham precepit illi innocens occidendum; quia vita cuiusque creaturae subiacet divino dominio. Mandatum Decalogi vetat occisionem iniquam, qualis ea est quae privata auctoritate perpetratur, seu quae publica potestate iubetur. Homicidium quod reputat bono publico, malum est; quod ideo in gloriam Dei cadit, sanctum reputatur. Victima Isaac Deo laudanda gloriam Dei promovet: ideo ideo, & sancta. Hoc est in dispensatione, iniquus Occidit innocens suapte natura mala est. Ergo nullo modo cadere in gloriam Dei valet. Sua natura mala est, absolute spectata; seu circumstantia peculiari affecta. Equivocum est circumstantia illius? Respondetur, illam

istam circumstantiam mentem humanam, quae comprehendit universalem humani generis finem sequitur, fugere. Ergo pro arbitrio loquimur? Fallitur. Principia certa habemus, unde responsionem colligimus. Scimus certo mortem, & vitam in manu esse Domini. Ipsa recte rationis dictata nobis representant, congruum esse atque consentaneum ut vita nostra subiecta sit Creatoris voluntati, & arbitrio, quod possit eam aut dimittere, aut citius ex hoc mundo eripere. Ex quibus principis certis & indispenfabilibus colligimus, occasionem cuiusque hominis, divina per aliam voluntate, divinam promovere gloriam. Terreni Principes in hominem vitam absoluto non potuerunt dominari; nec universalem totius mundi finem comprehendunt: ideoque innocentem homicidia precipere directe nequeunt; sed facinorosorum hominum duntaxat, qui Reipublica tranquillitati infesti sunt, mortem iure imperant. Contra Deus, ut ipse Dominus, civitatemque hominis vitam servare, aut tollere iure potest. Et hoc non modo non repugnat, sed maxime iuri naturae congruit. Nulla ergo opus dispensatione est ut quorundamque hominum, atque adeo Isaaci & Samsonis mortem Deus iubeat.

XXIII. Israelite iurperare Aegyptiis vala aurea, & argentea: quae partim bonorum, quae communia erant, voluntarium hominum consensu facta sunt, summo & absoluto dominio eorumdem omnium bonorum Deo relicto. Unde ergo dispensandi a iure naturae necessitas, si naturae iure omnia creatura bona libere Dei dispositioni subiecta temper fieri, sunt, erantque? Quia asserere animum fecit, hanc bonorum partitionem cum praedicto, & limitatione divinae potestatis factam fuisse. En quam vera sit doctrina quam praemissimus, ius nempe naturae suas admittit exceptiones, & appendices. Facta bonorum partitione, ius naturae prohibet ne quis iustus propriis bonis spolietur a quacunque humana potestate. Verum hoc ius naturae dicitur, Deum posse eodem quo pollebat ante divisionem dominio, etiam post divisionem, pro sua libertate, circumstante sibi placuerit, eodem bona donare, posseforeque spoliarum in desistorum petnam, vel ut alios sibi nos sines; ut docent S. Thomas *In 2. 2. q. c. art. 8. ad 3. declarat. Si aliter averteret quod finem erat, si debitum est quod ipsum amittat, hoc non est factum, vel rapina, quae praepio Decalogi prohibetur: Et ideo, quando filius Israel praepio Dei iuravit Aegyptiorum spolita, non fuit factum, quia hoc ius debebatur ex servitute Dei.* S. Augustinus

adiicit, Aegyptios ob sacrilegiam aut, argenteque abulam iure multatos a Deo fuisse. Inquit enim Lib. XXII. contra Fulvium cap. lxxi. *Aegyptii vero sacrilegi, & iniqui: nam et auro illos, hoc est deiecerunt, malo utentes ad Creatoris invocant, nisi idolis serviebant, & homines peregrinos labore gratuito iniuste et voluntariter afflicerent. Digni ergo erant et isti quibus talia iuberentur, & illi qui talia poterant.*

XXIV. Quia ratione, qua auctoritate summa Dei transito bonorum iusta est, eadem uxorum pluralitas licita erudit. Deus enim, non minus scriptis quam bonorum dominus est; & quemadmodum bonorum, ita & corporum murrare dominia valet. Repugnat uxorum pluralitas naturae iure absolute; verum hoc ius naturae praesupponit humanum consensum, & suas includit appendices. Servandum ius istud iuxta conditionem propriam, quatenus nempe consensus humanus, quem praesupponit, intrinsecus claudit conditionem, nisi Deo, qui supremus humanorum corporum dominus est, aliter placuerit. Matrimonium ad propagandam, servandamque naturam institutum est. Solus Deus universae naturae conditor comprehendit, quando uxoru pluralitas conducit ad istius naturae propagationem atque conservandam. Quapropter solus Deus declarare potest, hoc aut illo tempore congruum esse uxorum pluralitatem. Nulla ergo dispensatione Deus ullo est, dum Patriarchis sanctis plures concellit uxores; sed declaravit, ut legitimum & sumptum interser, ius naturae tali tempore, & talibus personis non prohibere uxorum pluralitatem. Sicut quodlibet praecipuum voluntarium humanum observandum est iuxta conditiones, quas includit; ita quoque ius naturae servandum est secundum eas appendices quas ob varias materice circumstantias admittit. S. Thomas in 2. 2. dist. xxxiii. *quest. 1. art. 2. arguit verbo dispensationis, hoc declarandum. Dispensationem illi amplio in sensu accipit, ut ex omnibus aliis locis ubi de hac re loquitur, patet.*

XXV. Nec est quod opponas, ius naturae esse necessarium; nullus ergo conditiones admittere, vel subtrahere potest. Quoniam obiectio haec est fallax imaginatio oritur. Scilicet quia necessarium est ius naturae, consequitur ut debeat praecipere, aut vetare iuxta materice, & circumstantiarum diversitatem. Congruit recte rationi hoc officium tali tempore huic persone: hoc idem officium; variis circumstantiis, cum recta ratione pugnat. Hanc autem diversitatem lo-

lus Deus agnoscit, & ideo solus Deus declarare valet, quāquam liceat, aut fecit, pluralitas aorum. Solus quippe Deus etiam impedire iurgia, dissidia, ceteraque incommo- dia, quae pluralitatem aorum consequuntur, etque impertiti subdita potest quae valent ad has in ordine, & tranquillitate continendas. Nulla itaque humana auctoritate neque pluralitas aorum concedi potest, neque matrimonium contractum dissolvi; ut suo loco fuis- sus palam fiet.

XXVI. Fenerandi licentiam Deus Hebris permittit cum alienis ob eorum oblitam avaritiam, inquit S. Thomas. 2. quae lxxviii. art. 1. ad 1. Quod autem ab extraneis usu- ram acciperent, non fuit eis concessum quasi licitum; sed permittum ad maius malum vitan- dum; ne scilicet a Iudeis, Deum colentibus, usuras acciperent, propter avaritiam, cui de- dit erat.

XXVII. Ad exemplum Olee patet ex di- ctis responso. S. Hieronymus hae verba, *Seme rito uxorem fornicatam, sic interpreta- tur. Ex quo effundit mulier ista, quam propheta sinit in coniugem, non sinit, sed frequenter fornicat. Et hae tibi filii fornicationum. Utrumque potest intelligi, quod & fornicariae priores de fornicatione suscipios recipiat filios; & ipse ex meretrici generet filios, qui ideo fornicationis appellandi sunt filii, quod sint ex meretrici generati. Accipit ergo propheta in coniugem mulierem meretricem; quae adiuo nullam prodit deformita- tem. An non licet cuique meretricem sibi despondere in coniugem? S. Thomas. 4. & communi principio nititur, & respondet laud. quae c. art. 7. ad 3. Similiter etiam Olee accedens ad uxorem fornicatam, vel mulierem adulteram, non est machatus, nec fornicatus: quia accessit ad eam quae sua erat secundum manda- tum divinum, qui est auctor institutionis mat- rimonii. Ex divinae Scripturae textu non eruitur, hanc mulierem fuisse adulteram, sed simplicem meretricem, quam in uxorem suscipere nulla lex vetat. Ideo S. Thomas 2. 2. quae civ. art. 2. ad 2. inquit: *Non etiam Olee non peccavit fornicando ex praescripto divi- no: nec talis concubitus proprie fornicatio dicitur dicit, quāquam fornicatio naminam, referendo ad causam commocionem.* Nec S. Doctor desinit asserit, fuisse adulteram; sed forni- catam, vel adulteram, quatenus etiam cum viris uxoris opulam habuit. Verum non est huius loci rem hanc severius dicere. Semper ergo recurrit eadem doctrina. Ius naturale quod in contrahibus viget, cum praesupponat, tanquam fundamentum, con-*

sensum voluntarium, mutationi materiali obnoxium est: quia semper in se continet condi- tionem intimam, nisi Domino supremo aliter visum fuerit. Et quia Deus auctor est matri- monii, & supremus Dominus corporum; idcirco pro tempore opportunitate, & iuxta finem a sua aeterna Sapientia praesentatum potest efficere ut matrimonium preloatum sit; quemadmodum ex S. Thoma interpretatur Cornelius a Lapide in cap. 1. Olee.

XXVIII. Obicit S. S. Bernardus *Lib. de dispensatione, cap. 111.* inquit: *Non videtur, nisi tabula legis scita, quae est nullam profusa- manam dispensationem admittant. Dominus tamen variis, quod voluit, quando voluit, solvit, sive cum ab Hebraeis & Egyptiis spoliari, sive quando Propheta cum muliere fornicaria fornicari precepit.* Resp. Vera hae omnia esse iam demonstravi. Quod loquitur nunc est de modo quo id Deus praestat. Factum S. Bernardus nartrat; modum quo id fit, sicut, nec de eodem disputat.

XXIX. Opponi plura alia solent levioris momenti, ut matrimonium filiorum Ade cum propriis fororibus, quod matrimonium legis naturae adversatur. Verum tantum abest ut cum lege naturae pugnet, ut cum tempore pugnavit matrimonium praefatum, quin- imo ad naturam conservandam propagan- damque necessarium erat. Matrimonium au- tem, ut diximus, Deus est: ergo eas praes- gre illius celebrationis conditiones potest quas expedientes iudicaverit. Omnia nititur praestato fundamento, quod precepta il- la naturalia quae praesupponunt liberum con- sensum, includunt semper subiectionem ad supremam Domini voluntatem.

XXX. Ut paucis omnia concludam, plures Auctores in hac controversia minus exacte loquuntur; quia veram & integram iura- turam potestatem, ideamque respectam mini- ma habent. Alii aliqui, hanc hominum fe- citatem exortere Deum posse, aliamque sus- sistere: quod dubio procul verum est. Ex quo inferunt, oppositas leges praescribere pos- se, & futurum, homicidium, & adulterium imperare. Quae sane locutiones falsae sunt. Quamquam verum sit posse Deum efficere ut ea quae aboliatur, & nullo ad illius supre- mum dominium habito respectu, sint furta, homicidia, adulteria, iuri naturae secundum ordinem aduersa, talia non sint, si suprema eius potestas accedat; tamen ut haec Deus praestet, haud opus est ut hanc societatem evet- rat, sed in hac ipsa societate haec omnia praestitit;

sint, ut ex exemplis supra allatis palam est. Verum cum Deus suo supremo dominio haec praescribit, ea quae spectato iure naturae se- cundum ordinem, pendente scilicet a constanti- tudine, sunt admittere, futurum, homici- dium inobitum, adiecto respectu ad supre- mum divinam dispositionem, non sunt adul- terium, nec furta, nec homicidia indebita. Quae praefata locutiones, Deus potest factum, adulterium &c. imperare, implicat contra- dictionem. Eo ipso enim quod Deus haec imperat, futurum non est factum, adulterium non est adulterium: seu id quod est adu- lterium illicitum, & oppositum iuri naturae absolute spectato, adiecta conditione, evadit licitum, & adulteri, furti, homicidii mali- tiam exiit. Sunt utique hae quaestiones vo- cam. Ergo vitandae sunt ambiguae phrasae, & minus exactae locutiones; cum possimus verborum proprietate, & pertinenti exprelli- mus hae omnia recondentare.

XXXI. Quae. V. Locum non in lege natura- li habet epikia? Resp. Profuso sermone haec de re scribit P. Suarez *Lib. 11. de leg. cap. xvi.* variatque Opiniones recenset. Sed istum dissi- dum ex diversa epikia intelligentia oritur. Nam alii nomine epikia legis correctionem intelligunt; alii illam pro interpretatione, & declaratione accipiunt. Quomodo, ut vidimus supra, plures dispensationem cum interpretatione coniungunt; ita non pauci epikiam pro dispensatione usurpant. Nos epikiam eo in sensu intelligentes in quo illam exprimit S. Thomas, dicimus, in lege natura- li locum eandem non habere. Porro S. Thomas 2. 2. quae civ. art. 1. docet epikiam emendationem, & correctionem legis esse, eamque in legibus humanis locum ha- bere. Quomam, inquit, *humani actus, de quibus leges dantur, in singularibus contingenti- bus consistunt, quae invariabilis modis variari possunt; non sunt possibile aliquam regulam legis institui quae in nullo casu deficiat; sed legislatores attendunt ad id quod in pluribus accidit, secundum hoc legem ferunt: quam tamen in aliis quibus casibus servare est contra equita- tem iniuria, & contra commune bonum, quod lex intendit. Et ad hoc ordinatur epikia, quae apud nos dicitur equitas.* Ex quibus apparet, S. Doctorem epikiam pro cor- rectione legis accipere, quatenus legislator vitandae cum non possit omnes casus con- siderare, leges fert, secundum quod res com- munitur contingant. In hoc necessarium asserit epikiam, quae lex in dicitur non illa casti- corrigitur. Lex autem naturalis immutabilis & invariabilis in se ipsa formaliter est; o-

mnique casus possibiles illius conditor Deus praevidet: ideo in hac epikia locum habere nequit. Et quando casus aliqui occurrunt in quibus ob varietatem, circumstantiam vel ipsa naturalis non obligat, hos plures casus solus Deus agnoscit. Sola ergo interpreta- tione, & declaratione Deus utitur, mini- me autem epikia. Nec res saluorem exigit orationem.

CAPUT XV.

De iure gentium, distincto a iure naturae. E- rres Hobbesii, Pufendorfii, Heineccii, aliorumque expulsi.

I. Thomas Hobbesius de Cive cap. xiv. naturalem legem tribuit in naturalibus hominum, & naturalibus civitatum, quae vulgo ius gentium appellatur. Praecepta utriusque eadem sunt, sed quae civitatum semel instituta induunt proprietatem hominum personales, leges quae loquentes de hominum singularium officio naturalium dicimus, applicata toti civitati vel nationi, sive gentibus, vocatur ius gentium.

II. Samuel Pufendorf *Lib. 11. de iur. nat. & gent. cap. 11. §. 23.* post relatum Hobbesii doctrinam libidit. Cui sententia & nos plane subiectionis. Hanc eandem opinionem amplectitur Heineccius *Lib. 1. de iur. nat. & gent. cap. 1. §. 21.* ubi conlerta praesidentia scribit: *Rationes nos fugere qui nescio quae ius gentium, a iure naturae diversum, sibi fingunt. Haec sunt effata quae promittit hi qui iuris naturae, gentium, & positivi arcana re- velant. Et illi in illo modestissime se iactant. Erronea hinc opinio confictaria est illius erroris quem supra praefigimus, videlicet lege naturalem voluntariam esse, nullamque live bonitatem, live malitiam anteceden- ter ad legem liberam in rebus reperiri. Quid profecto commentum sit eis ad evi- tendum, quam profundi Metaphysici fuerint Doctores illi.*

III. Antequam istorum errorem convello, praenitum oportet iuris gentium descriptio- nem. Medium quodammodo est illud, natura- le iure & positum, repta tamen a naturali, cum quo habet propinquitatem, om- nino distinctum est, ad mox declarabo, & ad positivum accedit, immo positivum dici potest. Gentium ius nuncupatur, quia gentium omnium, vel plurimarum invicem est confensio. Omnes fere gentes, nulla Prin- cipum, sine subditorum dilectione facta, obstringit. Gentium nomine non intelligitur omnes populi nobis incogniti, aut barbari,

re, stupideque nationes, quæ, morum honestate destitute, brutalem vitam ducunt; sed gentes cultæ, moratæque, quales sæpe semper plerumque, & insigniores mundi populi, ut Indæi, Græci, Romani, & postillanum Europæi.

IV. Plures distinxere ius gentium in primarium, & secundarium. Ius primarium in naturali hominum instinctu, ius secundarium in hominum usu & consuetudine collocant. Sed hæc distinxerunt ut futiles relictas. Atque negant ius gentium proprie dictum; hæc autem fundamentum, quod nunquam gentes simul coherant ad ius illud institutum: quod vanum commentum sponte corruit. Nec enim necesse fuit ut gentes omnes, vel plerumque una convenirent, & morum consensus verbis exprimerent; sed facti sunt consensus taciti, quo cultiores gentes omnes in certas fixasque regulas, seu leges conspirarent. Nonne gentes mutuam inter se societatem invicem? Societates illæ consistere ne abique ulla lege poterant? Qua ratione inter se federa, ægere commercia, celebrata contractus, plectere fraudes, & dolos poterant, nisi pæla, & leges statuerent, ad quarum amplexum fortasse & dirigere oculos sua possent? Poterant hæc leges, tacito & uniformi consensu nasci, ius gentium appellamus. Hæc quoque indicavimus, eisdem iuris necessitatem evincunt.

V. His delibatis, dico, ius gentium a naturali omnino disjungitur esse. Nam obiectum iuris naturalis, ut vidimus, sunt actiones quæ natura sua intrinsecam habent honestatem, vel turpitudinem; atque adeo necesse necessarium præcipiendi, aut vetandi. Iuris gentium obiecta non sunt intrinsecam necessario honesta, aut turpia, atque adeo necesse necessarium præcipiendi, vel prohibenda, quamvis maxime iusta ad finem præstituerint. Idque indicando, quæ ius gentium præcipit, aut prohibet, palam fit. Iure gentium bonorum divinum, admissio legatorum, transitus visum, & cetera plura introducta sunt. Ius gentium veteri veneno interfecit etiam in ius bello hostem, recitare abique legitime causa legatos. Quæ omnia natura sua nec honestatem, nec turpitudinem necessariam produunt.

VI. Aliqua quæ ad ius gentium pertinent, scriptis consignata sunt, ut illa quæ federa, pæla, & cetera id genus spectant. Cassilla efficiunt ius gentium facti gentes ipse. Nec aliter momenti est quod obtrudit Puffendorfus *loc. cit.* quod gentes ipse subiecte sunt iure iuri. Ius autem quodlibet a supe-

riore rogari debet. Nonne Communitates Republicæ leges condunt, simulque eidem legibus subiciuntur? Fatemur tamen, futuram cum iure naturæ ius gentium propinquitate habere. Adeo enim recte rationi congruum est, ut, quasi impellente, seu diligente natura, fuerit unanimes consensus receptum. Tamen quæ ex quæ præcipit, aut vetat, non continent necessariam intrinsecam militiam; aut honestatem, sed mutationi propriæ & fortali obnoxia sunt; ut palam est in partitione honorum, quorum exactam communitatem servabant Christiani primi, servanteque nonne plures, & in exprivitate serorum, & in aliis pluribus; idcirco a iure naturæ præius distinctam est.

VII. Dividi ius gentium communiter solet in affirmativum, & negativum; in proprium, & imius proprium. Ius gentium præceptum illud est quod, ut iam descripti, comprehendit ea quæ natura nec iubet, nec vetat; sed tacito consensu, moribus, & consuetudine in communi omnium vel plurimarum gentium utilitatem, & commodum invecita fuerunt. Talia sunt I. *legationes*, qui ab uno Principe, Republica, Communitate ad aliam destinantur, acceptatio; qui acceptatio iure naturæ nec prohibetur, nec præcipitur. II. *Fœdera pacis*, ut communita peragere negotia valeant Communitatis, seu Principatus nomine. III. *Prohibitio*, ne arma, aut fontes veneno inficiantur. IV. *Ne ho-* biles per sicarios dolo, & prodicione occidantur. V. *Fœdera pacis*, & iudicium, quæ licet, postquam inita sunt, iure naturæ obstringant; quas institutionem tamen, petitionemque iure gentium sunt instituta. VI. *Servitus*, seu potestas atendi captivis iusto bello captis. VII. *Commerciorum procuratio* inter nationes non inimicas. VIII. *Ius le-* gulture. IX. *Bonorum partitio*. *Exempla ius-* gentium *aliqua præcipit* accipi sunt I. *Mun-* diti civitatum. II. *Permutatio rerum*. III. *Ius* postliminii. IV. *Uti panis pro cibo*, iura acquiriti bona, & nomina alii contractus. V. *Defensio certi status hominum ad offe-* renda Deo sacrificia.

VIII. Ius istud obligat in conscientia plus minusve, iuxta materiam gravitatem maiorem, aut minorem. Immo hæc iuris violatio tantum apud omnes gentes fœderis prodit, ut eisdem violentes non modo eorum contrahant in divino conspectu, sed et infames, & publicæ tranquillitatis hostes reputentur. Quare ius istud obstringit omnes, & postliminio orbis terrarum Principes, Reges, Imperatores, & omnium Communitatum ca-

pitæ. Secundum illius iuris regulas dirimuntur litæ, & diffidia inter supremas Potestates. Plura sunt iura civilia in quocumque statu, extra quem non transiunt. Verum quæ iure gentium invecita sunt, populos omnes obligant. Quare Principes, supremæque Potestates non modo proprii status, sed omnium populorum, quibulum commercium & negotia habent, pacem, tranquillitatem felicitatisque spectant, & cavere eius perturbacionem somnare debent.

IX. Illud tamen animadvertendum, mutationi obnoxia esse, ut iam dictum est, ea

quæ iure gentium comprehenduntur. Mutari possunt non usu, & desuetudine; temperari, roborari iuris civilis decretis apud unam gentem, & non penes alteram. Rationem mutabilitatis iam dedi, quia necesse ea quæ hoc iure aut præcipiuntur, aut prohibentur, intrinsecam bonitatem, aut malitiam necessariam continent. Licet tamen omnia mutabilia sint, res ipsa fieri morali ter nequit ut omnia mutantur: quandoque plura in publicæ utilitatis consuetudine sunt, & ulla, ut abique eisdem tranquillitatis publicæ consistere nequeat.

DISSERTATIO III.

DE LEGE POSITIVA DIVINA VETERE, ET NOVA.

PRÆLOQUIUM.



Egi naturali, de qua hæc lex, succedit lex positiva voluntaria, in divinam, & humanam tributa. Hanc dissertationem, quæ circa divinam legem versatur, duobus capitulis concludam. In primo legem veterem, in altero novam exponam. Si materiam validitatem, dignitatem, excellentiam, & utilitatem species, amplè esse debet dissertationi nostræ. Verum, quia longum iter superest, plura paucis perstringam, ne utriusque legis lectorem meum ieiunium reliquam. Plura de evangelicæ legis spiritu, & sine dicturi sumus in *Tom. I. Apparatus ad Theologum Christianam*. Quæ propter illuc lectorem uberiorè cupientem remitto.

CAPUT I.

Lex Mosaicæ bonæ, a Deo lata soli populo Iudæo. Eius finis, præcepta, & abrogatio.

I. **PRIMA** lex quam Deus mundo intimavit, est Mosaicæ. Præcesserunt utique aliqua divina præcepta, quæ tamen legis universalis denominationem non habuerunt. Præceptum intimavit Deus Adæ in statu innocentiæ. Post lapsum aliqua eidem præcipit Deus, quæ spectant incrementorum usum, quo tum adulti, tum infantes a peccati originali macula mandarentur. Item autè diluivum animalium quædam munda, quædam immunda reputata fuere, ut legitur *Gen. vii. Et post diluivum Deus præcepit Gen. ix. Car-*

nem cum sanguine non comeditis; sanguinem enim animarum vestrorum requiram. Discretio illa animalium Iseritica tantum spectabat; cum probabiliter sit ante diluivum non omniumque constantidinem eius certium. Hæc tamen, ut dixi, præcepta fuerunt secularia, quæ legem prælo acceptam non confirmant. II. **PRIMA** lex proprie dicta quam Deus ogavit, est illa quam Moyses Deo iusto promulgavit, idcirco Mosaicæ nuncupata. Adverfus hanc legem hæretici plures blasphemarunt primis Christianæ Ecclesiæ sæculis. Propagabant kelsitæ homines dog præcipia, bonum unum, malum alterum. Legem veterem a malo Deo fuisse latam docebant Simoniani, Carpocratiani, Cerdoniani, Valentini, & omnium impudentissime Manichæi, quorum infamiam strenue repressit S. Augustinus.

re, stupideque nationes, quæ, morum honestate destitute, brutalem vitam ducunt; sed gentes cæcæ, moratæque, quales sæpe semper plerumque, & insigniores mundi populi, ut Indæ, Græci, Romani, & postillanum Europæi.

IV. Plures distinxere ius gentium in primarium, & secundarium. Ius primarium in naturali hominum initio, ius secundarium in hominum usu & consuetudine collocant. Sed hæc distinctio non est facta rectè. Quæ hæc distinctio in gentium proprie dictum; hæc non fundamentum, quod nunquam gentes simul coherant ad ius illud institutum: quod vatum commercium sponte corrui. Nec enim necesse fuit ut gentes omnes, vel plerumque una convenirent, & morum consensus verbis exprimerent; sed fact fuit consensus tacitus, quo cultiores gentes omnes in certas fixæque regulas, seu leges conspirarent. Nonne gentes mutuam inter se societatem invicem? Societates illæ consistere ne abique ulla lege poterant? Quæ ratione inter se federa, ægere commercia, celebrata contractus, plectere fraudes, & dolos poterant, nisi pæla, & leges statuerent, ad quarum amplexum fortasse & dirigere oculos sua possent? Potest hæc leges, tacito & uniformi consensu laras, ius gentium appellamus. Hæc quoque indicavimus, eisdem iuris necessitatem evincunt.

V. His delibatis, dico, ius gentium a naturali omnino disjungitur esse. Nam obiectum iuris naturalis, ut vidimus, sunt actiones quæ natura sua intrinsecam habent honestatem, vel turpitudinem; atque adeo necesse necessarium præcipiendi, aut vetandi. Iuris gentium obiecta non sunt intrinsecam necessario honesta, aut turpia, atque adeo necesse necessarium præcipiendi, vel prohibenda, quamvis maxime iusta ad finem præstituta. Id quoque indicando, quæ ius gentium præcipit, aut prohibet, palam fit. Iure gentium bonorum divinum, admissio legatorum, transitus visum, & cetera plura introducta sunt. Ius gentium veteri veneno interficere etiam in iusto bello voluit, recitare abique legitime causa legatos. Quæ omnia natura sua nec honestatem, nec turpitudinem necessariam produunt.

VI. Aliqua quæ ad ius gentium pertinent, scriptis consignata sunt, ut illa quæ federa, pæla, & cetera id genus spectant. Cassilla efficiens ius gentium sunt gentes ipse. Nec aliquid momenti est quod obtrudit Puffendorfus *loc. cit.* quod gentes ipse subiecte sint huius iuri. Ius autem quodlibet a supe-

riore rogari debet. Nonne Communitates Republicæ leges condunt, simulque eidem legibus subiciuntur? Fatemur tamen, futuram cum iure naturæ ius gentium propinquitate habere. Adeo enim recte rationi congruum est, ut, quasi impellente, seu diligente natura, fuerit unanimes consensus receptum. Tamen quæ ea quæ præcipit, aut vetat, non continent necessariam intrinsecam militiam; aut honestatem, sed mutationi propriæ & fortali obnoxia sunt; ut palam est in partitione honorum, quorum exactam communitatem servabant Christiani primi, servanteque nonne plures, & in exprivitate serorum, & in aliis pluribus; idcirco a iure naturæ præius distinctam est.

VII. Dividi ius gentium communiter solet in affirmativum, & negativum; in proprium, & imius proprium. Ius gentium præceptum illud est quod, ut iam descripti, comprehendit ea quæ natura nec iubet, nec vetat; sed tacito consensu, moribus, & consuetudine in communi omnium vel plurimarum gentium utilitatem, & commodum invecta fuerunt. Talia sunt I. *legationes*, qui ab uno Principe, Republica, Communitate ad aliam destinantur, acceptatio; qui acceptatio iure naturæ nec prohibetur, nec præcipitur. II. *Fœdera* eorum securitas, ut communita peragere negotia valeant Communitatis, seu Principatus nomine. III. *Prohibitio*, ne arma, aut fontes veneno inficiantur. IV. *Non hostes per sicarios dolo, & prodicione occidantur*. V. *Fœdera pacis, & iudicium*, quæ licet, postquam inita sunt, iure naturæ obstringant; quas institutionem tamen, petitionemque iure gentium sunt instituta. VI. *Servitus*, seu potestas atendi captivus iusto bello captis. VII. *Commerciorum procuratio* inter nationes non inimicas. VIII. *Ius sepulture*. IX. *Bonorum partitio*. *Exempla iuris gentium alia præcipere accipi sunt I. Munus civitatum*. II. *Permutatio eorum*. III. *Ius postliminii*. IV. *Utius panis pro cibo*, iura acquiriti bona, & nominis alii contractus. V. *Defensio certi status hominum ad offerenda Deo sacrificia*.

VIII. Ius istud obligat in conscientia plus minusve, iuxta materiam gravitatem maiorem, aut minorem. Immo hæc iuris violatione tantum apud omnes gentes fœderis prodit, ut eisdem violentes non modo eorum contrahant in divino conspectu, sed et infames, & publicæ tranquillitatis hostes reputentur. Quare ius istud obstringit omnes, & postliminio orbis terrarum Principes, Reges, Imperatores, & omnium Communitatum capita.

pitæ. Secundum illius iuris regulas dirimuntur litæ, & diffidia inter supremas Potestates. Plura sunt iura civilia in quocumque statu, extra quem non transiunt. Verum quæ iure gentium invecta sunt, populos omnes obligant. Quare Principes, supremæque Potestates non modo proprii status, sed omnium populorum, quibulum commercium & negotia habent, pacem, tranquillitatem felicitatioremque spectant, & cavere eius perturbationem somnare debent.

IX. Illud tamen animadvertendum, mutationi obnoxia esse, ut iam dictum est, ea

quæ iure gentium comprehenduntur. Mutari possunt non usu, & desuetudine; temperari, roborari iuris civilis decretis apud unam gentem, & non penes alteram. Rationem mutabilitatis iam dedi, quia necesse ea quæ hoc iure aut præcipiuntur, aut prohibentur, intrinsecam bonitatem, aut malitiam necessariam continent. Licet tamen omnia mutabilia sint, restat tamen fieri moraliter nequit ut omnia mutantur: quandoque plura in publicæ utilitatis consuetudine sunt, & ulla, ut abique eisdem tranquillitatis publicæ consistere nequeat.

DISSERTATIO III.

DE LEGE POSITIVA DIVINA VETERE, ET NOVA.

PRÆLOQUIUM.



Egi naturali, de qua hæc loquitur, succedit lex positiva voluntaria, in divinam, & humanam tributa. Hanc dissertationem, quæ circa divinam legem versatur, duobus capitulis concludam. In primo legem veterem, in altero novam exponam. Si materiam validitatem, dignitatem, excellentiam, & utilitatem species, amplè esse debet dissertationi nostræ. Verum, quia longum iter superest, plura paucis perstringam, ne utriusque legis lectorem meum seiviam relinquam. Plura de evangelicæ legis spiritu, & sine dicturi sumus in *Tom. I. Apparatus ad Theologum Christianam*. Quæ propter illuc lectorem uberiorè explicant remitto.

CAPUT I.

Lex Mosaicæ bonæ, a Deo lata soli populo Iudæo. Eius finis, præcepta, & abrogatio.

I. PRIMA lex quam Deus mundo intimavit, est Mosaicæ. Precesserunt utique aliqua divina præcepta, quæ tamen legis universalis denominationem non habuerunt. Preceptum intimavit Deus Adæ in statu innocentis. Post lapsum aliqua eidem præcipit Deus, quæ spectant incrementorum usum, quo tum adulti, tum infantes a peccati originali macula mandarentur. Item autè diluivum animalium quædam munda, quædam immunda reputata fuere, ut legitur *Gen. vii. Et post diluivum Deus præcepit Gen. ix. Car-*

nem cum sanguine non comeditis: sanguinem enim animarum vestrorum requiram. Discretio illa animalium Iseritica tantum spectabat; cum probabilis sit ante diluivum non omniumque constantiam esse carniem. Hæc tamen, ut dixi, præcepta fuerunt secularia, quæ legem prælo acceptam non confirmant. II. Prima lex proprie dicta quam Deus dedit, est illa quam Moyses Deo iusto promulgavit, idcirco Mosaicæ nuncupata. Adverfus hanc legem hæretici plures blasphemarunt primis Christianæ Ecclesiæ sæculis. Propagabant kelsitæ homines dog præcipia, bonum unum, malum alterum. Legem veterem a malo Deo fuisse latam docebant Simoniani, Carpocratiani, Cerdoniani, Valentini, & omnium impudentissime Manichæi, quorum infamiam strenue repressit S. Augustinus.

stinus, Pelagiani contra plus iusto legem excolebant, contententes illa fuisse hominem iustitiam assequi, ut narrat S. Augustinus Lib. IV. contr. duas epist. Pelag. cap. v. *Rogus in laudem legis quid est prodest quod contra Manichaeos verum dicitur; quando ex hoc ad illud velint ducere quod falsum contra Catholicos fecerunt? Dicunt enim: legem etiam veterem secundum Apostolum istam, & sanctam, & bonam sententiam, quae essentibus mandata hoc, ac per selem esse virtutibus, sicut in prophetis, & in scripturis, & in sanctis, utitur, etiam contra peccatum, & in bonis verbis callidissime peccat, legem contra gratiam laudant. Nogue enim lex illa, quantumvis iusta, sancta, & bona, amittit hominibus Dei, sed fides, quae in Christo est, vitam potest conferre perpetuam.*

II. Bonam esse, utriusque legem Mosiacam demonstrat S. Thomas 2. 2. qu. xviii. art. 1. tum auctoritate, tum ratione. Christus Dominus Matth. vii. dicit: *Vnde, ostende te sacerdoti, & offer monas quod praecipit Moyses.* Item S. Paulus ad Rom. vii. ita quae lex quidem sancta, & mandatum sanctum, iustum, & bonum. Ratio quam exhibet S. Thomas, haec est. *Dicendum, quod aliquis cum dicitur lex veter bona fuit. Vnde eius doctrina ostenditur esse vera ex hoc quod consistat rationi, ita etiam lex aliqua ostenditur esse bona, quod consonat rationi rectae. Lex autem veter rationi consonabat, quia conscientiam reprimbat, quae rationi adversatur, ut patet in illo mandato: Non concupiscas verum proximi tui, quod ponitur Exodi xx. Ipsa etiam omnia peccata prohibebat, quae sunt contra rationem.*

IV. Fuit a Deo vero lata lex Mosiaca, iocus a Deo malo, ut praeiati heretici blasphe- mabant. Praerunt alii qui effutere, partim conditam a Deo esse, partim a Moyle, & partim a semitibus populi: quae omnia, ut vana deliria, deridentur. Innumera sunt legis novae testimonia quae vero Deo legem Mosiacam adscribitur. S. Paulus ad Rom. cap. I. Vocatur Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis. Item ad Hebraeos cap. I. Multifariam multaque modis locis Deo loquens patribus in Prophetis, non sine diebus istis loquitur est nobis in Filio. Rationem praeiati S. Thomas loc. cit. art. 2. Christus est verus Filius Dei vivi. Porro lex verus homines ad Christum suscipiendum, credendumque disponebat. Ergo idem Deus qui misit Filium suum in mundum, legem illam tulit quae in hunc finem perducebat. *Ex eum ve-*

tus, inquit S. Doctor, homines ordinabat ad Christum dupliciter. Uno quidem modo, testimonium Christo perhibendo... Alio modo per modum cuiusdam dispositionis, dum retraheret homines a cultu idololatriae, & conculcabat eos sub cultu unitus Dei, a quo salvandam erat humanum genus per Christum. Si plura cupis, consule S. Thomam.

V. Universam legem, & non partem dantatam, datam a Deo fuisse, testatur Moyses Exod. xxi. *Narravit plebi omnia verba Domini, atque iustitias: responditque omnis populus una voce: Omnia verba Domini quae locutus est Dominus, faciemus. & Omnia obedierunt ei.* Sed quid tempus tero in re manifesta demonstranda?

VI. Modus quo lata lex fuit, perspicue describitur Exod. xii. & xx. Narratur in monte Sinai legem hanc datam fuisse: subditur etiam in monte Horeb. Sed idem mons duplici nomine appellatur. Annus quo promulgata haec lex fuit, teste S. Paulo ad Galat. iii. quadringentesimus trigentesimus est a divinitus promissione Abrahae facta. Disputant Theologi, fuerit ne lex ista a Deo immediate, an ministerio Angelorum lata? Ipse Patres dissent. Iustinus, Irenaeus, Clemens Alexandrinus, atque plures datam volunt per verbum divinum, quod sub magno Angeli nomine intelligebant. Oppositum sentit S. Augustinus cum aliis. Probabilior sententia est, legem istam Angelorum ministerio Moysi revelatam fuisse. Hanc assignat congruentem rationem S. Thomas cit. quest. art. 3. *In amittibus possessivis, & artibus ornatissimis ille qui est superior, principalem, & perfectissimum actum operatur per seipsum, & ex vero quod disponat ad perfectionem ultimam, operatur per suos ministros; sicut navifactor compingit navem per seipsum, sed preparat materiam per artifices subministrantes. Et ideo conveniens fuit ut lex perfecta novi testamenti daretur immediate per ipsum Deum hominibus factum, lex autem veter per ministerium Dei, scilicet per Angelos, daretur hominibus.*

VII. Sola populo Iudaeorum intimata haec lex fuit, ut habetur Deut. iv. *Quae est enim alia gens se incluta, ut habeat caeremonias, iustitias, iudicia, & universam legem? Ratio haec est sola, & impercratabilis Dei voluntas. Hanc Deus legem promissi sanctis Patriarchis, Abraham, Isaac, Iacob. S. Thomas loc. cit. art. 4. hanc congruentiam perhibet. Posset una ratio assignari quare potius populo Iudaeorum data sit lex quam aliis populis: quia, alius populus ad idololatriam detin-*

ventibus, solus populus Iudaeorum in cultu veteris Dei remansit: & ideo alii populi indigebant legem recipere, ne sanctum cultibus daretur. Sed ista ratio congruens non videtur: quia populus ille etiam post legem latam ad idololatriam declinavit, quod gravius fuit. Ideo, hanc missa congruentia, subdit post pauca haec legem dedisse populo Iudaeo, ut completeret verbum suum Dominus, quod sub invocamento pollicitus est patribus suis, Abraham, Isaac, & Iacob... Si autem rursus quaeratur, quare huic populo elegit, ut ex eo Christus nasceretur, & non alium; convenit responso Augustini, quoniam dicit super Iohannem: *Quare huic trahat, & illum non trahat, nisi vellet indicare, si non vis errare.*

VIII. Si uni Iudaeorum populo data haec lex fuit, solos ne Iudaeos obstringebat? Hanc quoque difficultatem proponit S. Thomas loc. cit. art. 5. respondetque, ceteros populos gentesque adhaerentes, ceteros populos gentesque adhaerentes, ceteros populos gentesque naturaliter, non quia continentur in Mosiaca lege, sed quia a lege naturae, & omnes ratione praeditos obligant, praeterita erant; a ceteris vero preceptis pecuniaribus legis Mosiacae solutos omnino fuisse. Ratio evidens est. Quoniam nulla lex obligat nisi eos quibus imponitur. Lex Mosiaca solis imperatoribus Iudaeis fuit. Ergo istos solos adhaerit. Et res plures gentes, a lege circumcissionis liberi, quorum caput, & sacerdos fuit S. Melchisedech, solvi facti sunt, quia verum Deum colebant, & iuris naturae precepta observabant. Gentiles tamen, qui populo Iudaeo adhaerebant, Mosiaca legi subiecti erant; ut describitur Exod. xxi. *Si quis peregrinorum in vestram voluntate transierit colentiam, & facere plebe dicitur, circumcietur priusquam masculinum erit, & tunc vice celebrabit, critque sicut indigena terre.*

IX. Nec esse quod opponas, frustra gentes suscipere iurum Mosiaca legis, quoniam a tali iure soluti assequi solent potestate. Quoniam responderit S. Thomas loc. cit. art. 5. ad 3. *Quod gentes perfectiores, & securius salubriter conseruebantur sub observantia legis quam sub sola lege naturali: & ideo ad eas admittentur. Sicut etiam non sicut transierunt ad Christianam, & secularis ad Religionem, quoniam aliqui hoc possunt salvari. Nec Christiani redantur Phariseos, & Scribas, quod gentes ad religionem iudaicam convertere debebant, sed quod eos ad pharisaicas traditiones servandas adducerent. Loquit quippe Christus Dominus Matth. xxiii. *Ve vobis Scribis, & Phariseis hypocritis, qui circumcitis membra, & adhaerent, ut faciant animum pro-**

fectum; & cum fuerit salus, facitis cum filius gehemae duplo quoniam vos. Et roverta illi qui ad aliquam communitatem, in sua legibus servandas relaxatam, alios adducunt, pravis fuis exemplis illius saepe certissimi duplo nequiores.

X. Finit legis Mosiaca eo pertinebat, ut homines disponeret, prepararetque ad Christum Dominum suscipiendum, qui venit non solviturus, sed impleretur legem. Quare lex illa non instituitur homines, sed iustificacionem quibusdam certis modis figurabat. Quare, licet soli Iudaei subiecti eisdem legis oneri essent; tamen, quatenus lex illa portendebat Christum venturum, & significabat quae per ipsum implenda erant, comprehendebat omnes. Nemo quippe saltem alicuius aeternam est, sine ante, sive post Mosiacam legem, abique fide aut implicita, aut explicita in Christum Redemptorem.

XI. Praecepta Mosiaca legis ad tria genera revocantur, videlicet ad moralia, caeremonialia, & iudicialia. Quae partitio describitur Deut. v. *Te vero hic tria memora, & loquar tuis omnia mandata mea, & caeremonias, atque iudicia. Praecepta moralia ad naturalia, & caeremonialia, & iudicialia ad voluntaria, sive positiva legem pertinent. Cetera omnia quae in Mosiaca lege continentur, aut non sunt praecepta, aut ad haec revocantur. Fuerunt in eadem lege plura consilia de rebus tum moralibus, tum caeremonialibus, tum iudicialibus. In re moralia fuerunt vota, ut habetur Deut. xxiii. *Quoniam vocatus Dominus Deo tuo, non tardabis reddere. In re caeremonialia fuerunt spontanea oblationes. Narratur enim Levit. xxi. *Qui obtulerit oblationem suam, vel tota solvere, vel sponte offerens, quodvis illud obtulerit in holocaustum &c. Tandem in materia iudiciali haec narratur Exod. xxi. *Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei: ipsum est enim solum quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliquid in quo dormiat. Urgente necessitate, sub praecepto hanc cadum; sed, necessitate ablata, consilii sunt. Quae omnia perspicue de more explicat Angelicus 2. 2. quest. c. art. 2. Nam virtutes intellectuales ordinant bene actus rationis in se ipse; virtutes autem morales ordinant bene actus rationis ad alia virtutibus possibiles; & exteriores operationes. Et ideo ministerium est quod lex divina convenienter disponit praecepta de actibus omnium virtutum; ita tamen quod quaedam, sine quibus modo virtutes, qui est boni rationis, observari non possunt, cadunt sub obligatione praecipit; quaedam vero****

que pertinent ad hoc esse virtutis perfecta, cadunt sub administratione iustitiae.

XII. Ad precepta moralia, non modonaturalia, sed etiam supernaturalia mandata revocantur. Fuertit enim & in veteri lege mandata fidei, spei, & caritatis. Immo cetera mandata ad haec divorevocantur, inquit Christus Dominus Matth. xxii. In his vobis mandatis universa lex pendet, & Prophetae. Precepta autem fidei, & spei procedunt legem ipsam. Precepta moralia partim continentur in Decalogo, partim revocantur ad illum, veluti additiones.

XIII. Precepta ceremonialia presse accepta ad Dei cultum attinent, ut docet S. Thomas I. 2. quael. ci. art. i. Ceremonialia precepta determinant precepta moralia in ordine ad Deum, sicut iudicialia determinant precepta moralia in ordine ad proximum. Precepta ceremonialia quatuor erant, quae spectabant sacrificia, instrumenta, iherosolima, & observantias. Tria erant sacrificiorum genera: holocaustum, hostia pro peccato, & hostia pacifica. Haec omnia figurant exprimit S. Thomas loc. cit. quael. ci. art. 3. ad 2. Triplex erat sacrificiorum genus. Quoddam erat quod totum comburebatur: & hoc dicebatur holocaustum, quod totum immolatum. Huiusmodi enim sacrificia offerrebat Deus specialiter ad reverentiam maiestatis ipsius, & animum devotum suum: & conveniebat perfectioni status in implentio consistorum. Et ideo totum comburebatur, ut sicut totum animal resolutionem in caputem sursum ascendebat, ita enim figuraretur, totum hominem, & omnia que ipsius sunt, Deo dominum offerrebat, & esse offerenda. Aliud autem erat sacrificium pro peccato, quod offerrebat, & reverentiam statum penitentiam in satisfactione peccatorum: quod dicitur in duas partes: nam una pars eius comburebatur, altera vero cedebat in usum sacerdotum, ad significandum quod deprecatorum sit a Deo per ministerium sacerdotum: nisi quando offerrebat sacrificium pro peccato populi, vel specialiter pro peccato sacerdotis: tunc enim totum comburebatur. Non enim debebat in usum sacerdotum venire ea que pro peccato commiserantur, ut nihil peccati in eis remaneret. & quia hoc non esset satisfactio pro peccato: si enim cedebat in usum eorum pro quorum peccati offerrebat, ideo esse videtur ut ea non offerretur. Tertium vero sacrificium vocabatur hostia pacifica, quae offerrebat Deus vel pro gratiarum actione, vel pro salute, & prosperitate essentium, & debito beneficii vel accipiendi, vel accepti. & con-

venit statim profectum in implentio mandatorum: & ista dividebantur in tres partes: nam una pars comburebatur ad honorem Dei; alia pars cedebat in usum sacerdotum; tertia vero pars in usum essentium, ad significandum quod salus hominis precabit a Deo, dignitatis minister Dei, & cooperantibus ipsis hominibus qui salvantur. Si plura enipis, consule sanctum Doctorem, ubi plura invenies vasta eruditione, & profunda doctrina referata. Perpende quanta perperitate ex habitu ceremoniarum colligat ad veritas novae heretodoxos omnia nostra dogmata.

XIV. Hostia pro peccato distinguitur Lev. xi. ab hostia pro delicto. S. Augustinus quael. xx. in Levit. peccatum mali commissionem, delictum boni neglectum, seu omissionem, vel etiam ignorantiam boni vocat. Quod aliud sonat delictum, nisi derelictum, & qui delinquit, non delinquit nisi bonum? Potest etiam videri illud esse delictum quod imprudenter, nisi ignoranter, illud peccatum, quod ad reverentiam committitur.

XV. Hostia pacifica, ut iam S. Thomas in adducto textu explanavit, offerrebat pro gratiarum actione. Ex subdit ibidem: Hoc autem generatim offerrebat, quod sanguis, & adeps non combent neque in usum sacerdotum, neque in usum essentium, sed sanguis offerrebat ad captivandum altaris in honorem Dei; adeps vero aburebatur in igne. Cuius ratio una quidem fuit ad excludendum idololatram. Idololatra enim abierunt de sepe sanguine victimarum, & comestant adipem, secundum illud Deuter. xxxii. De quorum victimis comestabant adipem, & bibebant vinum libanatum. Secunda ratio est ad reformationem humane vite. Prohibebatur enim eis usus sanguinis ad hoc quod horrent humani sanguinis effusionem. Tertia vero ratio est propter reverentiam divinum: quia sanguis est maximus inestertus ad vitam, ratione cuius dicitur anima esse in sanguine: utpote autem abundantiam nutrimenti demonstrat: & ideo, ut offerrederit quod a Deo nobis est vita, & omnis honorum sustententia, ad honorem Dei offerrebat sanguis, & aburebatur adeps. Quarta ratio est, quia per hoc figurabatur essentia sanguinis Christi, & pinguedo caritatis eius, pro quam se dedit Deus pro nobis. De hostia autem pacifica in usum sacerdotum cedebat per dexteram, & armis dexte, ad excludendum quantum divinitatis speciem, quae vocatur spiritualitatis: quia scilicet in spirituali immolatur immolatorum aburebant, & similiter in esse peccatis. Et ideo ista offerentibus subrehebatur. Per hoc etiam significabatur quod se-

cedere erat necessaria sapientia cordis ad intendendum populum, quod significatur per pedes, quod est regnum cordis; & etiam firmitudo ad sustentandum defectus, quae significatur per armam dextram.

XVI. Inter omnia haec sacrificia holocaustum erat precipuum, quod totum in Dei honorem consumebatur, nihilque in hominum ulium cedebat. Animalia quae praefato sacrificio dicebantur, ex quibusvis terris, ovibus, bouibus, & istis. Rationem autem cur potius dicta animalia ex quadrupedibus immolabatur pro aliis, S. Thomas pertinet loc. cit. quael. ci. art. 3. ad 2. hic verbis. Fermo quidem ad excludendum idololatram; quia omnia alia animalia offerrebat idololatra dicit fuit, vel eis ad maleficia utebantur; ista autem animalia apud Aegyptios, cum quibus conversati erant, abominabilia erant ad occidendum: unde ea non offerrebat in sacrificiis dicit fuit. Unde dicitur Exod. viii. Abominatios Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro: Oves enim colebant & hircos venerabant, quia in eorum figura demones apparebant. Hircos etiam utebantur ad agriculturam, quare inter res sacras habebant. Tres alias rationes describit, quas breviter gratia praetereo. Ex avibus turture, & columba immolabantur ad mentis simplicitatem, cordique caritatem significandam. Pises non adhibebantur in sacrificiis, quia extra aquam moriuntur, & ideo non erant materia apta facienda in templo celebrandis. Occiso animalium peccatorum abolitionem praeferebat. Modus macchandorum animalium lege definitus erat, qui minus animalia affligebat; ut & occidentium clementia eluceret, & detrimentum occiditum animalium vitaretur. Animalia prohibita in sacrificiis erant quae maculam, defectumve habebant: quae figura illas sententias respiciendae quae filias, filioque caecos, gibbos, lapidos, & filioque non immolant, attingunt, & non raro blandit ignominia detrahant: & non raro blandit sententias, & tantum non minis, & fraudibus intradi Dei domum compellant, ut domum propriam generent. In holocausto non offerrebat nisi masculus, quod feminam animal imperfectum, & velut immundum. Qui ovem habere non poterat, offerrebat panem, & hoc deficiente, farinam, aut spicas. Sal offerrebat, quia impedit corruptionem.

XVII. Precepta ceremonialia, secundo

loco indicata, spectant instrumenta colendi Deum, ut sunt tabernaculum, arca foederis, propitiatorium, candelaabrum, mensa, duplex altare, vasa, velles sacerdotales, & plura alia eiusmodi. Tabernaculum templum parvum mobile erat: quia filii Israel quadraginta annorum spatio per desertum ambulaverunt, passim sedem instantes. Occupata promissionis terra, continua habere debebant: idcirco Deus diluisti templi additum, ut quidem, prostratis hostibus, summa populus foretetur pacis, & quod tempore contigit Salomonis. Plura viderentur, figurantque in praefato tabernaculo deprehendit S. Thomas loc. cit. quae apud ipsam legi possunt.

XVIII. Arca foederis firmam in tabernaculo, post in templo servatam, constabat ex lignis Setim, intus & extra deaurata, & coronata aurea insignita. In eadem duae tabulae lapideae erant, ut narratur Reg. III. cap. viii. In arca autem vocat aliud nisi duas tabulae lapideae, quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando populi Dominus factus cum filiis Israel, cum egredieretur de terra Aegypti. Contra S. Paulus narrat ad Hebraeos 1. Arcam testamenti circumetiam ex omni parte auro, in qua auro aurea habebantur, & virge auro, quae frondebat, & tabulae lapideae. Quae apparentes contrarietas facile evanescit, si dicamus, primum solas duas tabulas lapideas, ut narratur III. Reg. in arca fuisse; post virgam Aaron, quam ex Scriptura ipsa scimus initio fuisse a Moysie in tabernaculo repositam, ex tabernaculo temporis decursu translata simul cum manna fuisse in arcam. In tabernaculo residebat arca inter duos Cherubim, qui te muris respiciebant vultibus. Super eandem arcam propitiatorium, sicut abas Cherubim, ac ite ab ipsis deferretur.

XIX. Fulam de candelaabro habet S. Thomas loc. cit. art. 4. ad 6. orationem. Pauca ex eodem perscribo. Candelaabrum erat institutum ad honorificentiam tabernaculi. Pertinet enim ad magnificentiam domus quod sit bene luminosa. Habebat autem candelaabrum septem columnas, ut scriptum dicit, ad significandum septem planetas, quibus totus mundus illuminatur. Et ideo praefatum candelaabrum ex parte australi, quia ex illa parte est nobis latetium orientis. Alia vero symmetria erat institutum, ut iugiter in tabernaculo esset firmus boni odoris, tunc propter conversationem tabernaculi, tunc etiam in ceterum futuris quibus operibus actibus excellens figuravit, & occisione animalium. Et enim quae sunt facta, deliquuntur, quasi vicia, quae vero sunt boni odoris, bonius magis appetuntur.

Mensa autem apponebatur ad significandum quod Sacerdotes templo deservientes in templo vicium habere debebant. Unde duodecim panes propositi mensa, in memoriam duodecim tribuum, filios Sacerdotibus esse licitum erat, ut habetur Matth. xii. In atrio vero extra tabernaculum constituebatur altare holocaustorum, in quo offerrebat Deus sacrificia de bis que erant a populo proposita. Et idem in atrio ponebat esse populus, qui huiusmodi Deo offerrebat per manus Sacerdotum, sed ad interiora altaris, in quo ipsa devotio, & sanctitas populi offerrebat, non poterat accedere nisi Sacerdotes, quorum erat Deo offerre populum. Est autem hoc altare extra tabernaculum in atrio constitutum ad removendum cultum idololatricum. Nam Gentiles intra templa altaria constituebant ad immolandum idolis. Figurative vero ratio omnium horum assignari potest ex relatione tabernaculi ad Christum qui figurabatur. Plurima docere persequitur lectura digna, que consilere poterit.

XX. Vasa erant plurima diversi generis. Mosaicis, labeteis, hydris, acetabulis, phylais, thuribula, citharis &c. Divisim quoque erant sacerdotales vestes. Sacramenta dupliciter veniunt: alia ad totum populum, et circumcisio, etis aqua paschalis, purificationes, expiationeque a peccatis; alia ad solos Sacerdotes atque ardebat, ut raho, capillorum, ablutio pedum, comestura panis propositionum. Hec omnia Christum futurum, etique legem presentiant. Circumcisio baptismi, agnus paschalis Eucharistia, expiationes sacramentorum penitentia portendebant. Observantia legales diversis similes erant, ut discretio ciborum, ablutio a sanguine, ab asidpe, ieiunia Nazareorum, vota, solemnitates, certus vestium usus.

XXI. Presentia iudicialia regimen populi spectabant. Quatuor ordine sunt apud S. Thoma. i. 2. quæ. civ. art. 4. in quilibet hominum societate. Quadrupes autem ordo in aliquo populo inveniri potest. Unus quidem Principum populi ad iudicium; alius autem substitutum ad iuramentum; tertius autem eorum qui sunt de populo ad extraneos; quartus autem ad domesticos, sicut patris ad filium, mariti ad virum, &c. dicunt ad servum. Et secundum istos quatuor ordines assignari possunt præcepta iudicialia veteris legis. Dantur autem quatuor præcepta de institutione Principum, & officio eorum, & de reverentia eis exhibenda: & hæc est una pars iudicialium præceptorum. Dantur etiam quatuor præcepta pertinentia ad contractus ad iuramentum; puta circa impetum, venditiones, & iudicia, & penam

& hæc est secunda pars iudicialium præceptorum. Dantur etiam quatuor præcepta pertinentia ad extraneos; puta de bellis contra hostes, & de susceptione peregrinorum, & advenarum: & hæc est tertia pars iudicialium præceptorum. Dantur etiam in lege quatuor præcepta pertinentia ad domesticam conversationem, sicut de servis, & uxoriis, & filijs: & hæc est quarta pars iudicialium præceptorum.

XXII. Deo quilibet horum ordinum coetu constituit Deus præcepta iudicialia. Præcepta que ad principum regimen attinent, describit S. Thomas i. 2. quæ. civ. art. 1. Animadvertit ille, in quolibet ordine Principum duo esse spectanda. Unum, ut omnes aliquam partem habeant in Principatu, quia hoc paci servandum idoneum est; & hunc ordinem amant omnes. Alterum speciem regimini spectat, cum sint diversa Principatum genera. Præcipua sunt Regnum, in quo unus presidet, præcipueque; & Aristocratia, seu potestatis optatum. Unde inquit, optimus ordinatio Principum est in aliqua civitate, vel regno, in quo unus presidet secundum virtutem qui omnibus præsit; & sub ipso sunt eligendi principes secundum virtutem: & tamen talis principatus ad omnes pertinet, non quia ex arbitrio eliguntur, non quia etiam ab omnibus eliguntur. Talis vero est omnis politia bene commissa ex regno, in quantum nonne presert; & aristocratia, in quantum multi principes sunt secundum virtutem; & democratia, id est potestate populi, in quantum ex popularibus possunt eligi Principes; & ad populum pertinet electio Principum. Et hæc fit institutio secundum legem divinam. Nam Moyses, & eius successores gubernabant populum, quasi singulares principes, quod est omnium species regni. Eligebant autem septuaginta duo seniores secundum virtutem. Plura alia ibidem legito.

XXIII. Animadvertendum autem, modum eligendi Principum Israelitici non esse presertim in Scriptura, ut ipse S. Thomas advertit: quoniam Deus sibi reservavit hanc electionem: idcirco regimen Israeliticum non fuit nec monarchicum, nec aristocraticum, sed theocraticum; & utque ad Sadeim etiam modo theocraticum perduravit. Populus ad mala primum ferre recitavit regimen iudicum, quos Deus ipse populo Moysen, & Ioseph eligebat; ideo petiit a Samuele Regem. Samuelem idem ferenti respondit Deus I. Reg. VIII. Audi vocem populi in omnibus que loquuntur tibi: non datur te abiecerunt, sed me. Plura que huc pertinent, legere apud S. Thomam poterit hoc. cit.

XXIV. Legem Mosaicam abrogatam a Christo Domino, negant Cerinthus, & alii heretici, qui circumcidendos Christianos contendebant; sed antiquam docerunt semper Catholici, evangelicis testimonij nisi. Lucae quippe xvi. dicitur: Lex, & Prophetæ usque ad Iosephum. Item S. Paulus ad Galat. III. Lex præceptorum non est in Christo. At ubi noni fides, iam non sumus sub pedagogo. Et ad Rom. vi. Non estis sub lege, sed sub gratia. Tandem Apostoli abrogatam in Concilio Hierosolymitano declarant legem, ut narratur Act. xv. Abrogatio hæc ceremonialia, & iudicialia, secus moralia comprehendit, mandata. Plures istius abrogationis congruentes rationes perhibet S. Thomas i. 2. quæ. civ. art. 3. Manichæi, quibus, ad hoc quod attinet, accessit Lutherus, non modo ceremonialia, & iudicialia, sed etiam moralia præcepta abrogata fuisse contendebant. Erosent hunc expulsi Catholici ostendunt asserens Decalogum descriptum in lege Mosaicâ obligare omnes. Disputant dumtaxat Theologi catholici, obligent ne eisdem mandata detologica, quibus lege natura, a simul quia lege Mosaicâ lata sunt? Disputatio tanti non est, ut examen nostrum exeat.

XXV. De tempore quo abrogata est, disputatio fuit. Sed vera sententia est, ante Christi mortem non cessasse. Siquidem Christus, quoad vixit, eam servavit, & circumcisi non se subiecit. Tunc itaque obligare desit verus testamentum, cum novam promulgatum fuit: quod post Christi mortem contigit. Dissident Theologi, quodnam temporis intervallum mors Christi includat. Alii descendunt, comprehendi totum tempus quod fluxit a die mortis usque ad resurrectionem. Alii utque ad Pentecosten extendunt, contendentes, Mosaicam legem viguisse usque ad Spiritus sancti apparitionem. Communior, & mihi probabilior sententia est, legem Mosaicâ desisse continuo ac Christus Dominus mortem operiret: quoniam tunc velum temporis ipsum fuit, transiitumque sacerdotium; & ipse Christus Dominus exclamavit: Consummatum est.

XXVI. Quoniam lex Mosaicâ statim post Christi mortem obligare desierit, tamen non illico illius observatio novâ fuit. Animadvertit S. Thomas i. 2. quæ. civ. art. 4. quod omnes ceremonie sunt quatuor præstationes fidei, in quo consistit interior Dei cultus. Sic autem fidei interior potest homo professari factis, sicut & verbis. & in utraque præstatione, si aliquid homo factum potest, &

moraliter parcat. Quomodo autem sic eadem fides quam habebat de Christo, & quam antequam patres habuerant; tamen quia ipsi præcesserunt Christum, non autem sequuntur; eadem fides diversis verbis significatur a nobis, & ab eis. Nam ab eis dicebatur: Ecce ego concepit, & pariet filium: quia sunt verba futuri temporis. Nos autem idem representamus per verba præteriti temporis, dicentes, quod concepit, & peperit. Et similiter ceremonie veteris legis significabant Christum ut natiurum, & passurum, nostra autem sacramenta significant ipsum iam natum, & passurum. Sicut igitur peccare mortaliter qui nunc suam fidem protestando dicit Christum natiurum, quod antiqui pie, ac veraciter dicebant; ita etiam peccare mortaliter, si quis nunc ceremonias observaret, quas antiqui pie, & fideliter observabant. Tunc enim omnes ceremonie portendebant Christum futurum, & nunc autem omnia nostra sacramenta annuntiant Christum natum, passum, & in cælis regnantem. Quapropter si quis, morte Christi peractâ, utralpale Mosaicâ ceremoniam ad significandum Christum futurum, peccat, & quidem graviter.

XXVII. Id solum in disputatione vocatur, utrum, si quis eo tempore quo nondum omnino publicatum Evangelium fuit, observasset legalia Mosaicâ, præscindendo ab eorum significatione, sed quatenus a Deo præscripta erant, peccasset mortaliter. In utraque partem disputant Augustinus, & Hieronymus, quorum disputationes recenset S. Thomas loc. cit. art. 4. ad 1. Diversimode sensisse videtur Hieronymus, & Augustinus. Hieronymus enim dicitur duo tempora: unum tempus ante passionem Christi, in quo legalia non erant mortua, quæsi non habentia vim obligatoriam, aut expiatoriam profuso modo; nec etiam erant mortifera, quia non peccabant ea observata: statim autem post passionem Christi inciperet esse non solum mortua, id est non habentia virtutem, & obligationem, sed etiam mortifera, ita scilicet quod peccabant mortaliter quicunque ea observarent. Unde dicitur, quod Apostoli legalia nunquam observaverunt post passionem secundum veritatem, sed solum quodam pia simulatione, ne scilicet scandalizarent Iudeos; & eorum conversionem impedièrent. Quæ quidem simulatio fit intelligi de eis, non, quidem ita quod illi actus secundum veritatem non facerent, sed quia non faciebant sanquam legem ceremonias observarent; sicut si quis peccatum virtutis membri abscideret propter sanitatem, non causa legalis circumcissionis observanda. Sed quia indecens videtur quod

Apollini ea occiderent propter scandalum quae perissent ad occidendum vitae, & doctrinae, & quod simulationem videretur in his quo perissent ad salutem fidellium; in quo concordant Augustinus distinctis tria tempora: unum quidem ante Christi passionem, in quo legalia neque erant mortifera, neque mortua. Ad aliud autem post tempus Evangelii divulgati, in quo legalia sunt mortua, & mortifera: tertium autem est temporaneum, scilicet a passione Christi usque ad divulgationem Evangelii, in quo legalia quidem fuerunt mortua, quia neque enim aliquam habebant, neque aliquae se servare tenebant; non tamen fuerunt mortifera, quia illi qui concessi erant ad Christum ex Iudeis, poterant illa legalia licite observare, diuinum non sic poverunt spem in eis, quod eis reputaretur sibi necessaria ad salutem, quasi fides Christi sine legalibus iustificare non posset. His autem qui convertebantur ex gentilitate ad Christum, non inerat causa ut observarent. Et hoc Paulus circumcidit Timotheum, qui ex patre Iudae, genitrix autem: Timotheum; qui ex Gentilibus natus erat, circumcidere voluit. Ideo autem voluit Spiritus sanctus ut scilicet inebatur his qui ex Iudeis convertebantur, observatio legalium, sicut inhibebatur his qui ex Gentilibus convertebantur, gentilitatis ritus, ut quaedam differentia inter hos ritus ostenderetur. Nam gentilitatis ritus repudiabatur tanquam omnino illicitus, & a Deo semper prohibitus, ritus autem legis cessabat, tanquam impletus per Christi passionem, usque a Deo in futurum Christi iustificatus.

XXVIII. Ex his manifeste constat legales caeremonias mortuas quidem fuisse post Christi mortem, sed rituum mortuarum; cum Apollini Spiritus sancti illustratione per se eandem servaverint usque ad sufficientem. Evangelii promulgationem factam, ut patet ex circumcissione Timothei. Paulus ipse more Nazazarorum caput sibi tetondit, putricavit seipsum cum Iudeis, timentum intravit, oblationem fieri pro se coniecit, ut colligeret cor. Act. xv. Quae sane S. Paulus non peregrinasset, si mortifera tum temporis mandata legalia fuissent. Neque illa simulationem, ut contendit S. Hieronymus, S. Paulus ceteraque Apollini peregerunt, sed sincero animo, ut cum Augustino defendit S. Thomas. Quae enim sunt reipia mala, vel simulationis testis ipsi nequeunt: alioquin fecerunt gentilitatis ritus sub simulationis fucio celebrare Apollinos potuisset, ut factus Gentiles ad Christi fidem adduceret; quemadmodum efficaciter argumentatur S. Augustinus epist. ix. ad Hieronymum. Si propterea Paulus

illis illa sacramenta celebravit, quia simulavit se Iudeum, ut Christum iustificaret, cur non etiam sacrificavit cum Gentilibus, quia & sic qui sine lege erant, tanquam sine lege factus esset, ut eos quoque iustificaret; nisi quia & illud fecit ut natura Iudaeus, & hoc totum dicit, non ut falleret se fugeret esse quod non erat? Et, ut paucis controversiam perstringam, quis isent inficias, in te gravissima, quemadmodum est religionis negotium, mandatum peccatum esse morale? Mendaciae itaque fuissent Apollini, impietatis, & scandalum rei, si mortifera legalia observasset.

XXIX. Plura Scripturae divinae testimonia opponit S. Hieronymus. Act. xvi. narratur, Paulum circumcidisse Timotheum propter Iudeos qui erant in illis locis: & I. Corinthi, cap. ix. haec de seipso Paulus testatur: Factus sum Iudaeus tanquam Iudaeus, ut Iudaeos lucraret. Item II. Corinthi, xvi. lubidit: Cum esset affatus, dolo vos cepi. Primum testimonium, nisi dilucida in, ingerit: quoniam observantur Apollini legalia, quia ad se mortifera non erant, ut factus ad Christum Iudaeus allicerent; & hoc in sensu testatur Paulus: se Iudaeis accommodasse, ea omnia concedendo, agendoque quae fieri licite tum poterant. Alterum testimonium perperam opponitur, cum ibi nulla sit legalium mentio, sed sermo de vitiis ministris Dei exhibendo. Inquit Apollolus: Sed isto. Ego vos non gravavi; sed cum esset affatus, dolo vos cepi. Quibus verbis removet S. Paulus suspicionem Corinthiorum, qui gravamen ministrorum obtinebant. Audiendum interpretacionem S. Thomae in hunc textum I. II. v. Ego, id est dolo, concessi quod ego in passiva mea, & verum qui mecum sunt, aliquod accipiunt non gravari vos; sed facti evangelii, concessi aliquid, dolo &c. id est per alios devoti vestri bona vestra plurima. Sed hoc est falsum, quia nihil ex eo dolo feci. Haec ergo suspicionem excludit consequenter, cum dicit: Numquid pro aliquam eorum quos nisi ad vos, circumcivendi vos? S. Paulus, dum ad Galat. v. inquit; Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit: loquitur de is qui existimabant ad salutem necessariam esse circumcissionem, quam ipse in Timotheo fieri concessit, non ut necessarium, sed ut indulget Iudaeis legalia adhuc permitia, at non necessario observanda.

XXX. Si legalia permitia erant, cur ergo Paulus reprehendit Petrum, Barnabam, & Iudaeos Antiochenos, quod legalia servarent? Inquit enim Paulus ad Galat. ii. In faciem eius respisti, quia reprehensibilis erat. & simulationis eius concesserunt ceteri Iudaei, ut

ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum voluissent quod non recte ambulantur ad veritatem Evangelii, dicit Cepia carum comitibus: Si tu, cum Iudaeus sis, gentilitur vivis, & non iudicaris; quomodo Gentes cogis iudicare? S. Hieronymus contendit, simulare Petrum illa omnia egisse, simulatorem fuisse Pauli reprehensionem. Quam interpretationem, ut falsam, rejicit Augustinus epist. xix. cap. vi. Et primum probat, alterum esse Apollini errasse, inquit: Si hoc facit Petrus quod facere debuit, inentitus est Paulus, quod cum videret non recte ingredierent ad veritatem Evangelii. Quisquis enim hoc facit, quod facere debet, recte utique facit: & ideo falsum de illo dicit qui dicit, eum non recte fecisse quod eum necesse facere debuit. Si autem verum scripsit Paulus, verum est quod Petrus recte tunc non ingrederetur ad veritatem Evangelii: id ergo faceret quod facere non debuit: & si tale aliquid Paulus ipse non fecerat, correctum potius estiam ipsum credam Caesopoli sui correctionem non potuisse negligere, quam mendaciter aliqua in sua epistola posuisse, & in epistola qualibet; quanto magis in illa in qua praedicavit ut Iudaei. Quae autem scribo vobis, eccae coram Deo, quia non mentior. Ego quidem illum Petrum sic egisse credo, ut Gentes cogeret iudicare. Paulus ergo, teste Augustino, legalia observavit eis in circumcillationibus in quibus non scandalum, sed edificationem Iudaeis esset, no scilicet illi existimant ea mala esse quae per Moysem a Deo praescripta erant. Contra Petrus, Antiochic legalia servando, Gentibus ad Christi fidem converteri scandalum fuit. Car quia Gentibus antiam credendi preorixit, se legalium observacionis attritos esse, cum tamen liberi ab eisdem essent. Petrus se Gentibus conversis iudicavit, ut cum Iudaeis legalia servaret. Ergo (colligebant haec convertere ad Christum Gentes) legalium observatio necessaria est, si Petrus, ut illa servet, a nobis recessit. Et reipa hoc pacto S. Paulus loc. cit. argumentatur: Si tu, cum Iudaeus sis, gentilitur vivis, & non iudicaris; quomodo Gentes cogis iudicare? id est exemplo, & cum doctrina tua. Ambo ergo Apollini eisdem conditionem omnino erant; videlicet legalia nec esse mortifera adhuc, nec necessaria ad salutem. Paulus ea adhibuit sit in circumcillationibus in quibus illorum observatio opportuna erat. Contra Petrus ea occasione illa adhibuit in qua Gentes scandalum passae sunt, existimantes legalium observacionem necessariam ad salutem esse. Ideo merito a Paulus te

prehenus. Error itaque Petri, non doctrinae, sed invidentiae, & conversacionis minus caute facti; ut sapienter advertit S. Augustinus loc. cit. Neque enim negamus in hoc sententia fuisse iura Petrum in qua & Paulus fuit. Non negue tuoc eum, quia in ea se verum esset, docebatur; sed eius simulationem qua Gentes iudicare cogebantur, arguebat: non ob aliud, nisi quia illa omnia simulatorem quae Gentes iudicare cogebantur, tanquam quod illi dicebant, qui sine circumcissione, praeparati, atque aliis observacionibus umbrae satyrorum putabant credentes salvos esse non posse. Simulatio Petri, facti, non animi, conversacionis, non doctrinae fuit, sed suo facto quo se subduxit Gentibus, occasione credendi eidem dedit, observacionem legalium necessariam esse ad salutem. Ipse tamen periculosus erat legalia iam cessante. Sciendum tandem, Augustino accessisse Hieronymum, qui itam extenuavit sententiam; ut testatur Augustinus epist. cclx. Si plura cupis, lege Augustinum, & Thomam loci laudatis.

XXXI. Obtinuit etiam post Redemptoris mortem legalium usus. Desit cum Christi morte obligatio; mortuaeque praecipua legalia remanentur, novo promulgato teedere. At tempus definitum quo mortifera esse coeperunt, designari vix potest. Cum munior opinio cum templi destructione mortifera facta fuisse legalia prohibitorum docet. Consequentiam dilacionis perhibet S. Augustinus epist. xix. Legalia, sicut desinunt corpora usque illorum, ad desinenda erant qualimodo ad spiritum, nec similia. Si religiose non autem desinenda continent, vel immo contra obsecrationem, tanquam canum morsibus, proicivenda. Non tamen ideo fuerunt, tanquam diabolica Gentium praestigia, fugienda, etiam cum ipsa gratia iam ceperat recedere, quae umbris talibus fuerat praesentia, sed permittenda paullulum eis maxime qui ex illo populo cui data sunt, veniant. Postea vero tanquam cum honore sepulta sunt, a Christianis omnibus reparabiliter deservenda.

XXXII. Aequo solo templo, cessavit hostia, antiquumque id sacrificium, populosque per terram dispersis ambulavit profugus. Tunc argumenta reprobationis tum legalium, tum populi apparuerunt. Accedit quod tum promulgatus Evangelii adeo late insonavit, ut distantiario dilatio necessaria non videretur. Unius aut alterius caeremoniae diutius obtinere conseruendo. Signidem a sanguine, & suffocato diti ablutione: Christiani, non quod lege Moysaica essent prohibita, sed quod Apollini in Concilio Hierosolymitano hanc

preceptum abstinendum. De hoc precepto scribit sanctus Augustinus Lib. XXXII. cont. Faust. cap. XLII. qui sequitur: *Nam quod de offensione sanguine antiqui ingenui preceptum est, id est ipsi Noe, dicitur, quod tam quod significare significamus, plesque intelligunt. Et in actibus Apostolorum hoc lege preceptum est ab Apostolis ut abstinere Gentium tantum a fornicatione, ab immolatis, & sanguine, & a quibusdam edentibus carum carum sanguine non esse effusis. Quod ali non habet intelligunt, sed a fornicatione, immolatis, & sanguine, ne qua homicidii fecerantur.* Transiit vero illo tempore quo duo illi pariter, unus ex circumcissione, & alter ex precepto mententes, quarum in angulari lapide concordarent, tamen quibusdam suis proprietatibus distinctis eminebant: & ubi Ecclesia Gentium distinctio efficitur, ut in ea nulla Israelitica carnalis appareat: quia in hoc Christianus non observat, ut tardus, & minutius articulo non attingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu a ceruice percussus nullo clemente vulnere occisus est: & quod ferre pueri adhuc tangere ista formidant, & ceteri terribuntur, ita omnium animos in hac se tenent sententia veritatis: *Non quod intrat in de vestram, vos contingat, sed quod exit in vultum eorum naturam, quam scietas admittit humana, sed que iniquitas comitit peccata vendemans, iam vero de antiquorum factis, & que stultis atque inordinatis videntur peccata, dum non sunt, & que vera peccata sunt, que ob causam conscripta sunt, peccata, magisque commendata Scripturae ipsius veneratione, sufficienter iam sermone demonstramus.* Ex quibus pater, preceptum illud economum tempore Augustini iam obsoletum fuisse.

XXXIII. Precepta iudicialia Mosaicæ, licet vim amiserint obligandi, mortifera tamen non evaserunt: nili quis ex affectu ad Mosaicam legem eadem servaret. Ita docet S. Thomas 1. 2. quæst. cxi. art. 3. *Precepta iudicialia sunt quædam moralia, quia non habent vim obligandi, non tamen sunt mortifera: quia, si quis Princeps ordinare in re ipsa illa iudicialia observari, non peccaret, nisi forte hoc modo observarentur, aut observari mandarentur, tanquam habentia vim obligandi ex veteri legis institutione: talis enim inventio obligandi esset mortifera.* Et huius differentie ratio potest accipi ex premisso. Dicitur est enim, quod precepta caremotalia sunt generalia primo, & per se, tanquam instituta principaliter ad figuranda Christi mysteria et futura; & ideo ipsa observatio carum præiudicat fidei veritati, secundum quam consensum

ille mysteriorum iam esse completa: Precepta autem iudicialia non sunt instituta ad figurandum, sed ad disponendum statum illius populi, qui ordinabatur a Christo; & ideo, mutata statum illius populi, Christo iam veniente, iudicialia precepta obligationem amiserunt. Lex enim fuit penamque dicens ad Christum, ut dicitur ad Galat. iii. *Quia tamen hominibus instituta precepta non ordinantur ad figurandum, sed ad aliquod faciendum, ipsa eorum observatio absolute non præiudicat fidei veritati, sed tenent, referantur tanquam ex obligatione legis, præiudicat veritati fidei, quia per hoc habentur quod status populi ad hoc dicitur, & quod Christus novum vult.*

XXXIV. Hæc paucæ perlinunt, in qualem qualem Mosaicæ legis ideam delineantur. Plurima que eruditionem præstant, præteriti, & quod maioris momenti argumenta discipulanda supersint. Hæc que delibari, instituto modo satis esse censui: ideo ad alia propro.

CAPUT II.

De lege nova a Christo instituta. Eiusdem præcepta, & Mosaicæ discrimen, & distinctio. Erroris Lutheri, Calvinii, & Hobbesii.

I. LEX evangelica nova nuncupatur, quod renovat hominem, Deique filios constituit gratiæ dono. Dicitur etiam testamentum, seu pactum, quo nobis Deus Filius suum donavit. Panca quoque ea multis de hæc explanabo, iis missis que eruditionem tantum, & historici puncta respiciant; cum eo disputatio nostra pertinet, ut animorum lectoris, moreque informet. *Lutherus de libert. Christi.* negat, Redemptorem nostrum esse legislatorem. Nullo opere, nulla lege homini christiano opus est, cum per fidem sit liber ab omni lege. Huc spectant æquationis Reformatoris vota, ut nempe, legem divinam excusso iugo, vitis sceleribusque viam aperiret liberrimam. Unius interioris affectus parvi sceleratissimi homines iudicant fieri, bonis operibus in sensu Catholicorum, nempe que cordis duritiam frangerent, præparentur: animam ad donum Dei suscipiendum, & congruam satisfactionem essent offensio Deo, reiectis, docuit homo benignissimus. Hunc eundem errorem, sicuti cetero, adoptavit versitior Calvinus in commentariis ad Paulinam Epistolam ad Galatas vi. ubi hæc eructando exclamavit: *Oh miserabilis institutio! perniciosa errorum præiudicantium Christum novum legislatorem! quasi*

veterem legem abrogaverit, at novam Christianis omnibus legem imponeret. Non fuit id Christiani officium, sicut ipse dixit: Non enim Deus Filius suum in mundum &c. ... Non habuit professio, Christus id operis, ac muneri, ut novam institueret legem, sed ut ab hominum cervicibus servile illius legis iugum auferret. Hoc illud est, quod Paulus clamat, Deum misisse Filium suum, factum sub lege, ut eorum qui sub lege erant, redimeret. Nostri vero novissimi Theologi, divino asserentes consilio, quo liberare legislatorem, qui nos in doctrinam traheret servilem, suscipiendum dixerunt. Hæc tamen estiam quibus novi illi Reformatores emendare depravatos mores, abolere corruptelas, eliminare superstitionem, & ad Christi exemplar conformare Christianorum vitam contendunt. Redemptor Christus liberator est, secus legislator: Lex enim servitutis iugum imponit; Christiani autem libertatem affecti, a lege soluti sunt. Lex Mosaicæ antiquata est, Christus nullam impoluit. Ergo Christiani, quemadmodum Gentiles, sola lege naturali stricti sunt. Thomæ Hobbesii impudentius Luthero & Calvinio debacchatus est in legem evangelicam, sicuti mixtus capitali principio, quo constituit, nullam legem vim habere, nisi sit a potestatis summis confirmata: quem errorem supra prolagavi. Scribit autem in suo Leviathan cap. xiii. *Quoniam ergo servitor noster regnum suum in hoc mundo esse negavit, & non ad indicandum, sed ad servendum mundum venisse se affirmavit; non abis legibus non subiret quam legibus civitatis, nempe Iudearum quidem legibus Mosaicis (ad quas non extenduntur, sed adimplendas venisse se dicit Matth. x.) Gentis autem alias civitatum suarum legibus civilibus. & genus humanum universum legibus naturalibus. Manifestum ergo est Christum, & Apostolos eius nullam novam legem, que nos in hoc mundo obligaret, sed novam tantum doctrinam astraxisse, que ad mundum convertendum prepararetur: & potius solentem novam, in qua doctrina illa continetur, quam non esset Princeps, & legislator, qui observationem eius imperaret, non erat lex; sed ad perducendos homines ad salutem consilium tantum, quod uniusquisque acciperet, vel revertere suo periculo potuit sine iniuria. Universum ergo Evangelium consilium tantum est, quod quisque accipere, vel repudiare pro libertate valet abique iniuria? Hi sunt sapientes nostri qui adversus catholicam Ecclesiam explicarunt veritatem. Nec mirum quod tot gentes factuaverint, cum sub reformationis obtentu*

iniquitatis habeant ad Atheismum usque laxaverint.

II. Quod? Nullam legem Christus condidit? Quo ergo pertinet illarum verba: *De Sion exiit lex, & verbum Domini de Hierusalem?* cap. 11. Quod quod cap. v. legislatorum Messiani divinum appellat idemmet Prophetæ? Dominus enim index esset, Dominus legifer esset, ipse salvabit nos. Quibus veris Christi Dominum portendi, testatur omnis antiquitas ante Lutherum & Calvinum. An non ipse Christus voce Ioannis cap. xvi. clamavit: *Mandata mea servate?* & cap. xv. *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea?* Similia per Mattheum reperit. Et tandem S. Paulus I. Cor. ix. ait: *Non sine lege Dominus esset, sed in lege esset Christi.* Novatores autem nostri, repudiata Christi lege, fidem Christi amplecti volunt, ut iustificamentum sola animas, pallia penitentia, que Deum offerendum propitium reddat, præparet, cor nostrum ad donum iustificationis suscipiendum. Opera bona dumtaxat volunt ut pignora, & argumenta acceptæ iustificationis. Legem reiciunt: quia lex Christi concupiscentiam coercet, calitatem præscribit, avaras tenet, Pontifices venerari iubet. At fronsus Reformatores nostris, castitas immane iugum est, subiecti rectoribus, argue vicariis, sequuntur, ab usibus abstinere detestantur, legem nullam ferre valent; sed appetitibus dediti, sola fide, que in mente fluit, nihilque passionibus incommotum, immo flagitia passionum impetu perpetrata aholo, se regunt, Dei allequi gloriantur. Quis tanta demerit recogitare portentosa valet, quin homines istos deridat simul, & execretur? Christi Republica sine lege? Christi regnum abique mandato? An istius regni subditi homines non sunt, qui legum freno contineri in officio, & iudicii Regi iuxta Christo debeant? Quænam republica, quodnam regnum antiquam fuit ab lege lege?

III. Que contra obarguunt, factis sunt, & incepta. Plura Scripturarum testimonia obtrudent, que Iudæorum more secundam litteram, non secundum spiritum intelligunt; quamvis & littera ipsa eos occidat. Hæc sunt que opponunt. *Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum:* Ioan. i. *Non estis sub lege, sed gratis:* ad Rom. vi. *Si spiritum ducimini, non estis sub lege:* I. ad Galat. v. *Ubi spiritus Domini, ibi libertas:* I. ad Cor. cap. 11. Plura alia id genus obficiunt. Ecclesiam a Mosaicæ lege Christianos declarant novi testamenti divini Scriptores, & Christi legem gratiam vocant, quia gratiam

tiam cum ipsa nobis Christus infundit. Lex Moisaica onus imponebat; at gratiam non imperiebat. Contra Christus suam ferendam legem tanta gratiarum copia nos donavit, ut legis fide iugum suave esset, & leve. Lex Moysis servituti, Lex Christi libertati est. Audiamus S. Augustinum Lib. cont. Advers. & Prophet. cap. 111. *Lex igitur dicitur esse per Moysen, facta autem est gratia per Iohannem Baptistam; cum per eius spiritum caritate distilla in cordibus nostris sit ut quod lex precepit, impletur. Etenim quia per Iohannem sublevar, non littera, sed spiritus impletur. Unde illud quod scriptum est, Non concupiscit, per Moysen lex est: sed per Christum fit gratia, quando quod iubetur, impletur. Veritas uatem facta est per Christum, propter illa que in prophetia legis sunt promissa: quia in Christo eminent rediit. Ut paucis omnino comprehendam, lex Christi lex est libertatis a servitute peccati: lex est filiorum, qui amore virtutis, non formidine peccati, Domino parent. Iusto non est imposita lex: non quod iusti liberi a lege sint, sed quod iusti virtutis amore flagrant, ut etiam abique lege virtutum officia implerent.*

V. Præcepta legis evangelicæ tres in classes tribuuntur. Alia moralia, alia ceremonialia, alia fidei sunt. Præcepta moralia in natura sunt, & ad illud revocantur; quæ Christus non instituit, sed claris explicavit, inculcavit, & ab erroribus quibus hominum pravitare implicata erant, purgavit. Ceremonialia, seu sacramentalia ipse instituit, abrogatis iis quæ Moisaica lege præscripta erant. Fidei arcana, quæ umbris & figuris involuta erant, nova luce perfudit, declaravitque. Quare divina illa arcana quæ ante illius adventum consule tantum, & implicitè credebantur, nunc expresse credenda sunt.

VI. Novi Reformati Decalogi mandata impossibilia observari auserunt, potissimum interioribus actibus. Quare prava desideria interna nihil pendunt. Omnia peccati originalia ne inquinata esse contendant. Sacramentalia mandata similiter rejiciunt. Sacramenta, ut signa utilia ad excitandam fidem, admittunt, sicut, ut necessaria ad salutem. Hæresis illas, seu verus deliria, conceptis verbis Scriptura divina improbat, & Ecclesia catholica in Concilio Tridentino damnavit. Nihil frequentius in Evangelio inculcatur quam mandatorum custodia. Inquit enim S. Iohannes epist. I. cap. v. *Hec est enim caritas Dei, ut mandata eius custodiamus: & mandata eius gravia non sunt. Si non gravia, et*

imvis impossibilia. S. Mattheus cap. v. *Non vultis solvere legem, sed implere; &c. cap. xviii. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Sexcenta alia eisdem adhibere possent, ut delramenta calviniana labelfactorem. Sed miserationis potius quam constulationis digni sunt cæci Calvinistæ: & quod homines docti, acuti, & eruditi tam solida commenta adoptaverint, ineptique cavillationibus obterege conentur, argumenta tunc illorum reprobandis. Ut abusus, & corruptelæ plurimum Catholicorum, quibus semper abundavit, mundas, austeræ, universam Christi legem de medio tollalant. Præcepta ipsa sacramentalia necessaria ad salutem negant; quamvis Evangelicæ Ioannes clamet cap. 111. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.* Quæ luculenta verba cavillari minime erubescit Calvinus; quemadmodum præceptum eucharisticum, quod inculcat S. Iohannes cap. vi. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Lutherani, Calvinianique, cum adversus communionem sub unica specie disputant, præceptum suscipiendi utramque speciem exaggerant; & secum pugnantia omnia præcepta expellere a Christo lata negant, & præcepta committuntur que non sunt. Unicum fidei præceptum admittunt, cum tamen Christus Dominus non minus fidem quam baptismum susceptionem, quoad fieri potest præcipiat Marc. xvi. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Cur primum fidei mandatum, secus alterum baptismi admittant Calvinistæ, non aliam præter eorum oblationem, & caritatem assignare rationem valent.

VII. Congruentes rationes cur Christus præter mandata que actus internos dirigunt, tulerit præcepta que exteriora officia moderantur, assignat S. Thomas 1. 2. quest. cxxii. art. 1. his verbis. *Principaliter legis novæ est gratia Spiritus sancti, quæ manifestatur in fide per dilectionem operante. Hanc autem gratiam consequuntur homines per Dei Filium hominem factum, cuius humanitatem Deus replevit gratia; & exinde est ad nos derivata. . . . Et ideo convenit ut per aliquam exteriora sensibilia gratia a Verbo locarum profusius in nos deducatur; & ex gratia interiori, per quam caro Spiritus subditur, exteriora quodam opera sensibilia producantur. Sic igitur exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere possunt. Uno modo sicut invidentia aequaliter ad gratiam; & talia sunt opera*

sacra-

sacramentorum quæ in nova lege sunt instituta; & sicut baptismus, eucharistia, & alia huiusmodi. Alia vero sunt opera exteriora, quæ ex instinctu gratia producantur; & in his quædam differentia est attendenda. Quædam enim habent necessariam convenientiam, vel convenientiam ad interioram gratiam, quæ in fide per dilectionem operante consistit. & huiusmodi exteriora opera sunt præcepta, vel prohibita in lege nova; sicut præcepta est confessio fidei, & prohibita negatio: dicitur enim Matth. x. *Qui confitebitur me &c. . . . Alia sunt opera quæ non habent necessariam convenientiam, vel convenientiam ad fidem per dilectionem operantem: & talia opera non sunt in nova lege præcepta, vel prohibita ex ipsa prima legis institutione; sed relicta sunt a legislatore, sicut Christus, unicuique, secundum quod aliquis altius curam gerere debet: & sic unicuique liberum est circa talia determinare quid sibi expedit facere, vel vitare, & cuiusvis generis prædictis circa talia ordinare suis iudiciis quid sit in talibus faciendum, vel vitandum. Unde etiam quantum ad hoc dicitur lex Evangelicæ lex libertatis: nam lex veteris multa determinabat, & pauca relinquebat hominum libertati determinanda.*

VIII. Non una, sed pluribus rationibus differt lex nova a veteri. Et primum Moisaica lex ordinata fuit ad novam, a qua perficienda erat. Quapropter dicit Christus Dominus Matth. v. *Non veni solvere legem, sed adimplere. lex perficere quæ illa portendebat.* Utriusque legis finis unus est, ut homines Deo coniungantur. Porro unus Deus est & veteris, & novi testamenti, iuxta illud S. Pauli ad Rom. 111. *Unus Deus est qui iustificat circumcissionem ex fide, & per quoniam per fidem.* Animadvertit S. Thomas 1. 2. quest. cxxv. art. 1. quod licet eadem fides utriusque legis sit, tamen statum in testamento novo habet diversum ab eo quem in veteri habebat: nam quod illi credebant futurum, nos credimus factum. Sed precipuum discrimen novæ a veteri lege hoc est, quod nova

vin continet iustificandi, secus illa, ut doctet S. Paulus ad Gal. 11. *Scientes autem quod non iustificamur bono ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos Christus Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.* Lex veteris quædam legali munditia exteriori purificabat homines, & veram interiorum iustitiam significabat quidem, & ad eam præparabat; conferre tamen eam minime poterat. Quare omnes veteris testamenti vini Dei iustificationis donum messant fide in Christum venturam affecit tant. Lex vero nova gratiam iustificationis conferit: quia præsentem, non futuram, Christum iustificationis fontem continet. Advertas tamen velim, iustificationis donum non conferri ab ipsis præceptis, quæ solum præscribunt, & declarant quæ agendum, quidque credendum sit: sed a sacramentis, quæ virtute meritorum Christi Domini respici gratiam infundunt. Tandem dicitur alie discriminis rationes occurrunt. Lex veteris lex timoris, nova lex amoris est; lex Angelorum militiarum, hæc ipsius Christi ore promulgata fuit: illa bona temporalia, hæc æterna præmia promittit.

IX. Adversus evangelicæ legis durationem primis Ecclesiæ seculis varii errores obtinuerunt. Montanus seculo secundo antiquum Evangelium, leque perfectionem promulgante legem effudit: quem Iulianum renovavit Manichæus tertio Ecclesiæ seculo. Mahometus ultra progressus, tres leges commentus est, Moisaicam, evangelicam, & tertiam quam ipse invenit, Alcoran contentam. Evangelicæ promulgata, abrogata fuit Moisaica, & Alcoran evulgato, cessavit Evangelium. Quæ deliria confutatione non egent. Lex quippe Christi iugis ad seculorum consummationem durabit, teste ipso Christo, qui Matth. xxviii. promittit Apostolis suis: *Ego ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

DISSERTATIO IV.

DE IURE POSITIVO HUMANO PUBLICO,
ET PRIVATO,

seu

DE LEGE VOLUNTARIA HUMANA.

PRÆLOQUIUM.



US naturale gentium, & divinum positivum breviter hactenus exposui. Ius positivum humanum, publicum, & privatum, sacrum, & civile, quantum instituti mei ratio patitur, interpretari aggredior. Illius iuris illustrationem potissimum sibi vendicant Lutherani Doctores *Pufendorfius*, *Thomasius*, *Hobbesius*, *Gollastus*, *Goringius*, *Vitriarius*, & alii lucipublici Protestantes. Cum illis in hac dissertatione manus mihi conlenderet, & palmeque faciendum, homines illos superciliosos, nimiaque superbia urgentes, plus reuerentiarum quam lucis iuris scientiæ ingentes eviderent commentarios, & magna volumina, nihil detraho, quin hæc omnia proba, & præconis etiam extollo. Sed addo, tanta eorum errorum caligine hæc omnia obcurasse, ut plus damni quam commodi atulerint imperitis lectoribus illis qui peregrina, insolita, & extranea magis facere, contemptis domesticis & solidis, conuolucunt. *Samuel Pufendorfus* præ ceteris & crassissimis erroribus ius istud humanum publicum fecidit; & potestatem sacram, impoienti furore abreptus, e folio penitus deinde infeliciter pertentavit conatu; & unicam supremam potestatem civilem, in sacra & profana dominantem, propognat; Singulari hoc de argumento libellum edidit inscriptum, *De habitu religionis christiane circa vitam civilem*. Illius male conlancinam, & maledicentissimam, atque rusticissimam illo extarati, opusculo sophismata, & vanissima commenta, obiter licet, & aliud agens profusio. Ex militibus, in otio aliquando abundaui, et peragam. Ea pauca dumtaxat in præfationum delibabo que satis sint ad expergefaciendos sapidas illos qui illorum Auctorum captiosis commentis, & exquilitis præstigijs turpiter fasciantur.

CAPUT I.

Legum humanarum fundamentum hominum societas. Obiter de societate coniugali, paternæ, herili, domesticæ, & civitatis. Institutio civitatum legum necessitatem ostendit. Summe Pufendorfii, & Christiani Thomasi commenta refelluntur.

Plures sunt hominis status. Naturalis, seu physicus, qui suam naturam attribuit essentialibus definitur prodit. Moralibus ex liberis officiis coalescens. Adventivus, qui ex aliquo facto libero homini adve-

nit. Plurimi autem sunt status adventivii, quos entia moralia Pufendorfus appellat, eoque solo calamo exponit *Lib. I. de I. N. & G. cap. 1.* quæque nos, utpote quæ per via, & minimi momenti, præterimus. Modi ne, an qualitates appellandi sint eulmodi status, inter quaestiones inutiles similiter reitimus.

II. Primus inter omnes adventivius status est societas coniugalis, quæ, iure naturæ spectato, est simplex societas maris & feminae, sobolis procreandæ, riteque educandæ causa iuita.

III. Auctores protestantes Pufendorfus, Tho-

masius, *Fleinmiesius*, ceterique omnes exponentes ius naturæ, matrimonium contractum, officium uxoris in matrimonium, & contra, implicant: quam methodum absolute non improbarem: si Scriptores ethnici essent. At cum hi Christiani sint, & ad sola iuris naturæ decreta, legesque civiles magnam matrimonii sacramentum revocent; idcirco, eorundem reitidæ methodo, ego peculiari tractato matrimonium contractum, spectato naturæ iure, & sacramenti dignitate, iuxta ius divinum, a Christo Servatore nostro inuestum, explicabo, & illorum Protestantium errores refellam.

IV. Societatem coniugalem consequitur proles, unde societas paternæ, seu domesticæ proficiscitur. Libert quippe abique parentum subsidio vivere minime valent: idcirco necessaria societas vineulo una coniunguntur. Ex altissimo parentum debito alenda, educandaque proles oritur potestas patris in filios. Hanc patriam potestatem fuisse ego exposui *Lib. II. in xv. Decalogi mandatum*. Quamobrem præterea que de hac scribere interpretis iuris naturæ solent. Eodem quoque loco *severitatis herili* iura declaravi, videlicet que sit dominorum in servos potestas, & quod ipsorum dominis parandi debuit.

V. Ex hac triplici societate, coniugali, paternæ, & herili, coalescit societas domesticæ, seu familiaris, quæ spectato naturæ iure, perfecta dicitur quodammodo potest. Hæc quatuor societas consequitur altera, nempe civitas, quæ his omnibus perfectior est.

VI. S. Thomas *de regim. Principum Lib. I. cap. 2.* Franciscus Victoria *relect. III. c. 1.* Christophorus Lavelius *Tom. II. tract. 1. de civitate christiana* singulari eruditionis copia ante Doctores protestantes originem, proprietates, & regimen civitatum, seu humanarum societatum, in unum locum conveniendum, explanarunt. Hanc civitatis institutionem produnt. Societas hominum est imperitiorum, & *liberitatem ob basissimam tranquillitatem concessit*. Verbis diversis civitatem definitum a. hii, sed eodem resident. Dividitur ex diversitate regiminis in simplicem, & mixtam. Simplex in monarchicam, & polyarchicam. *Mosaricia* est summa potestas penes unum, qui omnes sobolis absolutio imperio regit. Polyarchica potestas est quæ residet in pluribus. Si pluralitas restringitur ad optimates, civitas est aristocratica, si ad populum extenditur, appellatur democratica. Mixta conlurgit, quando eulmodi regiminis forme miscentur, & temperantur.

VII. Civitatum originem non tam a libe-

ra hominum inventionem, quam ad ipsa naturæ auctori P. Franciscus Victoria *relect. III. c. 1. m. 3.* Rationem promit ex S. Thoma *Lib. I. de regim. Princ. cap. 1.* Homo, animal sociale cum sit, communicationem appetit. Prima & fundamentalis communicatio est maris cum femina, sine qua humanum conlistere genus nequit. Quapropter Deus continuo ac hominem condidit, dixit Gen. 1. *Non est bonum hominem esse solum*. Quam primam societatem consequitur altera huiusmodi cum parentibus, & parentium cum filiis, & his duabus tertius accedit servituti, familiaris, & domini: quia homines vitam agere nequeunt absque aliorum hominum ministerio, & auxilio. Ex his tribus primis societatibus coalescit prima communitas domesticæ, & economicæ regimine directæ. Porro secuti prima communicatio abique secunda, & tertia diu durare nequit; ita societas domestica necessario indiget communicatione politica civitatis, quæ ex pluribus familiaribus conlurgit. Nulla quippe familia sibi sufficit, atque quævis instituta est necessaria ad humanam vitam. Alia ex parte, si familie separare cõverent, neque pax servari, neque iniurie reprimi ordinare possent. Quapropter peroptime inquit Cicero *Lib. de amicis* *lib. III. Principi* *Deo is rebus humanis esse gratias quam homines habere inter se societatem videtur*, & *perfectam, quæ civitas dicitur*. Hæc societas coire in maiorem societatem valet, puta in Principatum, in Rempublicam, in Regnum.

VIII. Heine lequitur humanarum legum, & imperitiorum potestatum, quæ legum transgressores puniant, eorundemque observationem promoveant, necessitas. Siquidem non minus recte rationi conlatae est societas quam societati regimen aliquod, & leges, quibus bonum commune promoveatur, & societatis perturbatores coercentur. Sed habet verba ipsa S. Thomæ transcribere, ut videant spectabundi naturalis iuris militarios Protestantes, quanta perspicuitate iuris naturalis, & humani principia iam a pluribus seculis ante illorum *Dysformationem* fuerint explanata. Inquit ego Angelicus loc. cit. *Et si quidem homines conceperint singulariter vivere, sicut molis animalium, nullo alio dirigente indigere ad finem; sed ipsa sibi invicemque esse Rex sub Deo summo Rege, in quantum per lumem rationis civitatis datam sibi suis actibus seipsum dirigere. Naturæ autem est homini ut sit animal sociale, & politicum, in multitudine vivens, magis etiam quam omnia alia animalia; quod quidem natura-*

tuales necessitas declarat. Aliis enim animalibus natura preparavit cibum, tegumenta pilorum, defensionem, ut dentes, cornua, ungues, vel saltim robustitatem ad fugam. Homo autem institutus est nullo cibum, sibi a natura preparato; sed loco omnino data est ei ratio; per quam sibi hoc omnia efficitur maxime potest preparare. Ad quae omnia preparanda unus homo non sufficit. Nam unus homo per se sufficere vitam transigere non potest. Est igitur homini naturale quod in societate vivatur ut ait . . . Si ergo naturale est homini quod in societate multorum vivat, necesse est in hominibus esse per quos societas constituitur, id est, cum existantibus hominibus. Et unaqueque res vel sit ipsi proprium providenti, multum in diversa dispartetur, nisi etiam esset aliquis de eo quod ad bonum commune institutio pertinet, eorum habens: sicut et corpus hominis, et animalibus animalis diffluit, nisi esset aliqua vis regulis communitatis in corpore, quae ad bonum commune omnium in bonum intendit. Quod consideravit Salomon dicit: Ubi non est gubernator, contrahit populus. . . Operis igitur esse in eorum utilitatem aliquam regiturum. Plurima alia quae ibidem huc pertinentia S. Thomas habet, praetereo, quae penes ipsum videre poteris.

IX. In illius anglice doctrinae conspectum veniant commenta Sancti Petri Pufendorfii, qui Lib. VII. de iur. nat. & gen. cap. 10. §. 4. cum de more accedit Thomaeus, inq. inq. p. dicitur. Lib. I. cap. vii. num. 21. Et sequuntur. dicitur. Civitatem quae fit, naturalis libertatis iustitiam facit, ac imperio se subicit. . . Atqui ad hoc naturaliter scitur homo, ut nemini subiectus esse, ut omnia suo agere arbitrio, ut proprio consilio in omnibus velificari velit. Similia Thomaeus scribit. Haec est ergo illorum arguatio. Naturali inclinatione homo se fertur ut nemini subiectus esse velit. Civis libertatis necessarium imperium, & dominium in homines, qui societatem componunt, includit. Ergo naturalis hominum inclinatio societati civili repugnat. Et Pufendorfus, qui ita arguatur, ille ipse est qui in societate, veluti in postlimo iudamento, principia naturalis iuris constituit. Quenam ergo ad istam societatis Pufendorfianae notio? Ut homines brutorum more congenerentur, & impotentes naturae appetitiones lequantur. Et hi sunt, quos sublimis Metaphysicus quidam appellant? Quantum ergo est Pufendorfii, Thomaeus, aliorumque Protestantium sectioe colligere potui, homines illi ingenio quidem valent, sed fatuata, & iudicio laborant: Si quid boni in

scripitionibus eorum occurrit, totum mutari a nostris sunt. Quae illorum sunt propria, si quamdam eruditissimi excipias, inepta sunt, & vana commenta, vix anceillis digna. Ecce quia enimvero non deprehendit vanitatem arguentionis factae? Liber sane homo est; at libertatis illius radix, & ut probavi, principium recta ratio est. Recta autem ratio ordinatum societatem amandam appetendamque proponit. Amat homo libertatem; sed eam libertatem qua praeclaret est. Haec autem libertas, cum sit creata, natura sua subiectionem importat. Natura sua filius subiectus est patri, uxor marito, famulus domino. Societas haec domesticis consistit officioque imperio, & obedientia nequit. Haec eadem ratione patetfamilias civis haec naturalis inclinatione sui, & familiae conservatio-nem cupit. Ergo eadem inclinatione appetit ordinatum libumillionem rectori societatis: amat tranquillitatem, & felicitatem propriam, qua sine gubernatore potiri minime valet. Homo liber est. Audio. Ergo a natura lege, a Dei imperio exemptus? Non ergo natura legibus, non divinis mandatis subiectus homo erit? Libertas haec in saepe natura subiecta nascitur Deo, naturae, & societatis legibus. Falluntur ergo, & quidem graviter. Doctores protestantes, dum libertatis naturam inferunt ex ordinata subiectione ad illas leges sine quibus consistere haec libertas tranquille nequit. Numquid corporis membra aliquid patiuntur detrimentum, quod vi moderatrici substantur? Conferunt vane istorum ratiocinium cum solidis, utaque profunda Metaphysica S. Thomae; qui sua, & per spacia oratione evincit hominem naturae inclinatione ferri in hunc imperandi, parentique ordinem, sine domesticum, sive politicum; & tum nemonem deprehendit quam sint leviculi homines illi, qui omnium antiquiorum doctrina contemp-ta, iuris naturalis & voluntarii scientiam sibi superbiuncule arrogat. Sapienter ergo cum S. Thomae PP. Victoria, & Javello definiunt, civitates, & Respublicas haud esse hominum inventum, sed ipsius naturae rationalis factum.

X. Caetera itaque efficiens proxima civitatis est ipse tactus hominum consensus, a teclara ratione didatus. Plura autem sunt quae ad civilem hanc societatem coeundam impa-rent: ut advertunt post S. Thomae Victoria, & Javello, nempe malorum metus, arrium, commerciorumque necessitas. In civili quoque societate tres hominum classes maxime eminent, mercatorum, militum, iudicum seu

senatorum. Mercatorum, militum, iudicumque quae vite aeternae sunt necessaria; misericorditer est repellant quae sunt perniciosa; leniores rem communem dirigant. M. Tullius Lib. I. offic. cap. xviii. civitatis ordinem optima describit his verbis. Cum hoc sit natura commune omnium animantium, ut habeant societatem procreandi, prima societas in ipso coniugio est, proxima in liberis, deinde una domus, cui sunt communes omnia. Id autem est principium urbis, & quae sit Senatorium Respublica. Sequuntur factum coniunctiones, post consobrionum, sobrinorumque; qui cum una domo caeteri esse possint, in alias domos, tamquam in colonias exeunt. Sequuntur con-tributa, & affinitates, ex quibus etiam plures propinquique, sua propagatio, & iohles origo est Respublicarum. Sanguiis autem coniunctio est Respublicarum devincit caritate homines. Magnis est enim eadem habere morumque maiorem, vident uti facit, sepulchra habere com-muniae. Sed omnium societatum nulla praesertim est, nulla finitior quam eam cum sociis sociis similes sunt familiaritate contrahit. Solus illius Ethnici liber motum, atque vitu-totum documenta continet, quae plus in-lu-totum solas scripturae Aristoteli, Thomae, Cam-briculis, Wolfius, ceterique Protestantibus.

XI. Civitatis forma est summum imperium. Civis finis est bona, tranquillaque vita; quae motum honestate, amore mutuo, iustitia, & requiritur ordine consistit. Illam exterius or-antur honorum, divitiarumque copia, & paz. Plura de civitate simpliciter, & mixte proprie-tatibus scribitur praeter Victoriam, & Javello, Grotius, Pufendorfus, Thomaeus, a-liquique; quae omnia praetereo, utpote nullius ferre momenti.

CAPUT II

De maiestate, seu summa potestate civili. Eiusdem origo, & transgressio. Errori Vi-trianum, Thomae, Pufendorfii, ceterorumque Protestantium vices reselluntur.

habolentur heterodoxi Protestantes. Hae summa potestas a legibus coactivis, exceptis natu-ralibus, & divinis, libera est. Nec pro-terea Reges aliqui impium Principes cele-beres sunt; sed sanam legum directionem, tam-nam non conditioni, subicuntur. Antecessio-rum leges abrogare succellentes valent; ut Grotius ipse advertit Lib. I. cap. xlii. §. 7. Plures maiestati summe perpetuatam adscri-bunt; quod temporaria maiestas non summa, sed praeterea potius dicenda sit. Ad hoc gratis alienatur. Tempus quippe nec privatorum, nec publicorum iurium mensura est; ut ad-vertit laudatus Hugo Grotius loc. cit. §. 11. cui accedit Vitranius Lib. Inst. cap. xlii.

II. Dividunt potestatem summam in abso-lutam, & limitatam. Nulla illa conventione restringitur, quemadmodum illa, saltem quan-tum ad alium & exercitium eiusdem. Altera partito est in partimotalem, absolute pro-prietatis iure sultam; ut illa quae regnum im-perii belli acquiritum possidet: & non patri-moniam, qualis est aqua regnum per legem delatum obtinet. Tertia diviso est in evidem, quae primum iudiciorum utilitatem spectat; & in seipsum, quae primario in im-potentiam commo-dum cedat. Alia denique est electiva, successiva sua.

III. Summe potestatis originem a Deo com-munitur accellunt Scriptores omnes. Idque declarat Salomon Prov. viii. Per me Reges regnant, & Aquae conditores iusta de-creant. Et profecto quemadmodum inferiores Principes a summa maiestate; ita summa maiestas terrana a supremo Rege, Dominio-que destinatum pendens necellum est. His-lud in disputationem vocant cum Theologi, cum isti, si ne a Deo proxime, aut tantum ferre potestas summa? Immediata a Deo habente contendunt plures, quod ab homini-bus neque conuincitur, neque legitime ac-ceptis haberi possit. Omnes enim patrefamilias equals sunt, solusque oeconomica in prop-ria familia potestate fruuntur. Ergo civi-lem politicamque potestatem, qua ipsi ce-ant, conferre alius nequeunt. Tum si potestas summa a communitate, tamquam a superio-re, uni, aut pluribus collata esset, revocari ad naturam eiusdem communitatis posset; cum superior pro arbitrio retractare communi-atum potestatem valeret; quod in magnam so-cietatis detrimentum recideret.

IV. Contra disputant alii, & quidem proba-bilius ac verius, adverteutes, omnem qui-dem potestatem a Deo esse; sed addunt, non transferri in particulares homines immedia-te,

to, sed mediante societatis civitatis. Quod hæc potestas sit immediate, non in aliquo singulari, sed in tota hominum collectione, docet conceptis verbis S. Thomas 1. 2. q. 3. art. 3. ad 2. & q. xlviii. art. 3. quæ inquam Dominicus Soto Lib. 1. q. 1. art. 3. Adelma in Part. q. xviii. art. 3. Covarruvias in præf. cap. 1. Ratio evidens est: quia omnes homines nascuntur liberi, respectu civitatis imperii; ergo nemo in alterum civili potestate potitur. Neque ergo in singulari, neque in aliquo determinato potestas hæc reperitur. Consequitur ergo in tota hominum collectione eandem extare. Quæ potestas non confertur a Deo per aliquam actionem peculiaritatem a creatione distinctam; sed est veluti proprietatis ipsam rectam rationem consequens, quatenus recta ratio præscribit ut homines in unam moraliter congregati expresso, aut tacito consensu modum dirigendo, conservando, propagando que societatis participent.

V. Heine inquit, potentiam residentem in Principe, Repe, vel in pluribus, aut ecclesiasticis, aut plebeis, ab ipsa communitate aut proxime, aut remote proficisci. Nam potestas hæc a Deo immediate non est. Id enim nobis constat peculiari revelatione debere; quemadmodum scimus, Saulem, Davidem quædam a Deo fuisse. Ab ipsa ergo communitate dimanet oportet.

VI. Fallam itaque reputamus opinionem illam quæ aliter, potestatem hanc immediate a Deo confert Regi, Principi, & unico supreme potestati, excluso Republicæ factæ consensu. Quamquam licet hæc verborum potestatem non est. Nam potestas hæc a Deo antequam nature est, generis disposita, & ordinavit ut ipsa Republica pro societatis conversatione, & defensione uni, aut pluribus supremam regimini potestatem conferret. Immo facta designatione imperantis, aut imperantium, potestas hæc a Deo manere dicitur, quatenus iure naturali, & divino tenetur societas ipsa parere imperanti. Quoniam res ipsa Deus ordinavit ut per unum, aut per plures hominum societas regatur. Et hac via omnia conciliantur placita; & oracula Scripturarum vero in sensu exponuntur. Qui resistit potestati, Dei ordinatio resistit. Et iterum: Non est potestas nisi a Deo: ad Rom. xlii. Et Petrus Epist. 1. cap. 11. Subiecti estote omni creature propter Deum, sicut Regi &c. Item Ioan. xix. Non habetis potestatem adversum meculum, nisi tunc datum esse desinet. Quæ, & alia testimonia evincunt, omnia a Deo, ju-

deratore, disposita, & ordinari. At non propterea humanis consilia, & operationes excluduntur; ut sapienter interpretantur S. Augustinus tract. vi. in Ioan. & Lib. xxlii. cont. Faustum cap. xliii. & S. Ioannes Chryostomus hom. xxviii. in Epist. ad Rom. Non est potestas, nisi a Deo. Quid dicit? Ergo omnis Princeps a Deo constituitur? Ipsi non dico. Non enim de quocumque Principe mihi sermo est. Sed de ipsa, id est de ipsa potestate. Quod enim Principatus sunt, quodque non simpliciter, & remota causa ferantur, divina sapientia opus esse dico. Propterea non dicit: Non enim Princeps est nisi a Deo. Sed de re ipsa differit dicens: Non est potestas nisi a Deo.

VII. Quod opponant, potestatem, a communitate collatam, esse revocabilem ad nuntium, nullius momenti est. Nam, si absolute conferatur, nullo revocari modo potest. Si vero pacta, aut conventiones intercedant; servanda hæc sunt, tamquam in bonum societatis adiecta. In regnis successivis primus imperans immediate, ceteri successores mediante a Republica potestate accipiunt.

VIII. Heine colligit, iure nature strictam communitatem esse, summam exercere maiestatem aliqua regimini aut monarchici, aut aristocratici, aut democratici, aut mixti, forma. Quoniam fieri nequit ut multitudine populorum levis moderari Republicam valeat: quia in quolibet negotio singularum expectari placita debent; quod humane conditionis facilitatem excedit.

IX. Hanc controverfiam vix calamo, & redundantis eruditionis copia versat P. Natalis ab Alexandro diff. vi. in lex. xv. & xvi. Sed non pari perspicuitate. Contentid, potestatem regiam immediate a Deo esse. Sed non valde bene confians, inquit: Ex eo quod regni dominatio iure gentium introducit, sicut ecclesiastica potestas &c. Et post pauca subdit: Est regni potestas, condita iure a Deo non sit immutata instituta, sed media hominum electione, qui publicam potestatem, in Republica residentem, in unum transfuderunt; certum nihilominus est potestatem a Deo in genere immediatam originem a Deo habere, & homines in unam primam generis societatem & Republicam sub Adamo Principe condidit. Nemo inquit, potestatem in genere a Deo esse, & postea populi electione, aut consensu, ipsam Principum potestatem a Deo immediate proficisci, populoque iure naturali, divinitus parere supremis potestatis debere. Hoc, & non amplius, licet non ad-

eo loculatore, probare videntur argumenta P. Francisci Victoria in cit. relict. de potestate civili. Quæ omnia evincunt, de voce, non de re, tam acriter disputare Theologos plures hæc in controverfia.

X. Maiestas supremæ, prerogativas, & iura, alia maiora, iure regia interspecifica vocant, utpote a regia potestate inseparabilis; ut sunt conservatio, & defensio Republicæ; alia minorata, seu regalia extrinseca; suntque subditiis, & tributa ad potiora iura expensentur tranquillitatem, & securitatem tam internam, quam externam Republicæ. Huc quippe spectare potestatis summi studia debent; minime vero eo appropriatione Republicam moderantur.

XI. Opponunt cum Machiavello Hornius Lib. II. de civit. Part. 1. sect. 6. & 17. & Vittrarius de sum. potest. illud Reg. 1. cap. xviii. Hoc est ius Regis qui imperaturus est vobis. Fictus vestros tollet, & ponet in servitibus suis, facietque sibi equites, & prætoribus qualiter suorum suorum. . . . Filias quoque vestras faciet sibi conjugiarum, & hereditas, & participas. Agros quoque vestros, & vineas, & alvina optima tollet, & dabit servis suis. Heine Hornius Reges Produs vocat, effutitque, id eos in territorio omni posse quod Deus in universo. Et Vittrarius inquit, an Samuelis VIII. describitur verum ius regium, adfirmant: quia omnes alii ibi designati, nullum nullum continent. Quod commentum adeo abiudicant, ut nec consultatione egeat. Lippia, & tonioribus notum est, Deum ibi abulium regie potestatis describere, & ad pietandam populi temperantem, & scelerata, prædicere pravissima, & oppressiones sub petro lege tenenda. Vera Regis iura describit Deuteronomus XVII. Cuius legis constitutus, non multiplicabit sibi equos. . . . Non habebit uxores plurimas, que alienent animum eius, neque vineas, & qui immensa possidet. . . . describit sibi Deuteronomium legis ius in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus Levitica tribus, & habebit secum, legentique illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & cæceronios eius, que in lege præcepta sunt. Hæc ius Regum prerogativa. In supremo dignitatis fulgore luxum, saltum, superbiam in ordinem redigere temperantque & modellat: fructo legem Dei, studiumque germanam interpretationem a Sacerdotibus accipere, & submissa audire, eaque omnia exequi que lex divina præscribit.

XII. Munia, & prerogative Regis sunt

Rempublicam ab externis defendere, faciemque servare. Heine consurgit ius maiestatis, & pacis, omnibus facultatibus in hunc finem necessariis orantur; videlicet imperandi libertatis, tributa bella & aquæ, iuxta libiditorem bona parvula, imponendi, facienda incendi, eaque omnia peragendi quæ sunt, & securitati Republicæ opportuna iudicaverit. Quod postillimum Regibus Deum incolat in laudato Deuteronomii textu, est, quod legem Dei custodiant, curentque observari a subditiis, verum Deum cultum, sanctamque religionem tantum sectam reponent. Religionem diversitatis populorum animos in partes contrarias, in diffidia, factiones, & rixas trahunt. Ius sacrum quo Principes potuntur, eo tantum pertinet, ut religionis unitatem, cum una sola vera sit, promovcant, Ecclesiam teneant, ordinem sacerdotalem protegant. Contra, Protellantes cœnant, & qualibet religionem, dummodo in se Reipublice non sint, admittendas a Rege tendunt. Nec eror intellectus (inquit Hermannus Kemmerichius in Elem. I. N. & G. Par. II. cap. viii. fol. 238. num. 25.) etiam qui circa religionem admittentur, ut que hæreses omnino novari solent, prævi subditi desunt, modo sub preterito religionis Reipublice non turbetur. Hæc sunt facta protellantes, & Libertas consentient. Quis pro ingenio religionem effingat. Tattari, & Alani, Mundi, & Gorthi, Sarmata, & Cimberi, Torce, Perze, & Indi iura nomina colat, iustique religiones exerceant, quin regia impedit maiestas. Quæ omnia latius explicat Ictopus Petrus Bellinus in Com. Comment. Philosph.

VII. *Hoc Iulianianum ius* per totum imperium legis vim, ipso vivente Iulianiano Imperatore, obtinuit, viginti longè antè imperium intervallo. At, eibente tempore, illius auctoritas decrevit, valdeque dimissa incavit. Sæculo XII. pristinum recuperare splendorem coepit, Lotharii Imperatoris tempore, studio potissimum *Irenæi* qui Comitisse *Mechildis* hortatu & iussu Bononie ius Iulianianum profectus est: quem secuti sunt *Bulgarius*, *Marinus*, *Jacobus*, *Hugo*. Nec modo in Italia scholis, sed in foro ipso magna ius istud auctoritate pollebat. Italia exemplum lecta est Gallia, & Hispania, ut advertit *Seravius ad ff. Exerci. 2. ubi. 34.*

VIII. Quatuor potissimum in partes tribuitur ius Romanum Iulianianum, in Pandectas, Institutiones, Codices, & Novellas. Omnia collecta sunt ex diversis iuribus. Populus simul cum Senatoribus, & Patriciis iussum simul cum Senatoribus, & Patriciis *Plœbiscita*. Senatus ius *Senatus-consulta*, Principis *Principum placita*, Aedilis, Prætorive *Prætorum edicta*, Iſti *Responsa prudentum* edidere. Ex his omnibus coecluit ius Romanum Iulianianum, cui, præter hæc, inserta sunt XIII. edicta a Iulianiano edita proprio motu, & aliorum Imperatorum Novelle constitutiones. *Pandectæ* appellantur alio nomine *Digesta* ab ordine, & forma, lub qua disposita, & digesta sunt. Quandoque etiam dicuntur *Codex iuris auctoritatis*, quoniam in Pandectis, five digestis præ reliquis libris, & leges, & negotiorum definitiones, & iurium artes traduntur. Pandectis triaginta septem Iſti Symbola contulerunt, ex quorum responsis Digestorum leges compactæ fuerunt. Hanc compilationem præterierunt *Trebotianus*, *Constantinus*, *Theophilus*, *Dorotheus*, & alii præclarissimi Iſti anno Christi DXXX. promulgataeque sunt anno DXXXIV. *Digesta* hæc tres in partes tributa sunt. Prima comprehendit *Lih. XXIV.* & vocatur *Digestum vetus*, quod præcedat ceteras partes. Altera includit *Lih. XXV.* usque ad XXXVIII. & dicitur *Digestum inferiorum* seu etiam *inferiarum*, quod inter vetus & novam, medium sit, & leges fortissimas continet. Reliqui libri *Digestum*

novum componunt. Itaque *Digesta* libris quinquaginta comprehenduntur. Citatio legis alicuius ex *Digestis* hoc signo ff. notatur. Car tali signo citentur, ratio nulla præter factum, seu usum. Institutiones, seu instituta sunt iuris compendium, iussu Iulianiano, & studio *Trebotiani*, *Theophili*, & *Donati* scriptæ sunt. Vim iuris obtinent. Quatuor libris, & KCIX. titulis constant, quorum singuli suas habent rubricas.

IX. *Codex*, ut dictum est, alius *Gregorianus*, alius *Hermogenianus*, alius *Theodosianus*, alius *Iulianianus*. Primi duo codices sermone perierant. Theodosianos quasi integer exiit; sed eodem ut Iulianianus venit. *Codex Iulianianus duplex*, *Primes*, & *secundæ lectio*nis. *Prime lectio*nis est ille quem Iulianianus ex codicibus Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano, & aliorum Imperatorum conscriptionibus concinnavit, & Iulianianum nuncupatum, anno Christi DXXX. imperii sui tercio evulgavit; sed vix lucem aspexit, itram interiit. *Codex secundæ*, seu *repetite lectio*nis post laudata volumina ab Imperatore consecutus est anno imperii sui IX. & hic iuris auctoritatem obtinuit; & hic est quem Iſti citant. Distributus est in Libros XII. Tres tamen ultimi, de iure publico agenter, posteriore tempore adiecti sunt.

X. Iſti *Cicilius*, *Antonius Anagninus*, *Conitus* huius codici constitutiones nonnullas adiecerunt, quas, ut spurias, communiter adiecerunt eroditi. *Basilis Macedo* Imperator, ætatis Filias Leo Philosophus novas *Pandectas* condidit in LX. Libros distributas, quos libros *Basilicos* appellant. Numquam tamen nec in Oriente, nec in Occidente vim legis obtinuerunt. Ad solam editionem hodie libri *Basilici* conquiruntur ab illis qui selectas construnt bibliothecas.

XI. *Novellas* Iulianianus suo codici adiecit, quæ sic appellantur, quod novissime post editum codicem eas condiderit, & contineant volumem constitutionum, quas ipse Imperator diversis temporibus pro rerum emergentium occasione edidit; & præter constitutiones continent *Authenticas Collationes novam*, in titulos & capita distributas. Græcæ compositæ fuerunt, paucis exceptis, quæ latine editæ sunt. *Novellæ authenticæ* nomine etiam insigniuntur, ut distinguantur ab Epitome, in quam præfatas Novellas contraxit *Julianus Patriarcha* vir præclarissimus. Quare respectu istius Epitome, *Novellæ authenticæ* titulo donatæ merito sunt. *Authenticum* enim auctoritatem præfert: ideo auctoritatem legis, non Epitome, sed *Novellæ*, unde *legum*

tracta Epitome, obtinere merito debent. *Tredecim* Iulianiani Imperatoris Edicta, & alia Iuliani, & Tiberii Novellis adiecta, nulla potiorum in dirimendis causis auctoritate.

XII. *Recensitis iuris civilis partibus* adiecti sunt libri *Feudorum*. Hæc iura feudalia *iura militaria* olim vocabantur. Alii *Longobardis*, alii Germanis feudorum originem adferunt. Primam collectionem conscripsit *Conslus Mediolanensis*, *Obertus de Otis*, & *Gerhardus Nigro*. Nulla publica sanctorum hæc iura feudalia approbata fuerit; sed tacito generali consensu a sæculo XV. approbationem obtinere. Libri *Feudorum* duo, primo, & secundum. *Conatus* est variis Imperatorum constitutionibus feudalis *quintum* colligi. Plura de his omnibus, quæ paucis perlinxerit, disputant Iſti, sed, quia minus instructo meo consentanea, illa prætereo.

CAPUT V.

De iure canonico, seu Ecclesiastico.

I. *Canon* vox Græca est, quæ latine redidita *regulam* exprimit. Ius itaque canonicum ius regulare est, sic nuncupatum, quod ex canonibus, seu regulis, quas Ecclesia sancivit pro formando Christianorum moribus compactum sit. Hæc ratio etiam ius civile canonicum, seu regulare appellari potest: cum & illud ex regulis pro republicæ, civiumque officiis dirigendis editum fuerit. Verum usus obtinuit solum ut ius ecclesiasticum canonicum appelletur; eo quod respectu & regulas meliores, quæ interdum errata iuris civilis emendant, & finem nobiliorum spectat, & a potestate Iulianiorum proficiunt. Appellatur modo ius *Ecclesiasticum*, quia & disciplina Ecclesiæ regenda deservit, & a potestate Ecclesiæ dimanat. Dicitur etiam ius *pontificum* quod a summis Pontificibus, Christi Domini in terris locum tenentibus, collectum approbatumque pro universali Ecclesiæ regimine fuerit. Denique ius *sacrum* dicitur, tum ratione materie, tum ratione finis, tum ratione principii unde proficiunt.

II. *Explicita* voce, res ipsa definienda est. Porro ius canonicum est ius positivum ab Ecclesiæ catholica conditum approbatumque, seu republica catholica ad pacem, tranquillitatem, iustitiam, æternamque beatitudinem dirigunt. Dicitur ab Ecclesiæ conditum vel in Concilio congregata, vel a Romano Pontifice, tamquam legitimo Capite,

& Christi Domini Vicario, approbatum, vel institutum. Quædam enim decreta seu canones in ipsi Conciliis generalibus constituantur, quæ, approbante Romano Pontifice, vim legis in universali Ecclesia obtinent: & ipsi summæ Pontificis plures decretales, rescripta, & constitutiones condunt, & promulgant, quibus universa Ecclesia subiecta est. Pro catholica republica hoc ius constitutum est: quæ de illis qui foris sunt, Ecclesia non indicat, neque in legibus ecclesiasticis, neque penis coercetur. Denique finis quo ius istud fideles dirigit, divinus est: ideo media præscripta, nempe divinum cultum, acrorum observationem, & cetera omnia que viam ad æternam beatitudinem sternunt. Igitur tam ex principio, quam ex materia quæ præscripta, quam ex universalitate, & fine in quem tendit, ius canonicum iure civili præstantius est. Illud enim a potestate facta, nempe a Christo, Apostolo, eorumque necessariis dimanat. Ius materia spiritualis est: iurisdictionis omnes fides, per universum orbem diffusio, obtingit: & finis tandem est ipsa æterna animarum salus. Contra ius civile a mæra potestate seculari originem accipit: materia quoque terrena est, & temporalis: iurisdictionis intra limites principatus, populi, vel nationis coercetur: finis denique felicitas temporalis est, & civilis tranquillitas.

III. Ius canonicum suam repetit originem ab Apostolis, qui pro Ecclesiæ regimine omnium primi Concilia celebrarunt. Locum primum occupat Hierosolymitanum, anno Christi XXXIV. circiter habitum in domo Marci Iohannis mariti, in quo S. Martinus Apollolomum alio adscribitur est. Alterum similiter Hierosolymitanum ad sedandam Græcorum & Iudæorum querelam, in quo pro Ecclesiæ disciplina Dionysius septem, & plura alia statuta sunt. Tertium convocatum anno Christi LII. similiter Hierosolymis, præcipue ut occurrerent controversiis Antiochiæ exoticis, definiturque, non esse ex Gentibus ad Christum convertos circumcidendos, neque legibus cæremonialibus subiectos, abstinendos ad immelialis simulacrorum, a sanguine, a suffocato, a fornicatione. Quartum denique anno circiter LVIII. idem Hierosolymis tenentur, in quo priores Concilii decreta firmantur, & Iudæis christianam religionem profitentibus usus legalium permissus est ad tempus; damnatioque sepeliendæ debitus honor deferretur: quia, ut supra dictum est, licet post Christi mortem cessaverint legalia; tempus tamen

quo ceperint esse mortifera certo non potest defini.

IV. Hæc sacrorum canonum initia. Plura alia pro Ecclesiæ disciplina constituta sunt. Plura non scripturis, sed cordibus impressa. Plura postea S. Clemens Petri discipulus scriptis consignavit sub titulo *Canonum Apostolicorum*. His adiectæ fuere *Constitutiones apostolicæ*, in octo libros tributa, quæ aliqui ipsi S. Clementi, alii Scriptori locali III. adscribunt. Ut ut res se se habeat, ænum est antiquas esse, & plurima utilia continere documenta; & eisdem Ecclesiæ Græca olim locum legem, & Pontificis habitum. Snam de iurisdictione temporis amiserunt auctoritate, quod ab hæreticis plura fuerunt intrusa; plura adalterata, ut viri eruditissimi antea advertentur. Quare posteriori tempore Ecclesiarum Pastores, vel extra Synodos, & Pontifices Romani plures ediderunt constitutiones, decreta, & canones, quibus occurrentibus controversiis providerent. Quæ omnia literis consignata in immensam creverunt molem, confusionemque non parvam inducebant; cum nullam, nisi temporis, quo edita fuere, ordinem haberent. Quare, ut facilius illorum esset intelligentia, omni confusione sublata, in ordinem digesta fuere, & in unum collecta volumina.

V. Variæ sunt canonum præfatorum collectiones. Decem circiter numerantur. *Prima* adscribitur *Dionysio Exiguo*, Abbati Romano, celebri sexti sæculi Scriptori, *Terentio*, Ecclesiæ Carthagenensibus Diacono. Et hæc collectio *brevisarium* appellatur, quod in ea non exhibebantur, sed citentur canones. *Tertiam* collectionem concinnavit *Martinus Abbas Benedicinus*, & Ecclesiæ Bracarum Episcopus post dimidium sexti sæculi; eamque probavit Concilium Lucense II. anno DLXXII. celebratum. *Alias* collectionis canones plures hoc Decreto inserit Gratianus sub nomine *Martini Papæ*, ut observat Antonius Augustinus Dial. x. & xi. in *Gratianum*. Hoc eodem tempore *quartam* excogitavit *Crescentius Episcopus Africanus*, eamque in *Concordiæ canonum*, seu *Libri canonum*. Collectio hinc quintæ Auctorem aliqui volunt esse *V. Ildarum* Hispanensem Episcopum. Sed hæc opinionem communiter erodit reiciunt: quia collectio istius Auctoris laudat Concilium Tolentanum II. celebratum anno DLXXV. & Concilium VI. habitum anno DCI. XXXI. eisdemque inserit epistolas Gregorii II. & III. qui Pontifices Romanæ Sedi præfuerunt post annum DCC. Sanctus autem Ildorus Hispanensis Episcopus

scopus evivis decessit anno DCXXXVI. Quare verius alii hæc collectionem constatam esse arbitrantur ab *Ildoro Mercatore* Episcopo Sebontensi, dicto *Mercatore* seu *Peccatore*, quo nomine episcopus subscibat. Hic obit anno DCCG. Alii utramque componunt opinionem, contentes S. Ildorum Hispanensem primam hæc collectionem incepisse; eamque subinde ab *Ildoro Peccatore* completam esse, pluribus adiectis epistolis, & canonicis. *Brosardus* seu *Burchardus*, Episcopus Wormatiensis ex Monacho Benedictino alij sumptibus, sextam collectionem ex summorum Pontificum, & Conciliorum decretis, & sanctorum Patrum sententiis compilavit, eamque sub *Decretorum* nomine in XX. Libros distribuit anno MXX. Eodem sæculo *speculum* conficit Cardinalis *Deus deus*, Gregorio VII. summo Pontifice romanæ. Octavam edidit *Aselmus* Marchionis Episcopus Lucensis. Nonæ parentem habet *Isoannem Gullum* Episcopum Carnotensem. Hanc in compendiarii redegit *Hugo Gotalanensis*. Post hæc novem Collectiones prodit tandem *Corpus iuris canonici*, quo hodie Ecclesiæ universa utitur.

VI. Hoc ius canonicum aliud scriptum, aliud consuetudine investum est. Scriptum, aliud commune pro universa Ecclesiâ; aliud peculiare pro aliqua provincia, diocesi, vel communitate editum est. Ius commune aliud est quod legitima auctoritate corpus iuris canonici constituit, in eoque continetur: aliud quod extra illud corpus divagatur; ut sunt plures Decretales dictæ *Extravagantes*.

VII. Hoc corpus iuris canonici tribus voluminibus constat. Primum volumen Decretum *Gratiani* continet in tres partes digestum, quarum prima distinctionibus centum & una constat. Et singule distinctiones divise sunt in *canones*, seu capitula. Comprehendit secundæ xxxvi. *causas*, seu controversias, quarum singule fere comprehendunt plures questiones; & hæc in canones dividuntur, seu capitula. Tertia inscripta est de *Consecratione*, quinque distinctionibus tribus in canones constans.

VIII. *Gratianus* hoc suum Decretum hoc timo inscripsit, *Concordantiam discordantium canonum*; quod in eo simul concillare quorundam canonum contrarietatem, eoque in meliorem ordinem digerere studuit. Opus *Gratiani* maior ex parte constat Conciliorum decretis. Alterum iuris canonici volumen complectitur postillimum *epistolas decretales* summorum Pontificum, & divium est in quinque libros. Tertium volumen divisum est in tres partes. Prima continet librum VI.

Decretalium divisum in quinque libros, non sicut ac alij priores Decretales. Secunda Clementianis a Clemente V. editas, & a Joanne XXII. evulgatas. Tertia Extravagantes comprehendit, quarum plures condidit Ioannes XXII. etaque corpori iuris inseruit. Aliæ extra iuris corpus vagantur.

IX. Pauca nunc de istius iuris canonici auctoritate dicenda occurrunt. Canoniarum non pauci, ut Abbas, Archidiaconus, Tullius, alique, textus omnes Gratianæ legis vim obtinere propugnant. Quoniam, inquit, ab Eugenio III. probatum hoc opus fuit, & tacito aliorum Pontificum assensu firmatum. Sed communior, & vera sententia docet, Decretum Gratianicum vim legis non habere, nec ab aliquo Pontifice unquam probatum fuisse. Legitur in Scholis, quemadmodum Libri sententiarum Petri Lombardi, ob commoditatem collectionis antiquiorum canonum, & sententiarum, que in hoc Decreto habentur. Quare tantum auctoritatis Decreto huic defertur, quantum potuntur documenta, que in eo adducuntur. Singuli ergo canones citati ad suos fontes revocandi sunt, ut inde colligatur, cuius sint ponderis habendi. In hoc autem Decreto habentur textus sacre Scripture, constitutiones Apostolicæ, Conciliorum decreta, sanctorum Patrum sententia, textus alij iuris civilis, sacra historica, & interpretationes eisdem de Gratiano auctoritate polient que possunt extra illud, & in propriis sedibus locata. Textus sacre Scripture suam a Deo auctoritatem habent; & hæc cetera omnia quoque laudantur, a suis auctoribus. Decreta Conciliorum a Conciliis, sententia Patrum a Patribus &c. suam hauriunt auctoritatem. Interpretationes Gratiani sunt Doctoris privati, que si rationis, & communis doctrinæ consonant, admittendæ, sicut reiciendæ sunt.

X. Disputant Canonice, cuiusnam sint auctoritatis *Pales*, Decreto Gratiano adiectæ. Et primum de voce ipsa litem inhiitant. *Pales* iuxta canones fuit Decreto superadditi. *Cor Pales* vocentur, non una est Canoniarum sententia. Alii *Pales* dici contendunt, quod res nullius momenti continent. Idque tolli alicuius ex ipso Gratiano, qui rogatus quid de his additionibus suo Decreto factis sentiret, respondisse fertur, *Pales esse, nec de meo genio*. Alii sufficient, *Pales* dicitur hæc additio ex Gratiani discipulo, dicto *Pales*, seu *Protospales* vel *Pocospales*, aut *Quartospales*, quem Cardinalem fuisse nonnulli sentiunt: cuius studio collectos additos canones ferunt.

Communior sententia nomen istud repetit a Graeco adverbio *ἄνωγ*, id est *insum*, seu *admittens*, quae post editum Decretum ab ipso Gratiano, ab aliis posterioribus scripta fuisse; quae temporis decursu librorum opera, vel intruse fuerunt in Decretum, vel omisae. Et quoniam utiles habite fuerunt, omnia eiusmodi capitula inserta Decreto fuerunt. Antiqua exemplaria non pauca eiusmodi paginas continent. *Palaestra* ista, seu canones, vel capitula sunt *extra*, minoris auctoritatis quam Decretum. Quare examinandis sunt canones illi, & quatenus doctrinae communium non repugnant, admittendi, vel emittendi sunt.

XI. *Isidori Mercatoris* seu *Precatoris* epistolae quas fusa collectio inseruit, ad erigendum vocantur non Canonicis modo, verum etiam eruditores elapsi seculi Scriptores. Legimus illorum Pontificum, sub quorum nominibus referuntur, partes esse propugnanti Franciscus Turrianus, & Severinus Binius, aliique. Sed verior, & communis eruditiorum sententia confectis meritis ab episcopalis iure, & merito accenter.

XII. De secundo volumine Decretalium minor dissentio est. Quamquam enim paucis negent libros istos vim sententiae oppositam defendit. Horum librorum collector suas habuit vicissitudines. Primus compilator fuit *Bernardus Balbus* Episcopus Papiensis. Alteram Compilationem aggressus fuit *Gilbertus Abbas*, & *Alanus* Episcopus Altiodorensis; eamque perfecit *Joannes Vallenstis*, cui inseruit omnes Decretales usque ad Innocentium III. Tertium tribuitur *Bernardo Archidiacono* Compellano, quam curante Innocentio III. abiecit *Petrus Beneventanus* eiusdem Pontificis scriba. *Tancredus Bononiensis* concinnavit quartam ex Decretalibus, quas post duodecimum Pontificatum annuum edidit Innocentius III. & ex Canonibus Concilii Lateranensis, sub eodem Pontifice celebrati. Quintam hanc curavit Honorius III. Haec omnes collectiones, curante Gregorio IX. in unum Pontifice, in ordinem redegit, & in quinque libros distribuit *S. Raymondus de Pennafort* O. P. Et hoc volumen est quod vim legis habet. Excipiuntur tamen nonnullae Decretales; quae contraria consuetudine abrogatae sunt. Interdum canonum contrarietas occurrit, & tunc quando conciliari una nequeunt, posterior standum est.

XIII. Tertium iuris canonici volumen vim quoque legis habere declaravit Bonifacius VIII. Iisdem consecravit *Gualterius* Archiepiscopus Ebreundenis, *Beverginus* Episco-

pus Bertrensis, & *Ricardus de Sines* ex successorem Gregorii IX. Pontificem rescriptis, & Concilio Romano Lugdunensi primi, & secundi decretis.

XIV. Haec pauca delibatae sufficiat. Qui plura cupit, consulat Canonistas, qui & de recentioribus tribus voluminibus, & de Clementinis, atque Extravagantibus plura disputant, quae ab instituto nostro aliena sunt. Unum & alterum verbum de Rubricis. Rubricae vocantur quae praefixa titulis sunt. Quae titulis Decreti Gratiani praefixae occurrunt, vim legis non habere, convenit penes omnes. Contra quae praecedunt titulos, seu capita librorum voluminum, magna sunt auctoritates, quae auctoritate apostolica praefixae sunt. Rubricarum illarum aliae sunt declarativae textus abiectionis ambigunt. Aliae disponent, & determinantes, quandoque amplificantes, & extendunt. Quando itaque aliqua textus ambigunt, aut diversam praesertim intelligentiam, ille privarelyter sensus debet qui Rubricae conformior est. Glossa etiam, licet vim legis non habeat, magnae tamen auctoritatis est.

CAPUT VI.

De potestate legis condenda.

QUE haecenus dicta sunt, satis evincunt, supremas potestates auctoritate legum ferendarum polleere. Haec facultatem sibi Plebanorum, & Videlicet, in discrimen vocantur. *Martinus Lutherus Lib. de capt. babilon.* huc eructat *Clamo fidenter Christianis nihil aliud esse posse imponi legem, sive ab hominibus, sive ab Angelis, nisi ingratum volunt. Liberi enim sumus ab omnibus.* Calvinus, utpote callidior atque acutior, de more veritate suam promittit sententiam. Inquit enim Lib. IV. Insistunt, cap. x. *Huius generis constitutiones impugnavimus animus est, quae in hoc feruntur, ut animas intus coram Deo ligent, & religionem iniiciant, ac si veritas ad salutem necessarias praecipiant.... Haec quaestio plerisque ideo inaspirat, quod inter eos non, ut vocant, & conscientiae forum, non satis subtiliter discernunt. Propter hoc difficultatem arguit, quod Paulus observandum esse magistratui praecipit, non parvo scilicet metu, sed propter conscientiam, non sequitur politicos quoque legibus obstringi conscientias; quod si ita esset, caderet quicquid proximo capite diximus, ac dicturi sumus de spirituali regimine. Haec est doctrina eorum quos.*

quos preclari Iuripublici Lutherici, & Calvinici, ut Proterus, & divinos Reformatores, adorant. Leges istas quae determinant materiam legis divinae praescriptam, admittunt. Leges mere humanas aut penitus rejiciunt, aut contendunt in foro duntaxat exteriori, secus in conscientiae foro obstringere. Et hoc, tanquam iuris publici infirmitates, depreciantur eorum lesari. Sed plura, nunquam tamen satis, diximus supra adversus istorum Reformatorum commenta.

II. Veritas fidei est, supremas potestates facultate legum condendarum infirmatas esse. Nam Christus ipse legem Caesarem de tributo solvendo observari praecipit. *Reddite quae sunt Caesari, Caesari:* Luc. xx. Leges quas servandas inculcat Paulus Apollolus ad Rom. xiii. late a Paganis erant; & tamen, teste eodem Paulo, in conscientia obligabant. Turpiter ergo heresarchae Lutherus, & Calvinus errantur, effutientes humanas leges conscientiam non obstringere. Sed edisserant nobis novi illi sapientes. Leges, in Concilio Hierosolymitano ab Apostolis late, an non obstringebant conscientiam? Quod si legum ab Ecclesia rogatur fidelium conscientias ligantur, ut certum est, quidni & posteriores? Minor ne nunc quam olim Ecclesiae auctoritas?

III. Obiiciunt 1. Deus praecipit nihil addendum legi suae Deuteron. xii. *Quod praecipit tibi dominus, hoc tantum facito, nec addas quicquam, nec minuas.* Et Apostolus Iacobi cap. iv. *Unus est legislator, & iudex, qui potest perire, & liberare.* Respondeo. His & similibus textibus perpetuo abutuntur novatores, qui solidae plebi facum faciunt, ut sua deliria luadere queant. Nihil suae legi addendum Deus iubet quod eisdem contrarium sit, quod eam corrumpat. Quid quod, est Iudeis, tanta legum laetitia onus, ut ventum condere leges tulisset, non propterea hereticum concludi possit, eadem tenent? Christianum prohibitionis? Unus est legislator nosse Deus primas, & supremas; at ille ipse declaravit, se communicasse Principibus terrenis facultatem legum constituendarum pro communis regimine, sive Ecclesiae, sive Principatus.

IV. Obiiciunt 2. Ecclesia non valet quicquam praecipere de fide credendum, quod non sit a Deo revelatum. Ergo neque imponere aliquid sub pena peccati, quod non sit a Deo praescriptum. Accedit quod, si lex humana conscientiam obstringeret, eiusdem obligatiois esset ac divina, eisdemque auctoritatis. Resp. Obiecta paritas fatilis est. Nihil de fide credendum esse, nisi quae a Deo revelata sunt,

Scriptura ipsa testatur, & ratio evincit, quod Deus sit infallibilis auctoritatis, vi cuius praetenduntur esse firmus assensus. At Scriptura ipsa divina declarat, plura pro temporum opportunitate occurrere, quae Principes vel prohibere, vel praecipere valent, pro ut expediens publice subditorum utilitati fuerit. Non minus trivialis, & ridiculosa est argumentatio altera. Lex humana vim obligandi habet ab ipso Deo, vel auctoritate naturae, vel auctoritate gratiae. Ideo lex humana semper est inferior legi divina, a qua suam haurit vim, & auctoritatem.

V. Certum itaque est summam potestatem auctoritate praedita esse ferendi leges. Pauca nunc dicenda occurrunt de personis in quibus haec reposita potestas. Et, ut a supremo omnium Principe initium ducamus, summam Pontifex potestatem a Deo ornatus est ferendi leges spirituales pro universa Ecclesia. Civiles autem leges duntaxat pro provinciis, vel temporali principatu subiectis, ferre valet. In ceteris regni, & provinciarum Principibus, Reges, Imperatores, summa auctoritate potuerunt eas rogandi leges quas politice respiciunt congruas, necessitate estimaverint. Imperator pro toto Imperio, Rex pro universo suo regno, Princeps pro toto principatu, & quilibet civitas non subiecta pro suo territorio leges, subditorum conscientias obstringentes, condere possunt.

VI. Disputant Iuripublici, valet ne Regina leges condere? Conscientiam communitatis, Regimam non coniugatum condere leges posse, non secus, ac Regem. Siquidem quae ratione capax est regni & iurisdictionis, eadem potest leges ferre. Si vero nupta fit, tunc multo astrictius, ad maritum Regem facultatem legum ferendarum pertinere; quod ratione matrimonii uxor in eundem talem transmutatur potestatem. Sed haec opinio nihil falsa est. Regni hereditatem nisi voluntaria ratione, & castissime Regina transferat in maritum, ut matrimonium non sit hoc translatio. Dotem marito dare usoribet; secus suam peculiarem hereditatem. Dignitatem ab uxore maritus participat, appellandusque est Rex. Regimen familiaris, uxoris, & cetera, quae viri sunt, maritus peragere debet; secus regnum, quod uxor Regina possidet, gubernare, dirigere, legesque ferre.

VII. Dictum supra est, summam Pontificem leges ferre posse pro universali Ecclesiae regimine spirituali. Est enim divinum iure Ecclesiae caput. Ergo a Deo potestatem accepit Ecclesiam dirigendi. Nec multis opus est ut hanc confirmemus veritatem; cum innume-

mera sint volumina quibus illa demonstrata, & ab impiis nonis Iudaeis, & Calvinicis asserta est. Porro non iuxta Petro, sed ceteris quoque Apostolis potestatem legendam legum pro Ecclesiis suarum regimine concessam fuisse, ex divinis similiter Scripturis exploratum est. Inquit enim S. Lucas cap. vi. *Elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit.* Quomodo nam vero immediate omnes a Christo Domino electi fuerunt; ita ab eodem potestatem legendam Ecclesiarum acceperunt. Constituit illos Principes super universam terram, & denuntiavit illis: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos; Ioan. xx. & omnibus dixit: Quodcumque ligaveritis super terram, erit &c. Matth. xviii. & S. Paulus I. Cor. vi. Nescitis, quia Angeli iudicabunt, quae magis saecularia? Si Principes, si Rectores supremos Ecclesiae suae Rempitor divinus Apostolos constituit; necesse illisdem conlinit iurisdictionem illam quae iuxta est supremam potestati.*

VIII. Verum quia Christus IESUS, qui est ipsa sapientia Patria, optime ordinatae suam insinuit republicam, ipsam sub uno capite, seu unicum dilectam sponfam, delegit, omni schismate, & divisione sublata, atque a Petro supremo Principe, suoque Vicario pendere ceteros Apostolos voluit. Si enim ipsi supremi fuissent, nulla ordinatio subiecti, schismata inter hos necessario exorta fuissent: nec ordinis, & iurisdictionis unitatem servasset; atque adeo nec una dilecta, immacolata, & sancta, sed plures existissent sponae. Petro ergo, & eius successoribus data est potestas universalis in totam Ecclesiam. Et ideo sola Petri Cathedra semper appellatur Apostolica, ob prerogativam perpetuam a Christo illi collatam. Et quales vocantur Apostoli, quia reipfa habebant potestatem universalem in universum orbem, in quem disperserunt: necdum enim dicecesses, intra quarum confinia limitanda potestas esset, instituta erant. Idcirco limitata singulari potestas necessaria tum temporis erant, semper tamen ad caput supremum ordine servato. Quamobrem Petrus poterat ceterorum Apostolorum leges temperare, & moderari. Fundata, & aucta Ecclesia, atque in suas partia dicecesses, vel ipse optimi regiminis ordo pollularet, ne unus in alterius dicecessim falcem mittat, sed ut quaeque suae excolendae vineae operam navet. Quotique reipublicae recte instituta aline est, iuris, alius progressus, & incrementi modus regendi. Episcopi ergo Apostolis succedant in Episcopatu, sicut in Apostolatu; seu, ad hos non transit

potestas universalis qua instructi Apostoli erant, sed limitata intra propria dicecessa confinia, sic exigente optimi regiminis & unitatis ordine. Haec omnia penes Catholicos certa sunt.

IX. Quod in disputationem Theologi vocant, est, num Episcopi immediate a Christo, an a summo Pontifice potestatem iurisdictionis accipiant in suas Ecclesias? Duo tamen inter eos certa sunt. Primum, iurisdictionem Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, sive a Pontifice summo, sive a Christo derivatam, subiectam esse capiti Ecclesiae. Alterum, Episcopos in sua dicecesi ferre leges posse, nulla perita a Pontifice facultate. Nihil tamen pro universa Ecclesia statuerent valent, nisi leges quae universalis Ecclesiae regimen spectant, aut limitate, aut extendere. Nihil ergo in fidei controversiis nihil in universalibus ieiuniis, & aliis legibus universalibus mutare, aut alterare possunt. Quibus possit.

X. Duplex est sententia. Prima asserit, hanc potestatem iurisdictionis Episcopos a Pontifice immediate accipere: quia regimen Ecclesiae monarchicum est: ergo ad unum revocari caput debet. Hoc autem fieri nequit, nisi ab hoc uno capite pronant in omnes inferiores Rectores potestas iurisdictionis. Quam sententiam confirmare student auctoritate S. Thomae in IV. dist. xx. quest. 1. art. 4. *Papa habet plenitudinem potestatis pontificalis quasi Rex in regno; Episcopi autem assumuntur in partem sollicitudinis, quasi iudices singulis civitatibus praesitit.* Verum ex hac auctoritate non aliud concluditur, nisi quod Episcopi, veluti membra, a capite pendent, eique subiecti sint, ut unum cum capite morale corpus constituant; minime vero quod ab hoc capite potestatem accipiant, ut in corpore physico contingit. Siquidem impletus Christus Dominus, & caput, & membra delegit, & omnibus, servato subiectiois ordine, potestatem necessariam contulit. Quare secunda sententia docet, hanc iurisdictionis potestatem Episcopos immediate a Christo Domino accipere. Quoniam Episcopi sunt Apostolorum successores. Eorum dignitas & officium ex Christi institutione est. *Posuit eos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei, A.B. xx. Si illos Rectores Ecclesiarum Spiritus sanctus insinuit: ergo ad eodem potestatem dirigendi Ecclesias suas acceperunt. Non per Petrum, seu mediante Petro, in eos regimen derivavit Ecclesiarum; sed illismetipso regere Ecclesiam destinavit.* Ergo immediate contrahit illis eam potestatem

tem

tem quae Ecclesiarum regimini necessaria est.

XI. Si res ipsa spectetur, sive una, sive altera sententia praevaleret, perinde fere est. Nam certum est in omnium sententia, hanc Episcoporum potestatem a Christo Domino proficisci. Certum quoque est, in potestate Pontificis haud esse Episcoporum sine hac potestate insistere. Dissidium tamen eo recidit, utrum Christus, seu Petrus, an, hoc medio respectu, in Episcopos suam derivaverit potestatem. Quod sane dissidium, ut mea minima praefert opinio, tanti non est, ut eadem prolixius debeat. Ceteroquin in utraque sententia ordo unitatis, & subiectiois peroptime servatur. Quoniam Pontifex summus corrigere errantes Episcopos, eorumdem leges, Ecclesiae bono repugnantes, abrogare, potestatis exercitium, si Ecclesiae utilitas posulerit, exercere, & ea omnia quae in bonum commune cadunt, constituit valeat.

XII. Praeter Pontifices summos, & Episcopos singulos, legum condendarum potestatem pro universa Ecclesia, fruuntur in primis Concilia generalia, ut ex Apostolorum Actis cap. xv. planum est; neque negari abique errore in fide id valet. Disputator duritaxat, habeant ne leges istae, ab oecumenico Concilio late, vim obligandi ante Pontificis confirmationem. Adfirmant plures; sed communiter, & mihi verior sententia docet absolute loquendo necessarium esse summi Pontificis confirmationem, ut praefatae leges vim obligandi Ecclesiam obtineant, quando Pontifex ipse Concilio non praesentat. Tunc enim leges praesentatae confirmant, nisi contradicant. Id est, & unitatis ordo, & perpetua consuetudo, optima legum interpretis, suadent. Siquidem in omni republica optime ordinatae leges universales a capite potissimum obtinere approbationem debent. Exemplum omnibus Conciliis imitandum praetulit primum oecumenicum Concilium Nicaenum, in cuius synodica epistola ad Sylvestrum summum Pontificem haec habentur. *Quidquid constitutum in Concilio Nicaeno, praecuram, vestri oris confirmato confirmetur.*

XIII. Quomodo nam Concilia generalia pro universa Ecclesia, sic Concilia nationalia, quae a Primatibus convocantur, quibus interveniunt Archiepiscopi, & Episcopi pro tota natione, & provincialia, a Metropolitana Suffraganeae celebrata, pro universa provincia; & dicecesana, quae ab Episcopo cum suis Parochis, Abbatibus, & Decanis fieri solent, pro tota dicecesi ferre leges valent. Quae leges vim obligandi subditos fideles

continuo ac promulgatae sunt, obtinere; quia potestatis confirmationis opus sit. Habent enim propriam, & innascentiam caput, in quo obligandi potestatem obtinent. Si tamen quid dissilium communi doctrinae continerent, eadem abrogandi, aut corrigendi Pontifex summus facultate potitur, ratione illi divini primatus, atque adeo iurisdictionis in universam Ecclesiam. Haec consequitur, leges Concilii provincialia, a summo Pontifice confirmatas, in Ecclesia obligandi vim habere; si tamen declarat reipfa eiusmodi leges extendendas ad universam Ecclesiam esse; secus, si absolute, nullaque adiecta declaratione, Concilium, sive nationale, sive provinciale, sive dicecesanum, confirmat. Tum enim leges confirmatae nationis, provinciae, dicecessis subditos devincunt.

XIV. Quae, nisi quae declarantibus Sacrae Congregationis Cardinalium? Habent ne vim legis? Respondet. Omnes adfirmant eisdem declarationes summi momenti esse, maximoque in pretio habendas. Num autem vim legis habeant, ita ut non tantum in casu particulari desinno, sed in aliis quoque similibus obligent, in utraque partem Theologi disputant. Prima sententia negat, quod eisdem declarationes quae communiter circumferuntur, promulgatae solummodo non sunt; quomodo nam promulgatae leges debent. Ergo legum prerogativa earent. Adfirmat altera sententia, oppositio mixta fundamenta, quod leges noviter conditae promulgatae egent, fecerit legum declarationes.

XV. Diffinitioe opus est. Si eiusmodi declarationes coram Pontifice discutiantur, estque Pontifex approbet, confirmet, & promulgari in urbe esse iubet, & a Praefecto Congregationis sigillo munite procedant, tum vim legis habent. Contra, si a solis Cardinalibus, inconsulto Papa, facte sint, tum vim legis non habent. Ut legis interpretatio vim legis obtineat, prodeat ab ipso legislatore necessum est.

XVI. Capitulum Ecclesiae cathedralis, mortuo Episcopo, condere leges obligant; valet, quae tandem abrogantur, donec fuisse ab Episcopo successore abrogatae. Capitulum enim Ecclesiae cathedralis succedit Episcopo mortuo in regimine tum spiritualium, tum temporalium bonorum. Regimini autem consistere absque iurisdictione nonquit.

XVII. Tandem Ordinibus Regularium ad est instituendum legum potestas tum ratione voti obedientiae, tum ratione iurisdictionis a Pontifice concessa. Quae leges, ut vim obligandi habeant, a Sede apostolica con-

fir.

firmate esse debent. Penes quae personas haec condendarum legum potestas residet, a cuiusque religionis instituto pendet. In aliquo Ordine, ut in rebus Praedicatorum, Iohannis Capitulum generale haec potest facultate, & haec quidem limitatio, quod ter confirmata a tribus immediatis generalibus Capitulis sanctio sit, ut vim legis obtineat. Quamvis quoque tamen Religionum Superiorum praecipua graviter obligantia edere valeant, quibus parere sub gravi culpa libidini astringuntur.

CAPUT VII.

De personis quae legum humanarum observationi subdita sunt.

Quest. I. Principes supremi astringuntur ne leges a se latae ferantur & edantur. Primum omnium diversitas imperantium distinguenda est. Nam quando Imperium dividitur in Respublicam, sive Aristocraticam, sive Democraticam, dubio procul legum observatio alicui sunt eadem illi qui praesident, ut Duces in Senatu, Episcopi in Conciliis. Omnes enim funt partes illius corporis, & linguae toti sunt subiectae. Legum quoque ratio diversa est. Nam aliae sunt quae aequae Principem, ac subditos debeat, ut leges ferendam, precandam, aequitatis servandae, aliae quae subditis, sicut Principibus, conveniant, ut quae iussum in immediatos, pompae, luxuriae, & cetera id genus videntur. Sermo nunc est de primis, scilicet de secundis legibus.

II. Principes supremi, ut Pontifices summi, Reges, & ceteri legumlatoris astringuntur vi directiva servare leges a se latis, sicut vi coactiva. Ita docet S. Thomas 1. 2. quae. xcvi. art. 5. ad 3. *Principes dicitur esse solutus a lege quantum ad vim coactivam legis: nullus enim proprie cogitur a seipso. Lex autem non habet vim coactivam, nisi ex Principis potestate. Sic igitur Principes dicitur esse solutus a lege, quia nullus in seipsum potest iudicium condemnationis ferre, si contra legem agat. Unde super illud Psalmi. I. Tibi soli peccavi &c. dicit Christus, quod Rex non habet hominem qui sua iudicet: Sed quantum ad vim directivam legis Principes subditi legum propria voluntate, secundum quod dicitur contra de Const. cap. Cum omnes. Quod quilibet iuris in alterum statuit, ipse eodem iure uti debet. Et Sapientis dicitur auctoritas: Patere legem quam ipse tuleris.... Imperator etiam hic a Domino. Qui dicant, &*

non faciant, & qui alius onera gravia imponunt, de ipsi nec digito voluit ea movere, ut dicitur Hierem. xxxiii. Unde quantum ad Deum iudicium Principes non esse solutos ad vim quantum ad vim directivam eius, sed debere voluntatem, non coactum, legem implere. Esi etiam Principes supra legem in quantum ad expediens fuerit, potest legem mutare, & in ea dispensare pro loco, & tempore.

III. Disputant Theologi, undenam lege Principum obligatio proficiatur. Dominicus Soto Lib. I. quae. vi. art. 7. Vasquez 1. 2. disp. cxxxv. cap. vii. Aravus 1. 2. quae. xcvi. disp. lxx. scilicet 5. Martinez Tom. II. quae. xcvi. art. 5. dub. 1. concl. 2. & alii plures iullunt, obligationem hanc consequi legem ipsam. Quamobrem alicuius peccare mortaliter ipsam iuramentum proficere, nisi noceret: Horas canonicas, audiam Sacram, ferret ieiunia, legitimam dispensatione, quae tempore rationabilem causam postulat, fabulari. Quoniam, ut omnes fatentur, Principes vi directiva legis subiectus est: ergo legem violans in materia gravi peccat mortaliter contra illam virtutem in qua legem transgreditur.

IV. PP. Salmanticensis tract. II. cap. 111. quae. 3. num. 40. se nunquam intelligere potuisse fatentur, quomodo legislator valeat per ipsam legem obligari: quia lex est imperium superioris, & nemo in seipsum potest iuramentum exercere potest: quoniam par in parem non habet imperium. Reiciunt adverte sententiae rationes. Principes, inquit, neque ut Dei ministri, & per virtutem ab ipso receptam, se abstringere vult, alioquin & Sacerdos posset seipsum absolvere. Item, si Principes subiecti legis directivi essent, penes quoque subire deberet: quod non concedunt Auctores adverte sententiae. Et concludunt num. 42. Principes ex sola congruitate, proficiunt ex iure naturali, legum a se latorum observatio alicuius esse. Quamobrem non peccare illos mortaliter contra leges a se latis, etiam in materia gravi violatas, probabile putant Iohannes Patres, praecilo scandalo. Pro qua opinione citant Bonacinum, Dianam, Woodum, Azorium, Rodriguez, & Castropalium. Eam quoque amplectitur P. Claudius La-Croix Lib. I. cap. 11. num. 695.

V. Haec opinio fallis mihi est, varique ratione tunc quibus nititur. Recta ratio supra Principes & Legislatores omnes dominat. Haec parere Principes omnes debent. Ad haec recta ratio lex omnis iusta dimanant. Haec recta & suprema ratio, quod bono communit expediat, quid repugnet, deimit,

legisque condit. Quid ergo obstruunt? Par in parem non habet imperium? Supremum ratio parum non habet; sed omnibus imperio. Haec recta ratio principium est iuris naturae: de iure ab ipso naturae iure proficere aliter vim illam quae legibus Principes obligat. Rationale quae opponuntur, nempe Sacerdotium non posse abolvere seipsum, vane sunt. Nam divina est, & supernaturalis lex abolitionis, in quam nullam habet Sacerdos potestatem; sed illa ut iuxta Deum praescripsum debet. Vis directiva illa est quae sub culpa obstruit. Coactiva potestas praesupponit culpam. Si igitur iuxta Salmanticensis legem dirigendi potestatem Principes debent, hi legi obligari ad culpam subiecti sunt; cum lex, quatenus dirigens & praecipiens est, astringat sub culpa. Vis coactiva adicitur: quia homines lege plus peccat quam culpa videntur. A lege itaque personali solvi Principes vult, minime a lege dirigente, seu praecipiente sub culpa. Paucis verbis hanc doctrinam expresse Angelicus inquit: *Unde, quantum ad Deum iudicium Principes non esse solutos a lege quantum ad vim directivam eius: sed debent voluntatem, non coactum, legem implere.* Divino ergo iudicio tenentur Principes legem implere. Peccat igitur, & quidem graviter; hi in materia gravi legem a se latis transgreditur. Immo ergo Salmanticensis portari in suas partes audent. Thomam, dum auctor non peccat graviter Principem, praecilo scandalo. Sumptum ergo debent, in quibusdam rebus, dum Principes videlicet legum violatores. Quoniam exemplo subditis praere debent Principes, qui Regis ad exemplum totus composuit ordo. Severissima obnoxio Christi in Pharisaeos, quam S. Thomas suae doctrine inseruit, luculentius confirmat sententiam nostram. Si subditi scandalum patiuntur, dum vidant Principes legum violare leges; consequitur, communit alicuius sententiam esse, Principes legibus esse subiectos.

VI. Omnes tandem fatentur, teneri Principes servare leges rerum pretia taxantes: quia iure naturae haec servari debent. Item leges irritantes alicuius contractum: quia ius naturae ubi ut contentiones sint aequales, repugnatque iuri naturali ut una pars contractum leat, locus alteri, subiecta sit. Potest tamen Principes ex rationabili causa se cum in lege dispensare, ut dictum est. Quare, si Principes testamentum condiderit, omnis solemnitate praescriptis a legibus quae ipse rogavit, validum esset: quia praesentium est, se voluisse ab eisdem, dispensatio-

ne media, liberare. Principes itaque servare quantum ad Deum iudicium leges tenentur a liberandis latis penes in transgressores latis sunt. Uxores Principum non secus ac alii subditi, legibus praere obstruuntur.

VII. Quae. II. *Sunt ne poeri legentis legibus subiecti?* Respondeo. P. Claudius La-Croix Lib. I. cap. 11. num. 696. ceteri Butlerbaum cum multis aliis pro sententia adfirmant; & pro sententia negante Dianam, Castropalium, Burghabrum, & alios: concluduntque more suo *Utraque sententia est factis probabilis.* Non vero, quibus haec scribentibus ratio displicet, dicimus, legibus omnium alicuius pro tempore congruo quo committere praesumit, quos lumine rationis persolvat esse. Ceterum, si aliquibus poeri iam illud ante septennium alicuius, hi eisdem legi dictata debent. Hoc lumine persolvat ante septennium peccant, si leges violant. Quis ergo peccant, si leges ecclesiasticas violant? Si, completo septennio, illa rationis violent, a peccato excusantur, quod libertate nisi delicti: ergo si ante septennium ipsa sint lumine rationis illustrati, atque adeo liberate praesumant, legibus servandis alicuius erunt. Completo vero septennio, illucione rationis lumine tenentur confiteri, audire Sacram, abstinere a carnibus: ut satis in explicandis Ecclesiae praecipis dictum est.

VIII. Quae. III. *Quomodo infideles, amenitates, etiam a legum observatione excusantur?* Respondeo. Infideles legibus, si lux naturae non sunt, quia nullam in eisdem Ecclesia iurisdictionem habet. Ametentes vero, etiam, alitque inimici comprehendi sint subiecti; sed a lege excusantur ab amenitate, vel ignorantiam, aut infirmitatem. Heic colligitur, minime peccate eos qui amenitates, puerilique ante rationis aequae carnes portant comedendas diebus ebullitis, a Missa audienda retrahunt diebus festis, qui penes ante teptennium, utaque rationis inducent in monasteria Sanchimonialium. Peccant tamen qui infideles, aut amentes adultos in monasteria praere introducent. Quoniam, est amentes, vel infideles non sunt leges eiu modi observationi alicui; tamen, quia ex coramdem ingreffi eadem alicuius contempnunt, ac si legibus servandis obnoxio essent; iudicio quo eisdem illuc ingredi curant, graviter delinquent.

IX. Quae. IV. *Tenentur ne Clerici patres legibus excusantur?* Respondeo. P. Claudius La-Croix loc. cit. num. 698. pro sententia adfirmantem referat Castropalium; & pro negan-

te Suarez, Vaquez, Azorium, Filioleum, Laymann, Bolebaum, & alios, afferentes probabilitatem non obligari. Vis Probabilitatis ubique fertur.

X. Salvo privilegio exemptionis, Clerici subiecti sunt legibus civilibus: quia sunt membra republicae, & veri cives. Scriptura ipsa divina eodem subicit Principum legibus, ut ex verbis Pauli Apostoli ad Roman. 13. colligitur: *Omnia anima potestibus subalternis subdita sit.* Quod testimonium deponit Theodoratus: *Et sacerdotes, & Antistes, & monasteria citam professus, ut debent parere quibus demandati sunt principatus.* Doctorina isthac absolute vera est. Hinc tamen doctrina isthac absolute non minus Clerici immunitatis ecclesiasticae privilegio fruuntur. Quae immunitas alieni maior, alicubi minor est. Ideo quique hae patrie consuetudinem consulere debet.

XI. Quæst. V. Peregrini, & advena subiecti non sunt legibus sue patrie, & locorum per quae transeunt? Respondet. Peregrini dicuntur qui a loco proprii domicilii recedunt redeundi animo. Vixi nullibi sedem fixam habent. Advenæ & forenses in uno loco domicilium habent; in alio habitant. Certum est peregrinum, advenam, forensium, ad aliquem locum accedentem animo ibi perpetuo manendi, continuo eisdem loci legibus obnoxium esse: quia tunc in loca eisdem loci sit. Similiter qui animo manendi majori anni parte accedunt ad aliquem locum, ut scholasticus universitatis, illius loci legibus subiecti sunt, & eisdem forum sortuntur, & parochiam. Certum quoque est, quando leges eadem sunt in propria patria, & in loco per quem advenæ, & peregrini transeunt, aliterni eiusmodi peregrinos, & advenas illarum legum observationi. Certum tandem est advenas, & peregrinos debere illas leges locorum servare quae spectant contractuum, testamentorum, matrimoniorum solemnitatem, & illarum quarum transgressio detrimentum inferri locis, per quem fit transitus, habitantibus.

XII. Quæst. VI. Peregrini, advenæ, & forenses obnoxii non sunt legibus loci per quem transeunt sine animo ibidem commorandi, si manent ubique, aut ibidem diu? Resp. In duas oppositas opiniones divisi Auctores sunt. P. Viva quæst. 131. art. 3. n. 6. laudat Suarez, Salas, Castropalman, Lessium, & alios apud Dianam, insistentes, illos teneri, maxime si ibi permanent sint aliquot diebus. Subdit continuo, se probabiliter iudicare sententiam Sanchez, Bonacina, &

Azorii: quia brevis mora non est sufficiens ad iniciendam advenam hanc obligationem. PP. Salmanticenses tract. 11. cap. 111. quæst. 5. §. 1. nom. 56. referunt per prima sententiam plures præter laudatos Theologos. Sed n. 58. addunt: *Quantum dicta sententia sit probabilis, non minus est probabilis sententia negans.*

XIII. Nostra sententia est, eiusmodi peregrinos, advenæque obnoxios legum locorum, per quae transeunt, observationi. Quoniam id tranquillitatis, ordini, & quieti, optimoque regimini pollicia expedit. Advenæ sententia exleges efficit eiusmodi advenas, peregrinos, & forenses. Nam propria patrie legibus non sunt subiecti, neque locorum per quae transeunt. Edeles ergo sunt diebus præstatis respectu civilis, & ecclesiastici regimini. Quid quod S. Ambrosius quoniam illationem hanc definitivè, ut habetur ex epist. cxviii. apud S. Augustinum: *Cum Romanam venio, sabbatum ieiunio: cum Mediolanensem, non ieiunio. Sic & ita, ad quancunque Ecclesiam veneris, eius morem serva, sicut quum non vis esse scandaloso, neque quancunque ibi. Quæ auctoritas refertur dist. xx. cap. 111. & Glossa animadvertit heinc dimanasse hos verus:*

Cum fueris Romæ, Romano vivito more: Cum fueris sibi, vivito sicut ibi.

 tionem.* Etiam in his propositionibus de in-
 terioribus animæ subiectus sermo est. Ex more
 ritque, & consuetudine Ecclesie constat, in-
 terius animæ regimen potestati Ecclesie sub-
 iectum esse.

XVIII. Rationes quoque idem evincunt.
 Nam Ecclesie regimen societatem non mere
 humanam, & civitatem moderatur, sed chris-
 tianam; que, ut talis, ad finem supernaturalem,
 & divinum tendit. Illius finis salutis

eterna est. Huius finis proportionata sunt mediis
 necessariis est. Ergo summum Pastor cuius est
 animas in hæc finem dirigere, potestate in-
 structus est præscribere ea que hinc finem com-
 plectendo idonea sunt. Porro actus interiores
 potissima omnia sunt que viam ad hunc asse-
 quendum finem sermant. Ergo qui respere,
 & docere in hunc finem animas debet, præ-
 scripta media præcipere, aut vetare potest, prout
 cognoant, aut obtant eadem nisi aliquando
 futuris esset potestas in finem, si nihil in me-
 dia iuris haberet.

XIX. Quæ omnia iterum præ Ecclesie
 confirmantur. Nam reipia Ecclesia præcipit
 attentionem interiore orationi necessariam.
 Et, licet attentio hæc orationi vocali con-
 nexa sit, non apparet cur Ecclesia præcipere
 nequit meditationem mere internam per
 horam plus, minusve. Et reipia non præcipit
 Regulæ exercitii spiritualia, quæ potissi-
 mum in meditationibus fieri solent. Præcipit
 regulares reipia obligant subditos ad actus
 internos, ut ad Sacrificii Missæ applica-
 tionem, ad orationem mentalem. Quid quod
 Regulares vi voti obedientie voluntatem adhibent
 Prelati, non solum quantum ad actus
 exteriores, sed etiam quantum ad actus
 interiores? Et vi illius voti plura habere Pre-
 lati subditis possunt que interiorum anime
 moderationem spectant.

XX. Quæ contra obicere solent, hæc revo-
 cantur. Ecclesia ea præcipere, aut vetare
 potest de quibus indicandi potestatem habet.
 Sed Ecclesia de occultis animi internis motibus
 iudicare nequit. Ergo neque de eisdem
 ferre legem valet. Resp. Negat consequens
 actus internus nequit iudicium ferre, utrum
 actus internus reipia elicitur nec ne sit, aut
 bene vel male exercetur. Idcirco iudicium
 contentiolum infirmum, penamque a iure præ-
 scriptam infligere propter eundem actus Ec-
 clesia nequit. Factum illud Ecclesia igno-
 rat; & ideo reipia hoc factum, prout igno-
 ratum, non potest pœna ferre. Ecclesia ve-
 ro præcipit interiore meditationem, atten-
 tionem, idque genus similia, & prohibetque
 contraria, quorum malitiam, aut bonitatem
 evidenter cognoscit. Quare non quod igno-
 rat, sed quod manifeste comprehendit, lu-
 bet exequendum, aut vitandum. Ex quo
 animæ nescit, utrum reipia subditis id præ-
 scriberet, an liceret; Idcirco in eandem iudicium
 contentiolum non infirmat. Neque illius
 occultati facti cognitio necessaria est, ut id
 præcipiat aut vetetur quod locum in iura
 clare scimus bonum, aut malum esse. A
 iustore disputatione abstinere quoniam, ut ex
 utra-

utriusque sententia examine collegi, diffi-
 dium potius de vice quam de re est. Nam
 que necesse, ab Ecclesia præcipi, utriusque
 sententia Auctores fatentur. Sed Auctores
 sententiam negantis Ecclesie potestatem in
 actus internos, dicunt, ideo iure præcipi
 omnia indicata officia ab Ecclesia, quia
 connexta per se sunt cum exterioribus acti-
 bus. Alii contendunt, Ecclesiam eadem præ-
 cipere, aut prohibere posse, nullo etiam ad
 hæc connexionem respectu habito. Verum,
 si res penitus inspicitur, vix quidquam
 Ecclesia præcipit quod non sit cum exte-
 riore regimine aliquo modo coniunctum. Quare
 disputatio tanti non est, ut salus displicenda
 sit.

XXI. Quæst. IV. *Potest ut Ecclesia præ-
 cipere, saltem indirecte actus internos cum ex-
 ternis connextos?* Resp. Triplex differentia
 actuum, Alii sunt mere interni; alii exteri
 tantum; alii mixti ex utriusque. Menda-
 cium mixtum est ex interno iudicio aliter ab
 eo quod verba produnt, indicante, & ex
 prolatione externa verborum. Confessio la-
 sacramentalis componitur tam ex manifesta
 externa profectionum, tum ex interiore
 dolore. Alii distinguunt duplicem connextio-
 nem actus internos inter & externos. Pri-
 mam dicunt per se, in qua actus interior est
 veluti forma exterioris in genere moris, &
 virtutis. Sic est attentio ad orationem ex-
 teriorem, consensus interior ad contrahen-
 dum matrimonium, celebrandum que m-
 ber contrahum, intentio iniuncti ad bap-
 tizandum. Aliam vocant per accidens, in qua
 actus exterior absolute nullam dicit cum
 interiore connextionem; sed mere concomi-
 tantem ad illum se habet. Caramuel, de mo-
 re laxiora promovens, negavit Ecclesiam
 posse præcipere actus externos propter actus
 mere internos. Quapropter negat, Superio-
 rem posse vetare accellum ad talem domum
 nullatenus, ob evitandum consensum internum
 in adhibendum. Quam erroream opinionem
 late constat illius adversarius P. Cardenas
 scrip. ut. d. sp. xxv. Sed nec existantiam me-
 ritur opinio omnibus improbat, & præstus
 inepta, & regimini ecclesiastico perniciosa.
 Ratio Caramuelis vana est. Qui nequit finem
 mere præcipere, neque media potest: quæ
 media specificantur a fine. Lex humana non
 habet potestatem in actus mere internos,
 qui sunt sine actu exteriorum. Ergo ne-
 que externos præcipere valet. Præmo pro-
 positio erronea est. Nam Ecclesia non habet
 potestatem in sacramenta, & alia, que iuris
 divini sunt; & tamen plures ritus & cere-

monias præscribit que ordinantur ad sacra-
 menta, & ad ea que iuris divini sunt, tan-
 quam ad finem. Quare communis est omnium
 Theologorum sententia, posse Ecclesiam præ-
 cipere actus exteriores, connextos cum in-
 terioribus; & connextos potestatem inter-
 lectam eisdem concedant in actus interiores.
 Siquidem, licet actus externus ordinetur ad
 internam, ab eoque, tanquam a fine,
 speciem capiat; tamen non propterea de-
 finit esse externus. Ergo manet sub regimi-
 ni exteriori Ecclesie. Non est itaque sur
 Ecclesia illam præcipere nequit, etiam potestatem
 directam in actus internos non ha-
 beret. Porro forma & essentia moris plu-
 rium actuum exteriorum sunt ipsi actus in-
 terni. Ergo Ecclesia quæ præcipere directe
 actus externos valet, indirecte interiores ita
 imperat.

XXII. Quæst. V. *Præcipit ne Ecclesia va-
 let actus externos occultos?* Resp. Adfirmant
 communiter omnes. Quapropter, quantum ex-
 terni sunt, sub potestate Ecclesie cadunt,
 utpote sensibiles, & humane discutibiles, &
 iudicii capaces. Quod autem occultum sit,
 relictumque cognitionem fugiant, per acci-
 dens est. Pollant enim in publicam cogniti-
 onem venire: & hoc fat est utrumque po-
 testati subiectum. Quapropter forma, &
 adtertia, homicidia, sodomitæ, & cetera iudicio
 delecta, quamquam occultissima, legisla-
 tores humani punire valent. Nec est quod
 opponas, non posse legislatorem ea prohibere
 que nequit iudicare: quoniam eiusmodi delicta
 indicare natura sua valet; licet quando-
 que per accidens, ob tælium defectum, iu-
 dicium exerceri nequeat.

CAPUT III.

*De legis humane obligatione. Unde eiusdem cog-
 nitionis obligatio. Intra ne sit oportet, ut ob-
 stringat. Quia de legibus inuicem. Plures
 hæc de re quaestiones.*

I. Legem naturalem, divinamque naturæ
 supra est. De legis humane obligatione in
 præsentia sermonem instituis. Legem
 hæc, dummodo iusta sit, obligare, & ven-
 titas fidei est, quam declarat Apollolus Paulus
 ad Rom. xii. *Omnis animus potestatis
 subijctionibus subiectus sit: non est enim potestas
 nisi a Deo: que autem sunt, a Deo ordinantur
 sunt: itaque qui resistit potestati, Dei iustitiam
 resistit. Qui autem resistunt, sibi ipsi*

amittere. Sed hæc responsio non videtur omnino solida: quia vera poena culpam supponit, ut omnes fatentur. Addunt obligare Prælatos sub culpa, ut poenam tantam in legibus transgressores infligant; & hi sub culpa debent poenam ferre, seu poenitentiam precipiant a constitutionibus. Responsa hæc tubulosa essugia mihi videntur, ut præfatis constitutionibus vera legis notio tribuatur. Sint nec ne veræ leges, quid videt? Si dicamus, eiusmodi constitutiones veras; & in toto rigido sensu leges non esse, aliquid ne deperdunt? Minus ne subditos affringunt? Nequaquam. Dicamus ergo constitutiones esse, quæ veram legis rationem non habent: quæ neque ad culpam natura sua obligant, neque veram poenam, quæ culpam precedat, imponunt. Sapientes Ordinum Insuperiores & dignos gravæ tot legum ad culpam obligantium onere prædilectissime nolumus. Ne vero hinc Religiosi eisdem negligendi, aut violandi anam arripere; immo, ut intelligerent, quanta diligentia implende essent, cuilibet transgressioni poenitentiam prescripserunt. Nec ideo, sicut optime advertit B. Humbertus Ord. Præd. Magister Generalis in commentariis ad S. Angulini regulam, his sanctionibus vim obstringendi sub culpa ademerunt, ut minus solliciti & diligenter fervarentur, sed ut tranquillitate conscientiarum providerent. Ut autem hanc suam disciplinam aliquo temperant rigore, poenitentias transgressores iubeundas taxant, & contemptoresque ad culpam damnant. Et qui in more habent erumdem laxitatem violationem, in gravi culpa periculo reperiuntur. Hæc parte aliquam legis rationem participant; et altera a vera legum natura recedunt. Itaque mera consilia non sunt, nec veræ omnino leges; sed constitutiones quæ ad leges revocantur. Et, ad hoc quod attinet, forsitan plerique fatentur.

IV. Quæst. I. *Leges iustis pariter obligantur.* Hæc tenens de legitimis iustis. Nunc breviter displicendum, quam pariam iniuste leges obligationem. Et primum omnium, unde lex aliqua iniusta dicitur, edisserendum est. S. Thomas 1. 2. quæst. xvi. art. 4. ut declarat, quæ lex sit iniusta, explicat prerogativas legis iustæ; & per oppositionem ad leges iustas legem iniustitiam constituit, inquit ergo: *Dicitur namque lex iniusta, inquit, quando scilicet ordinatur ad bonum commune.* & ex aliis, quando scilicet lex lata vim excedit potestatem ferentis; & ex forma, quando scilicet secundum equalitatem proportionis imponitur subditis cetera in ordine ad bonum

com-

commune; & ex altiore, quando scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis; & ex forma, quando scilicet secundum equalitatem proportionis imponitur subditis cetera in ordine ad bonum commune. Cui enim tanta boni sui pars multitudini, quilibet homo hoc ipsum quod est, & quod iustus, est multitudini; sunt quilibet pars id quod est, est totius. Unde & natura aliqum detrimentum in se pati, ut saltem totum. Et secundum hoc leges, huiusmodi cetera proportionaliter inferent, iuste sunt, & obligant in foro conscientie, & sunt leges legales. Iustitia autem sunt leges dupliæ. Uno modo per contrarietatem ad bonum humanum & contractio predictis: vel ex se, sicut cum aliquis præfatus leges imponit oneratas subditis, non pertinentes ad utilitatem communem, sed magis ad propriam cupiditatem, vel gloriam; vel etiam ex altiore; sicut cum aliquis legem fert ultra sui communitatem potestatem; vel etiam ex forma, puta cum irregulariter ordinatur dispensatur, etiam quædam ad bonum commune. Et huiusmodi magis sunt violentiæ quam leges: quia, sicut Augustinus dicit, ... Lex esse non videtur, quæ iusto non fuerit. Unde tales leges non obligant in foro conscientie, nisi forte propter vitandam scandalum, vel turbationem; propter quod etiam homo iuri suo debet cedere, secundum illud Matth. v. Qui arguerit te in mille passis, vende cum eo alia duo; & qui altulerit tibi iuramentum, da ei & passum.

Alio modo leges possunt esse iniuste per contrarietatem ad bonum divinum, sicut leges tyrannorum inducentes ad idololatram, vel ad peccatum aliud, quod sit contra legem divinam. Et tales leges nullo modo sunt obligatorie, sicut dicitur Act. iv. Obediite oportet Deo magis quam hominibus.

V. Adæ laudatæ est angelica doctrina, ut nulla egeat interpretatione. Leges iniuste sunt vel ex contrarietate ad bonum commune, vel ex fine; vel ex forma, ob iniquitatem onerum distributionem; aut ex legislatore, quatenus limites eius potestatis excedunt; & tandem ex oppositione ad bonum divinum, ut quando Principes, sive tyranni, leges legitimi, quidquam iubent quod sit contra legem divinam. Lex iniusta contra legem divinam nunquam servanda est. Lex humana iniusta similiter absolute servanda non est. Ac accidere potest ut inobedientiam scandalum pariat, & non vitandi scandalum causa obediatur leges subditi debent.

VI. Quæst. II. *Leges iuste tyrannorum servandæ non sunt?* Resp. Duplici ratione tyrannus nunciari quis potest, regimine, & usur-

patione. Iustus primi tyranni leges servandas esse ceterum est. Tyrannus quippe eiusmodi legitimus Princeps est, tyrannidique notam sibi ob onera iniusta, leges vero boni communi adversantes, siveque faventes cupiditati. Ob ista vero iniusta statuta principum non exiunt; sed legitimam rationem possident, quia iustus condere leges valet. Tyrannus regni usurpatione aut leges fert, antequam regnum pacifice possideat, & domi populi arma adhuc adversus eum fringit; & cum nullæ sunt eisdem leges, tamen iuste, ex defectu legitime potestatis. Aut leges fert, postquam pacifice regnum usurpatione possidet, populo sive ex imbecillitate, sive alia ratione contentente, illamque, ut Regem, aut Principem suscipiente; & tum leges ab eodem late, si iuste sint, servari debent. Peccat tyrannus usurpando, & retinendo regnum iniuste usurpationem. Contentente plures Theologi, peccare quoque eiusmodi tyrannum leges iniuste utriusque reipublice ferendo, eo quod potestatem careat esse ferendi, & reipublica coacte, non licet contentente in eisdem tyrannidem. Sed veritas alii propugnant, peccare quidem illum usurpando, & retinendo regnum, ut quædam legitima prescripctione illud possideat; secus vero leges iuste ferendo in reipublice bonum. Quoniam, licet reipublica coacte contentente in usurpationem tyrannicam; hæc tamen posita, contentente ut lapsus iustus, & iustis dirigatur, quia necessario legum moderationis indiget.

VII. Quæst. III. *Unde colligenda sit generis obligatio legi?* Resp. Obligatio legis est voluntas legislatoris, & voluntas legislatoris est eisdem verba colligenda est. Verba autem que imperium, & præceptum legislatoris produunt, communiter sunt sequentia: *Iubeo, mando, precipio, volumus, decernimus, intendimus, obligamus omnes, tenemus, debent, oportet, necesse est.* Eiusmodi voces expriment vim legis iustitiam. Legis vero prohibentis obligationem produunt sequentia verba: *Prohibeo, veto, interdictio, nemini liceat, nemo possit, caveant omnes, abstineant &c.* P. Claudius La-Grève Lib. 1. de leg. num. 656. contendit, eiusmodi verba, *volumus, ordinamus, sancimus, statuimus*, per se non prætere gravem obligationem, sed indifferentia esse ad legem, *consilium, exhortationem, regulam.* Quæ interpretatio falsa est. Subdit continuo num. 657. verbum oportet non importare imperium, sed honestatem & convenientiam; iudicet domine Sanchez, Tapia, & alii. Sed neque hæc inter-

pre-

precepto consistit. *Opertes* idem sonat ac necessarium est. Necessitatem inquit, non convenientiam tantum prodit. Quare fines interpretaciones exequilia effugia videntur ad eludendas leges. De more Auditor ille congerit varias hinc de re opinionem, saluo sollicitudinis sit. Quasi dicendum sit, quando verba ambigua, & dubia sunt, infra reformam. In presentia tum communi Theologorum consensu dicuntur, verum consuetudinem regionis, in qua lata fuit lex, optimum esse interpretem. Materia gravitatis, necessest mali vitandi, temporum conditio, & alia similes circumstantiæ plurimum conferant ad eruendam gravem legis obligationem. Verbum imperativum in legibus Pontificis, & in decretis Conciliorum vim præcepti præfert, ut communitur Theologi docent.

VIII. Quæst. IV. *Unde colligendum sit, legem sub mortali, aut sub veniali obligare?* Resp. Didum est, omnem veram legem sub culpa obligare. Hæc culpa aut mortalis, aut venialis esse potest. Undenam ergo hæc ab illis distinguemus? P. Suarez *Lib. III. cap. xxv. num. 3.* ex intentione legislatoris id erui posse contendit. Negat alii, quia, si materia præcepta levis omnino sit, nequit legislator pro sua voluntate eam gravi affectare obligatione. Alii defendunt ex gravitate materie deducendum hoc esse. Sed contra pugnant plures, inquit, legislatorum materiam gravem sub levi præscribere obligatione posse. Alii dicunt, colligendam hanc obligationem, esse ex verborum *visio, præcepto*. Sed hæc quoque interpretationem ceteri rejiciunt, ut fallam. Nam eodem modo prohibentur, non *machabæus, non occides, ac non mentiris, ut advertunt Salmanticenses Tract. XI. de legibus cap. 11. punct. 1. num. 15.* Quare optime concludunt perdocti viri, ex pluribus colligendam esse obligationem, aut gravem, aut levem, nempe ex gravitate materie, ex verborum efficacia, ex pœne impositione, ex intentione legislatoris. Ne multa. Quando materia natura sua gravis est, & verbis propriis legis præcipitur, nisi expresse legislator declaret, se velle sub culpa tantum levi, concludendum est, legem gravem, & sub mortali obstringere liberos. Verba autem propria legum supra recitavimus. Hæc est vera, & communis sententia, quam docent Dominicus Soto *Lib. I. de iust. quæst. vi. art. IV. Aravius 1. 2. qu. xcv. art. 11. dub. 1. concl. 4.* Salmanticenses *Tract. X. cap. 11. punct. 1. n. 16.* & alii.

IX. Quæst. V. *Valet ne legislator præcipere materiam levem sub gravi culpa?* Resp. Materia que sit omnino levis, nequit a legislator sub gravi culpa præscribi. Voluntas legislatoris recta ratione in terenda lege dirigi debet. Recta autem ratio iubet ut gravitiori materie obligationis gravitas respondeat. Ergo materia ulquequoque levis respuit obligationem gravem. Si contra materia que absolute spectata levis est, comparata ad aliquem finem, gravem induat circumstantiam aliquam, tum sub gravi culpa prohiberi a legislator potest. Sic Deus levem nomi celebrationem Adamo prohibuit, ut eundem obsequium erga suum supremum Dominum expectaretur. Et inter Claustrales læpe præcepta sunt de re absolute considerata levi, que ob aliquem finem gravitatis circumstantia afficitur, & apta fit ut graviter prohibeatur, ut imperetur.

X. Quæst. VI. *Materia respice gravem potest ne a legislator sub levi obligatione imponi, aut prohiberi?* Resp. Duplex negat hæc quaesitio. Responsum sententia. Negat altera absolutè. Quoniam ad ponendam obligationem in tenore voluntas legislatoris requiritur. Qualitas vero obligationis ex materie levis, aut gravis qualitate defendenda est. Obligatio enim proprietas legis est, que a voluntate legislatoris, facta hypotheli quod condere is legem velit, minime pendet. Ergo quemadmodum nequit legislator levem sub gravi, ita neque gravem sub levi obligatione præcipere materiam valer. Pro hæc sententia sunt Dominicus Soto *Lib. I. quæst. vi. art. IV. Valquez 1. 2. Tom. II. disp. cclviii. cap. 11. num. 17.* Bellarminus *Tom. I. part. II. contro. v. lib. III. cap. 11. Tapia Lib. IV. quæst. ix. art. 11. memb. 6.* Gregorius Tract. 1. 2. quæst. xciv. *dub. vi. conclus. 2.* Becanus *Tom. II. tract. 111. cap. vi.* & alii plures. Oppositam sententiam defendunt Salmanticenses *tract. XI. cap. 11. punct. 11. §. 1.* & præcedem laudant Lessius, *Auditor, Gordonium, Bonacium, Dianam, Pálam, Sanchez,* & alios. Eamque evincere contendunt tum ratione, quod quantitas major aut minor obligationis a voluntate pendat legislatoris; tum exemplis plurium laetorum Ordinum, in quorum regulis res gravissimæ, ut perpetua a carnibus abstinencia, septem mensium ieiunia, & cetera eadem sub levi culpa, ut in primitiva Regula Carmelitarum, præscribuntur.

XI. *Nostra sententia mihi aridet: idcirco mediam inter utramque seligo, & dico legislatorum non posse pro arbitrio augere, vel min-*

nuere legis obligationem. Quare, si materia levi subiecta sit omni ex parte gravis, nullæque adit circumstantia, in cuius evadit levi, tum legislator nequit pro voluntate materiam gravem legi subiectam præcipere sub levi culpa. Potest forte, aut non leve legem veluti, verum positio quod condere legem velit, iuxta materie gravitatem temperate obligationem debet. E contrario, si materia, aliunde gravis ob aliquam circumstantiam gravem, possit obligationem levem, tum legislator sub levi præscribere materiam gravem poterit. Diximus quippe *num. præced.* rationalem esse debere legislatoris voluntatem. Porro recta ratio præscribit ut legum rigor pro circumstantiarum varietate temperetur, augeaturve. Tranquillitas conscientiarum, & multitudine consiliorum in causa facit cur SS. Ordinum Patriarchæ aut sub levi culpa, aut sub sola pœna res, aliquam materiam, præscriberent. Gravitatis, aut levitatis materis ex ordine ad bonum commune consideratur, & prout magis, aut minus conducit bono communi, graviori, aut leviori obligatione præscribi a legislatore debet. Sic explicatam sententiam nemo improbare iure valet.

XII. Quæst. VII. *Quoniam sunt regule, unde colligi materia gravitas debet?* Resp. Prima est. Quando res præcepta Dei, aut Primæ caritatem, aut iustitiam spectat, & in hunc finem conducit absolute, sub gravi culpa obligat. Quoniam officia que ledunt caritatem, iustitiamque, mortem animæ inferunt. Hinc conflat, res hæc humanas que Deum amandam a credendum, sperandum, colendum, aut proximi dilectionem, iustitiam, atque legum divinarum observationem præscribitur, genere suo sub mortali obligare. Altera regula iam supra indicata est. Leges, aut præcepta que leves materias iubent, spectanda sunt ut comparata ad bonum commune, & finem earundem legum. Finis legis ecclesiasticæ est animarum æterna salus. Legis moralis finis proximus est trium virtutum observantia. Finis legis civilis est pax, & tranquillitas subditorum. Que ergo materia hæc aliquid ad hoc conducunt, graviter obligant, etiam absolute, & circumstantiis præcis, res levis essent. Que vero temote, & parum in hunc finem conferunt, leviter obligant. Porro, quando a legislatore, a Prælato res ipsa sub gravi obligatione res aliquam leves præcipitur, credendum est, nisi eviderent ratio evincere oppositum, magis pro præceptam ad finem, & bonum commune societatis conducere.

Quando inique Regularium Prælati veant ingredi in cellam alterius fratris, in talem feminarum domum, aut scandalum vitandis, tum legislator nequit pro voluntate materiam gravem legi subiectam præcipere sub levi culpa. Potest forte, aut non leve legem veluti, verum positio quod condere legem velit, iuxta materie gravitatem temperate obligationem debet. E contrario, si materia, aliunde gravis ob aliquam circumstantiam gravem, possit obligationem levem, tum legislator sub levi præscribere materiam gravem poterit. Diximus quippe *num. præced.* rationalem esse debere legislatoris voluntatem. Porro recta ratio præscribit ut legum rigor pro circumstantiarum varietate temperetur, augeaturve. Tranquillitas conscientiarum, & multitudine consiliorum in causa facit cur SS. Ordinum Patriarchæ aut sub levi culpa, aut sub sola pœna res, aliquam materiam, præscriberent. Gravitatis, aut levitatis materis ex ordine ad bonum commune consideratur, & prout magis, aut minus conducit bono communi, graviori, aut leviori obligatione præscribi a legislatore debet. Sic explicatam sententiam nemo improbare iure valet.

XIII. Quæst. VIII. *Quoniam sunt materia le-*

vis

vis per continuationem fiat gravis? Respond. Quoties materie parvitates moraliter coniunguntur inter se, tunc componunt materiam gravem; quando & contrario inter se moraliter non ununtur, tunc non gravem materiam, sed magnum multitudinem, & pluralitatem efficiunt. At inquire, unde colligendum sit, materie parvitates inter se moraliter coniungi. Respondet id colligi potissimum ex effectu, quem parant. Si enim materie parvitates multiplicatae gravem aliquem effectum inferant, tum moraliter coniunguntur inter se: disparate quippe multiplicat effectum; ac unam gravem non producant. Exemplis res datur evadere. In die ieiunii repetita functiones alicuius cibi in se parva quantitates moraliter ununtur. Cur? Quia, licet absolute parvae sint praefate cibi quantitates, tamen simul acceptae constant materiam gravem; & moraliter coniunguntur ad effectum quem producent in corpore humano iubeocho tempore. Frustraneum quippe illa die repetita illa functiones parvi cibi efficerent ieiunium. Similiter qui eodem festivo die lapsus laboraret parvis temporis intervallis, quae temporis intervalla motum constituerent temporis partem, graviter peccaret: quia illa temporis intervalla respectu eisdem festi moraliter coniunguntur. Materie parvitates in genere iustitiae moraliter ununtur, etiam respectu diversorum. Quandoquidem licet parva foras, quibus ad hoc surripitur obolus, ab altero duo solli, ab altero medius iulius &c. nulli persone gravem effectum, seu damnum inferant; tamen gravem effectum inducunt in accipientem, nempe retentionem rei alienae in magna quantitate: quae retentio indebitum restitutionis. Hac ratione venditores mercium, qui plures emptores defraudant parvis quantitatibus, licet nemo eorum gravem grave damnum lubeat, grave commodum asequuntur: idcirco in ultima parva quantitate, ex qua unita aliis parvis quantitatibus coalescit materia gravis, praefati venditores graviter peccant. Porro iure parvae illae quantitates moraliter ununtur, si ad eandem personam utantur; ut quando ab eodem homine parvae res surripit, quae simul accedunt magnam constant quantitate: quia tum duplici ex parte moraliiter furiosa ununtur, & propter damnum illarum illi persone, & propter effectum in accipiente solidum, retentionem nempe rei alienae in gravi quantitate. Quare interdum, dum parva bona alicui surripuntur, non tot parvitates requiruntur ad materiam gravem conflandam,

quot requirerentur, si a diversis personis, quantum nulla fabret grave detrimentum, parva bona surripere.

XIV. Quaesit. IX. Quando interrumpi reportari materiae parvitates debent? Resp. Trialunt principia, unde debet colligi interruptio & separatio parvarum rerum. Temporis intervallum, conditio praecipi, diversitas personarum. Si diversis diebus etiam parvam cibum quantitatem sumas, tamen singulis id praestes diebus, non propterea parvae illae quantitates moraliter ununtur, quoniam ieiunium diei onus est. Similiter, si diversis diebus festivis parvulis temporis morali laborares, vel diversis diebus quodcumque officii divini omitteres, licet ex partibus illis simul sumptis gravis coalesceret materia, non propterea peccares moraliter: quia morali nexu parvitates illae haud coniunguntur. Praceptorum quoque diversitas moralem partem continuationem abrumpt. Diebus festivis Quadragesimae modicum officii partem omittis, modicae cibi quantitates sumis, modicae temporis parte laboras. Parvitates illae nulla morali nexu copulantur ob praecceptorum diversitatem. Similiter, quando plures homines, nulla gravis conspiratione, consilio, adhortatione, vel cognitione, sed sortito casu ex eodem ieiunio, ex eadem vinea quiddam surripere, licet grave detrimentum domino inferrent, nemo illorum peccaret mortaliter: quia nulla inter eos conjunctio foret, in hypothetico facta quod abique iura adhorratione, vel scientia, singuli parvam surripere portionem.

XV. Ps. Salimantienensis tract. XI. capit. 1. par. 11. §. 2. num. 31. docent, cum quis consideret, effugere in causa ut plures homines parvam cibi quantitatem sumerent, parvae temporis morali laborarent, vel exigua bona surripere, non peccare graviter, quod ob personarum diversitatem partes illae nullo modo coniunguntur. Laudant per hoc opinionem *Castropalaum, Tapani, Suarez*. Hac doctrina mihi haudquaquam probatur. Quoniam, licet respectu diversorum hominum partes illae disparate omnino sint, & nemo illorum ob hanc rationem moraliter peccet; tamen, ut mea praefert opinio, respectu consulentis, qui causa est omnibus praefatis hominibus comedendis, laborandis, furandis parvas quantitates, partes illae moraliter coniunguntur: quia in hac omnes partes ille in se habet. Qui vero pluribus feris diebus festis aliquod magnum opus efficiendum, vel magnam pecuniam quantitatem surripere, vel ingentem pilam die ieiunii pro collatione co-

me-

medendum imperaret, hac cautione sane versura, ut singuli modicum tantum partem exequendum sumerent, letaliter non peccarent? Haec mihi absurda videntur. Idcirco alio, hunc mortaliter peccare: quia ipse revera suo consilio, & influxu materiam gravem, ex parvis partibus moraliter comparatam, ad veritas recentia praeccepta ponere. Qui sub initium Quadragesimae deliberaret singulis diebus parvam cibi quantitatem extra prandium, & collationem comedere, illum graviter non peccare, docent laudati Theologi; quod ratione diversorum dierum partes illae moraliter non coniunguntur. Peccet nec ne moraliter mihi later, & bilances desunt, quibus gradualiter ponderem. Ceterum hunc ego non absolverem, nisi primum deponeret propositum. Qui his technis circumvenire Dei legem student, negotium salutaris parum curant, & minus licere cum divino legislatore causam agant.

XVI. Quaesit. X. Quandoquidem violatio legis in materia parvae est contemptus mortalis exadit? Resp. Dupliciter contemptum distinguit S. Thomas in 1^a 2^a dist. 14. art. 3. quae. 1. 1. Alter est universalis, cuius legis transgressioni communitas: qui enim legem transgreditur, legem contemnit. At contemptus iste non constituit speciale peccatum a legis transgressionem distinctum. Alter est peculiaris, qui formalis nuncupatur. Contemptus iste respicit legis iudicium, quia & legem, & eius legislatorem parvipendit. Legem violat quia legem alpernat, illamque rejicit, ut inutilem. Qui vero aliqua passione abreptus contra legem peccat, tunc non est contemptus, sed ex infirmitate legem infringit. Tunc aliquis transgreditur (sicut S. Thomas 2. 2. quae. 14. art. 9. ad 3.) ut contemptus, quod voluntas eius renuit subirei ordinationi legis vel regulae: Et ex hoc procedit ad faciendam contra legem, vel regulam. Quare autem & converso propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam, vel iram, inducitur ad aliquod faciendum contra statuta legis, vel regulae, non peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa: Etiam si frequenter ex eadem causa, vel alia simili peccatum iteret.... Frequentia tamen peccati dispositura inducit ad contemptum. Ex hac peccandi frequentia leges contemptum Theologi colligunt, non formalem & expressum, sed interpretativum. Contemptum hunc silius nos exposuimus in *Disquisitione Apostolicae Monasticae dist. v. Qui violat legem huius divinam, sive humanam ex contemptu formalem, aut legislatoris in materia quantumvis parva, semper*

Caus. Theol. Tom. VI.

peccat mortaliter: quia illius peccati obiectum formale non est materia parvitas, sed legis, aut legislatoris contemptus. Porro quod contemptio legislatoris divini sit grave licet, nemini vel dubitatio in mentem venit: Legislatorum autem humanus, quantum legislator, Deum representat, cum omnis potestas a Deo sit. Ergo eisdem quoque contemptio gravis est.

XVII. Distingueda est contemptio legis, & legislatoris a contemptu rei praecceptae. Quis transgreditur legem quia rem praecceptam parvipendit, & nullius momenti illam reputat: si res parva sit, venialiter, si gravis, mortaliter peccat. Distinguitur similiter Theologi contemptum legislatoris, seu superioris, non ut superior est, sed ut homo est. Et hunc non esse proprie contemptum docent. Quare, inquit, si quis refugeret exequi imperium, non quatenus imperium est, sed quatenus in hac materia est inutile: & despicere superiorem, non ut superiorem, sed ut hominem inopudentem, inodiosum, ineptum; tunc non peccare hunc peccatum contemptus formalis, sed peccatum communitate dictum, plus minusve, iuxta maiorem aut minorem materiam gravitatem, aut superioris despectionem, ascendit. Doctrina haec, periculis plena est. In superioribus non potestas conditio, non peculiaris merita, sed personae quia a Deo dimanant, spectanda est. Et ego quidem existimo, raro accidere peccatum formalem contemptum; at non adeo rara, sed frequentia occurrere timo peccata contemptus virtualis, qui interpretativi, quem continuata legum transgressio dispositura inducit, ut inquit Angelicus.

CAPUT VI.

De legis parvitate obligatione ante, & post sententiam iudicis.

I. LEX parvitas a poena quam imponit, nomen sibi: & distinguitur a mortalitate, quae conscientiam stringit, nulla adiectione transgressioibus poena. Lex ista duplex. Altera simplex, seu pura poena, quae nullo imposto praeccepto, dumtaxat poenam subeundam decernit; puta, si quis frumenta detraherit, aut introdixerit, si quis arma detulerit, tantum poenam solvet. Lex parvitas mixta, decernit, & poenam includit: Praecipium, cuiusmodi sub tali poena, ne hoc fiat.

II. Poena alia passiva, ut pecuniarum solutio, flagellatio, mutilatio &c. Alia privativa, quae aliquo bono transgressores privat,

Q

vant,

vant, et excommunicatio, irregularitas, & hanc Navatri sententiam propugnat eum eodem Diana: quia, inquit, potest Republica obligare transgressores legum ad poenam sustinendam; quin obligat ad culpam. Sic potest custodibus in bello lub poena vite imponi vigilia; qui obliquant sub mortali ad vigilandum. Nequedicit, subdit, peccare eum mortaliter qui vite periculo se le exponit. Nam, ut notat Diana, potest aliquis tam caute legem transgredi, ut non subita periculo, ut deponatur. Ubique doctrina Diana recurrit. Quo ergo legationes sunt feliciores, Quam huc Diana doctrina & recte rationi, & Principum potestati, & tranquillitati Republice repugnat, nemo non videt.

III. Quæst. I. Undenam argui potest legem poenalem mixtam obligare sub gravi culpa? Resp. Leges alie ecclesiasticæ, alie civiles. Primum de illis, post de his dicendum est. Leges ecclesiasticæ, quæ aliquid prescribunt sub excommunicationis maioris poenæ, semper obligant sub gravi culpa. Quoniam hæc excommunicatio non infligitur, neque contrahitur, nisi ob peccatum mortale; ut communitate docent omnes. Quæ vero adiecit poenam excommunicationis minoris, ut illius poenæ non inferatur, transgressorem legem esse mortalem, quia ob culpam tantalem contrahi poena ista valet. Attendenda ergo est materia gravitas, vel paritas, quæ legi subiectam; si materia præscripta gravis sit, transgressio mortalis; si levis materia, levis violatio erit; ut committere docent omnes. Alias censuras irregularitatis, suspensionis, interditi laras in leges negant alii Theologi signa esse obligationis sub gravi culpa. Sed, opinione ista nulla, obicimus, penam recitatis nunquam a legatore infligi, nisi ob culpam gravem; idemque dicendum de degradatione, depositione, & seclis privatione. Hæc omnia manifeste indicant, voluntatem legislatoris gravem imponere obligationem. Præfate quippe poenæ magnis bonis spiritualibus privant transgressores. Leges autem ecclesiasticæ quæ etiam poenæ infligunt, mixtæ sunt, includuntque præcepta positiva adhibitis poenæ, quæ vincunt, legatorem summo iudicio legem observantiam velle.

IV. Quæst. II. Poenæ temporales, sufficiat a lege poenali, sunt ne sufficientes hinc obligatio sub gravi culpa? Resp. Martinus Navatri in *lib. cap. xxviii. num. 55.* prius omnino docuit, nullam legem poenalem si ve ecclesiasticam, si ve civilem, quæ temporales poenas infligit, in conscientia obligare. P. Dominicus Viva Tom. I. de *leg. quæst. iv. art. 2.* referens hanc opinionem inquit: *Probabiliter tamen sententia Navaræ, Costar. Reginald. Palai, & aliorum apud Dianam, Hæbrah, apud Dianam, passim P. Viva utitur,*

& hanc Navatri sententiam propugnat eum eodem Diana: quia, inquit, potest Republica obligare transgressores legum ad poenam sustinendam; quin obligat ad culpam. Sic potest custodibus in bello lub poena vite imponi vigilia; qui obliquant sub mortali ad vigilandum. Nequedicit, subdit, peccare eum mortaliter qui vite periculo se le exponit. Nam, ut notat Diana, potest aliquis tam caute legem transgredi, ut non subita periculo, ut deponatur. Ubique doctrina Diana recurrit. Quo ergo legationes sunt feliciores, Quam huc Diana doctrina & recte rationi, & Principum potestati, & tranquillitati Republice repugnat, nemo non videt.

V. Ut propositæ quaestiones perspicue respondeam, dico primum, leges poenales mixtas; quæ verbis, præscriptis, inobtemperantiam, & veritas, &c. quædam imponunt poenandum, vitandamque, obligare in conscientia sub gravi culpa. Et ratio evidens est. Nam dicunt leges sub gravi culpa obligant, licet gravissimas infligant poenas. Leges omnes quæ præceptiva vocant, obligant in conscientia. Ergo si ultra præcepta poenas adiecit, gravior se obstringere subditos legislatores declarat. Quare sententia Navatri, qui ait, *leges humanas etiam præceptivæ non obligare ad poenam æternam*, nullo modo probabilis est: & rationes quas allegat, nullius sunt momenti. Nam quod opponit, odia esse restringenda, verum habet, sed iuxta rationis & equitatis regulas. Quod subdit, Principes non cogit de culpa, postquam sola poenarum severitate & exemplum moderari, vanum commentum est. Nam theologi Principes de culpa poenæ æternæ nihil cogitabant. Et tamen Apollolus Paulus clamat his patendum esse propter eos *constitutum*. Consuetudo quam allegat Navatri, & contra eamdem urget, eum communis Theologorum sententia oppositum defendat: nec consuetudo ex transgressorum multitudine, led ex doctrina sana, & sanctorum hominum auctoritate sumenda est.

VI. Dissidium est de lege poenali, quando videlicet legislator poenam imponat verbis præceptivibus, adhibeatque verba, *statim, ordinamus* &c. PP. Salmanticensis *lib. i. cap. 11. punct. 3. §. i. num. 51.* docent, legem *pure poenalem* non obligare in conscientia. Advertunt tamen expiendias esse leges quæ pretium rerum taxant, aut aliquod aliud debitum solvendum præscribunt: quia etiam leges non obligant in poe-

penales, sed prout declarant, & expriment obligationem legis naturalis. Quamvis constitutio non emittent: quia legislator potest obligare ad solam poenam. Ergo ad hanc solam legem adstringere subditos dicendum est, quod præceptum non adiecit. Et laudant pro hac opinione Sanchez, Castropalano, Bonacino, Aravena, Suarez, & alios. Nec admittunt limitationem, quando nempe poenæ infliguntur sunt gravissimæ: ut poenæ mortis, infamiae, threnum, carceris perpetui, publicæ flagellationis, amissionis omnium honorum &c. Et ad oppositum fundamentum, quod exponere te mortis, infamiae, perpetui carceris &c. periculo sit peccatum mortale, respondent, esse peccatum letale contra legem caritatis, scilicet contra legem poenalem. Heinc concludunt, nullam legem, si ve ecclesiasticam, si ve civilem, pure poenalem, quantumvis gravissimam imponat poenas, obligare in conscientia: quia ad incurrandam poenam etiam gravissimam, non requiritur culpa theologica; sed fat est civilis & politica. Et laudant pro hac opinione Castropalano, Tapian, Navarum, Reginaldum, & alios.

VII. Opinionem hanc, ut minus probabilis, relicto: & sententiam, quæ mihi probabilior est, expono. Leges poenales obligant ex verbis legislatoris, ex materia gravitate, ex poenarum atrocitate habenda est. Si ex verbis legislatoris deprehenditur eum nolle obligare sub culpa; sola poena subeunda violatoribus erit. Tum vero ex verbis legis hoc erit, quando legislator declarat, se nolle ad culpam obligare, quantum omnia verba ad culpam obligant. Et, non obliget, exprime id legislator debet; ut reapse omnes Instructores sacrorum Ordinum præstiterit, quando ad culpam obligare noluissent. Concedo, non semper necesse esse ut legislator conceptis verbis exprimat se nolle sub culpa reapse obstringere subditos, led ex verborum forma quandoque id erit legitime potest; ut quando legislatores hæc distinctiva formula utatur: Nemo extrahat frumentum; aut, si extraxerit, solvat quinquaginta aureos: nemo arma deferat, qui detulerit, eadem amittat. Tum enim alientior & ego, nullam adesse obligationem sub culpa theologica reast. Quibus potest, si dico, quætes leges poenales imponit gravissimæ, mortis, infamiae, threnum, exili, confiscationis omnium bonorum, obligare sub culpa mortali; etiam præceptum verbis expressum non continetur in lege. Quoniam legislatores rationabiliter se gerere in legibus

condendis, sentire nos convenit. Porro contra rectam rationem ageret legislator qui atrocissimas infligeret poenas his qui nullam præterirent culpam. Poenæ prædictæ sunt legislatores humani obligandi ad culpam; ergo, quoties poenæ mortis, infamiae, perpetui carceris infligunt, lub culpa reapse obstringunt. Quoniam, ut dictum est, atrocium poenarum importum argumentum est, legislatorum velle omni efficaciori modo quo valet, abstringere subditos suos ad observandam legem. Valet autem eos ad culpam obstringere. Ergo reapse eorum ligat. Et ropterea omnes Principes, Reges, Imperatores, utrum subditorum conscientias obstringere velint esse legibus quarum observantiam lub captis poenæ infligunt, neco minus esset qui non responderet, se velle omni & meliori possibilibus modo subditos suos obligare, atque adeo lub culpa; cum lub culpa obstringere eos valeant. Immo possibilibus Principes intendunt potestate sibi a Deo collata ut, obligandi scilicet subditos ad legem sacram observantiam lub culpa reapse; cum sciant hoc esse possimum vinculum obstringendi subditos bene moratos. Quid? Oportet nos tenere illi vobis potissimum huc potestatis vim? Quæ omnia confirmantur ex materia gravitate. Poenæ atroces enarrant namquam infliguntur nisi in materia gravi, & gravissima; quæ conducit bono communi Republicæ.

VIII. Heinc colliges, graviter peccare illos qui violant leges veteres ne aliquæ merces sunt introducuntur, aut extrahuntur, lub poenæ exili, perpetui carceris, infamiae &c. Quoniam leges istæ obligant in conscientia ob rationes datas. Et librum legum violatores periculosi sunt bono communi principatus. Introducho exterarum mercium lege gravissime nocet artificibus patriæ, detrimentum inferit Principi ariario, & plurima mala parit. An oppositum leges veteres ne animalia in aliena patria immittantur, ne cadantur ligna silvarum, prohibentes pitationem, venationem &c. obligant nec ne ad culpam; ex qualitate, & quantitate poenarum, ex forma legum colligendum erit. Leges enim illi villarum, oppidorum &c. non sunt veteres leges ex defectu potestatis.

IX. Ut poenæ omnia concludamus, vitæ Principis condant leges quæ lub pure poenales; quæ, ut dixi, in materia gravi includunt obligato totius potestatis conatu; poenæque adiecit, ut heinc subditi evidenter intelligant, comprehendunt obligationis gravitatem. Graviores itaque illarum legum, non modo peccant contra caritatem,

tem, quia periculo infamiae, trinitium, exiti perpetui se exponunt; verum etiam quia violant legem poenalem, quae sub culpa obligat. Illudque memoriam commendandum, quod lex quoque natura sui obligat ad culpam; & exemplum ab hac obligatione exceptio est pecculorum, quae, nisi a legislatore exprimitur, praesumitur. In dubio autem, utrum legislator excipiat nec ne ab hac obligatione, tenendum est eum non excipere, sed contra obligare sub culpa reatu; quodquid in oppositum dicant Probabiliter; Sed de hoc futurus intra.

X. Quæst. III. *Violatores legum poenalem tenentur ne taxatas poenas lueri ante iudicis sententiam?* Resp. Poena imponitur a legislatore alia ferenda, alia lato sententia sunt. Aliae passivae quae nullam violatoris actionem expolunt; aliae positivae, quae executioni mandari nequeunt obique transgressoris actionem. Conveniunt poenas omnes, poenas spirituales infamiae, ab ecclesiasticis legibus, sunt lato sententia, a transgressore subeunda est ante iudicis sententiam. Eiusmodi poenae sunt excommunicatio, suspensio, interdictum, irregularitas &c. Ratio est, quia legislator reipsa potest infligere eiusmodi poenas ante iudicis sententiam subeundas. Ergo quoties in sua lege declarat, reum ipso facto obnoxium fore eiusmodi poenis, reipsa eadem perferre ille debet. Excipienda tamen est, irregularitas, quae infamiam parit: quia nemo censendus iure infamis est, nisi post iudicis sententiam.

XI. De aliis poenis temporalibus privativis, ut de deprivatione vocis activae, & passivae, idem docent multi & graves Theologi: atque adeo nulla electio est quae praesupponit privationem ipso facto latam vocis passivae in electo, & vocis activae in electibilibus. Ad id tamen, non tenet reum se voce privare ante iudicis sententiam, si notam infamiae subiret: quia ius ad propriam famam standam prevalere humano iuri, talem poenam imponenti, debet. Addunt, debere reipsa tam electores, quam eligendos abstinere ab electione & activa, & passiva: quia, cum legislator potestatem habeat infligendae poenae, ipso facto incurrendae ante iudicis sententiam, consequitur subditos ipso facto eam incurrere. Potuntur poenae illi iure purganda: verum, post obedientiam legi praestitam, subdunt alii, quod dum poenae privant iure iam acquisito ad aliquam rem, tunc poena non incurritur ante iudicis sententiam, declaratoriam saltem criminis, vi cuius subeunda poena est; etiam si lex enun-

tiet, poenam subeundam esse ante iudicis sententiam. Quare qui ius acquisivit, ut eligat, aut eligatur, antequam his iuribus privetur, sententia iudicis criminis declaratoria praecedat oportet. Ratio quam assignant, valde congrua est: quoniam lex opportunus, & apta esse debet hominum conditioni, & nimis severitatis experti. Nimirum autem rigorem & severitatem praesert quod homines non addit, sponte suis bonis iam acquisitis se se privent. Hanc sententiam defendit Dominicus Soto Lib. 1. *quæst. vi. art. 6. Molina Tom. II. tract. 11. disput. xxv. Caietanum in sum. verb. Poena. Salmanticenses tract. 11. cap. 11. punct. 3. §. 2. n. 59. Turley tract. de leg. cap. v. sect. 1. & alii plures. Excipiuntur aliquae poenae, quas ipso iure, & consuetudine ante iudicis sententiam reipsa rei subeunt; ut poena qua coniuges ob incestum criminem, cum alterius consanguineus perpetratum, a debita petitione privantur. Poenas autem positivae, quae consistunt in actione positiva transgressorum, non incurritur ante iudicis sententiam, tamen in lege dicitur, ipso facto, non expectata iudicis sententia, manet sententia est.*

XII. Aliae poenae sunt quae non aliquo acquirentore privant, sed inhabiles declarant homines ad aliqua bona, seu iura indisplicenda. Haec tamen, si praesert loqui velimus, poenae non sunt, sed impedimenta, a legislatore ob bonum commune iulle praescripta. Et eiusmodi poenas, a iure sive canonico, sive civili latas, incurrit ante quancumque iudicis sententiam communiter Theologi docent. Quamobrem Beneficentia, qui officium divinum non recitant, incurrit poenam retentionis fructuum pro rata in Concilio Lateranensi I. taxata: & Pastores Animarum incurrit poenam latam in Concilio Tridentino. *cap. XIII. de Reformatione*, contra non residentes in suis Ecclesiis. Quare illi pro tempore quo non residerint in suis Ecclesiis, restituere beneficii fructus debent ante iudicis sententiam: cui debito non tam ex positivo, quam ex naturali iure obnoxium tum Beneficentia, tum animarum Pastores sunt. Qui consequuntur beneficium secundum, quod simul cum primo retinere nequeunt, ipso facto inhabiles sunt ut alia aliquantur nisi renuntient. Similiter electio haereticis ad beneficium ecclesiasticum ipso facto irrita est ante iudicis sententiam. Poenam quoque inhabilitatis ad futurum matrimonium, non expectata iudicis sententia, incurrit maritus, qui propriam occidit uxorem, ut cuius altera matrimonium incant, aut alter-

ram agnoscant cum futuri matrimonii promissione.

XIII. Conditiones quae legislator praescribit pro aliqua dignitate, vel gradu assignando, quae sub poenarum nomine comprehenduntur, licet poenae absolute non sunt, ipso facto, & non expectata iudicis sententia, inhabiles reddunt candidatos ad dignitatem, aut gradum. Quare electus Episcopus, si infra annum non consecratur, privatur Episcopatu: & electus ad beneficium curatum, beneficium privatus remanet. Ceteras poenas, sive positivae, sive privativae, sive ex utriusque mixtas, non incurrit transgressores ante iudicis sententiam declarativam criminis, etiam si in lege dicitur, eadem ipso facto, non expectata iudicis sententia, incurri. Quapropter non privantur limoniaci beneficiis obtentis, media simonia confessionalis; licet PIUS IV. in sua constitutione ipso facto eisdem beneficiis limoniacis privet. Eodemque modo explicanda lex est, iara a Bonifacio Papa III. & confirmata a Gregorio XIII. contra eos qui in curia aliquid pro gratia, & iustitia accipiunt.

XIV. Dices: Ut quid leges praescribunt poenas ipso facto, non expectata iudicis sententia, subeundas, si committere Doctores oppositum docent? Irregularitas videtur, & vana eiusmodi clausulae, si nunquam executioni demandantur, nisi post lites & expensas forentes. Praefata clausula vana aut superflua minime sunt. Quoniam in praefatas poenas ipso facto, & non expectata iudicis sententia incurrit transgressores, posito quod reipsa violatores legum fuerint. Quare in iudicis arbitrio minime est eiusmodi poenas aut coarctare, aut temperare, aut mutare. Ad quid ergo iudicis sententia requiritur? Ut declaratur crimen ob quod subeunda poena tenet. Quo declarato, ipso facto perferre reus poenam debet. Et in hoc relucet mitis & sua vis modus legum. Constituant ipsi poenas, desinuntque, quas perferri a transgressoribus volunt, nullo alio iudice super qualitate, aut quantitate poenarum sententiam ferente. At simul permittunt ut iudex criminem recognoscant, declarentque revera perperatum esse.

XV. Quæst. IV. *Qui a contractu inito renuntiat, subire ne poenam conventionalem debent, latam in eiusmodi renuntiantes, ante sententiam iudicis?* Resp. Saepem inveniunt aliquem contractum reciproco consensu poenam constitutum, puta quinquaginta aureorum, ab illo subeundam qui inito contractui non steterit.

Convenit poenas omnes, poenas debere esse licitas, honestasque, non reprobatas iure: ut sunt ille quae constituntur sponsi, solvendas ab eo qui sponsalia frangit, quaeque proscriptae sunt in *cap. Gemma* de sponsi. ut poenae matrimonii libertatem impediunt. Poena quoque moderata esse debet intra meritum contractus. Certum quoque est, neantem ex contrahentibus in poenam incurrere, si absque urritio, aut alterius culpa contractus executioni non mandetur.

XVI. Quibus constituitur, ut certis poenas omnes, disputant in utramque partem Theologi super proposita quaestione. Negat prima sententia, ante iudicis sententiam subeundam poenam esse a reo qui contractui celebrato stare reculerit. Quoniam praesumendum est, contrahentes poenam illam sibi imponere iuxta dispositionem iuris communis circa leges poenales. Porro secundum ius commune respectu omnium est, quod nemo poenam habet nisi post iudicis sententiam. Ergo ad normam legis communis interpretanda est conventio illa poenalis quam mutuo consensu habent contrahentes. Quandoquidem hac poena conventionalis, non secus ac lex generalis poenalis, odiosa est. Ergo eodem modo restringenda, ac benigno in sensu explicanda. Hanc sententiam, praeter alios, defendit P. Viva Tom. I. *quæst. 11. art. 11. num. 5. ubi citat Lessium, Sanchez, Valquez, Paluum apud Dianam.*

XVII. Opposita sententia mihi probabilior apparet, nempe partem quae culpa sua a contractu inito recedit, iure constitutam poenam debere ante iudicis sententiam. Siquidem conventio illa poenalis quidam contractus est, libero consensu celebratus. Sed quilibet honestus, & iustus contractus, libero reciprocoque consensu celebratus, non expectata iudicis sententia, executioni demandandus est. Ergo & praefatus. Quod laudata conventio fit quidam contractus (species, addita primo contractui, seu conditio eandem contractum concomitans, nec in dubium revocari a quoquam potest. Ergo quae ratione ante iudicis sententiam celebrare primum contractum partes altitudo sunt, eadem exequi secundum debent. Quod vix exemplo confirmari potest. Qui votum edit: quidquam exequendum, adiecta conditione subeunda poenae, nisi votum impleverit, ante iudicis sententiam poenam lueri debet quam in hypothetico fructu voti sibi praescripserit. Nec aliud assignari dicimus votum inito & contractum potest, nisi quod ad contractum celebrandum duo concurrunt; unus vero votum edit. Quod

discrimen nullum est. Hoc tamen intelligendum est, dummodo contrahentes non convenerint, penam non esse subendam, nisi iudicis sententia expectata: quo in casu cessaret omnis questio.

XVIII. Quæst. V. *Legum penalium violatores tenentur re, prolati iudicis sententia, seipsum penam sequi; an debent expectare iustitiam executionem?* Resp. Penæ dupliciter generis. Alie quas reus propria actione abique illa sententia nota exercere potest; cuiusmodi sunt ieiunia, disciplina, exilium, & similia; & hæc penas, non expectata iustitiae executione, luere reus debet: Alie sunt penæ quas reus infligere sibi propriis manibus non potest; ut supplicium mortis, abscissio capitis, mutilatio manus &c. Eiusmodi penas nec iudex exequendus a reo præcipere licet, nec reus solvendi exequi seipso tenetur; sed tantum perferre illas a ministro iustitiæ iustitias debet; & ea præstare que ex parte sua conveniunt, ut scilicet accedendo, cervicem gladio supponere. Hæc penas quemadmodum patienter ferre reus astringitur post latam a iudice sententiam; ita potest eisdem via licita declinare occasione data. Potest reus fugam arripere, ut mortem devitet; non vero ministris iustitiæ agredi, vel ferre iure valeat.

XIX. Quæst. VI. *Tenetur ne iudex penam a lege taxatam reo applicare?* Resp. Aut iudex est Princeps supremus, aut Principis minister. Cum Princeps supremus personam iudicis sustinet, potest penam a lege taxatam minuire, immo & augere, non ex materia voluntate, quia & Princeps supremus legum auctoritas habet; sed ex personali congruentia, & iuxta circumstantiarum, & reorum diversam conditionem. Cavendam tamen Principi est ne nimia indulgentia improbis anam præbeat ad perturbandam societatem. Quare, si rei solitarii delinquere adversus societatem, inferioritiam, seu clementiam Principis in eiusmodi reo est intransmissa crudelitas adversus innocentes. Spectanda itaque sunt plures circumstantiæ, ut supremus Princeps iure queat minuire, vel augere reorum penam. Iudices vero inferiores nequeunt minuire, & multo minus augere penam a lege taxatam. In aliquo casu iuriviam penarum pia interpretatione possunt temperare; dummodo id rei bono, & communi utilitati congruat; sicut, cum delictum aliqua atrociori circumstantia affectum est, poterit tamen iudex augere penæ severitatem, prout expedire bono communi Reipublice cognoverit.

XX. Quæst. VII. *si iudex abique causa penam a lege prescriptam veniat, an tenetur ad restitutionem?* Resp. Via contingere casus valet in quo iudex tenetur ad restitutionem penæ quam applicare reo negligit. Difficultas esset de penæ pecuniaria, applicanda vel sileo, aut parti læte, vel pauperibus. Et tam, si abique ulla legitima causa iudex ex peno penam applicare omiserit, a restitutionis onere ipsum non liberaret. Quoniam pars læsa ius habet ad compensationem damni sibi a reo illati; & iudex ex officio tenetur iustitiam administrare. Quare in similibus eventibus non legale modo iustitiam, verum etiam commutantem violat. Iudices omnes, tum superiores, tum inferiores, causi esse debent in declinandis cum rigoris, tum indulgentiæ extremis. Inferiores vero iudices possunt, quoad loque, præcipue pecuniarum atrocitas declinanda, & temperanda est, in benigniore parte, legem interpretari; quoniam istius atrocitatis instrumentum nemini præiudicium inferit, & animum miseri rei aliquantulum recreat.

XXI. Quæst. VIII. *Lex in præsumptione fundata contra legem divinam, veritate deficiente, obligat ne in conscientia?* Resp. Causa contentus in proposita quaestione infirmo di est. Duo nobiles coniuges plorium annorum spatio, matrimonio tolemani ritu contracto, eundem thalamum habitant, seque agnoscunt. Elapso hoc annorum intervallo, nobilis mulier impotentia maritum accular, litemque eidem intentat pro dirimendo Matrimonio. Lis in tribunal agitur, & tandem declaratur matrimonium nullum ob impotentiam. Solato matrimonio, ambo coniuges matrimonium nova inveniunt, ambo prolem continuo legitime nascuntur. In foro exteriori iudices præsumunt matrimonium nullum esse. Fallit præsumptio hæc Lex, seu sententia, in hac præsumptione falsa fundata, obligat, seu efficie ne ut mulier, aut maritus, qui certo scit se non esse impotentem, valeat alteri mulieri nubere. Sententiam negantem defendunt communiter Theologi. Quoniam nulla falsa præsumptio prævaleat legi naturali, aut divina potest. Præsumptio hæc in foro exteriori valet, quia secundum allegata & probata reputatur vera. At, facta hypotheli, quod unus coniugum certo sciat se carere impedimento illo quod iudices existimant adesse, & vicinus nullum declaravit matrimonium, nunquam matrimonium inire valet: quia indissolubilitas matrimonii iure naturali iubetur.

& divino. Opponi impotentia respectiva nequit contra factum. Nam maritus certo scire potest se esse, aut non esse potentem cum sua coniuge; nam certo scire potest ab impotentia nec ne signaculum virginittatis. Impotentia hæc respectiva colligi nequit ex defectu prolis; aliquid omnes coniugati qui prole carent, dirimere matrimonia possunt. Ex solo ergo fundamento, quod cum tali coniuge coire maritus nequeat, colligi hæc impotentia respectiva potest. Et tam mulier, quam maritus certo scire hæc impotentiam valet. Ergo, admilla hypotheli quod uxor, aut maritus certo sciat se non esse impotentem, tamen in foro exteriori nullum declaratur matrimonium, nunquam poterit contrahere aliud matrimonium; & si contraxerit, nullum erit. Quid, si mulier læta sua dextera impediatur ne maritus regis claustra virginittatis transiret? Duplex, immo multiplex, & continuata iniquitas foret. Utrum postea fieri possit ut maritus sit impotens per decem, aut duodecim annorum spatium cum coniuge virgine, & post elapsam iuventutem, & solutum cum eadem matrimonium, exeat potens continuo cum alia deponata virgine: soli qui ratione carent, in discrimen adducere hoc valet. Sententiam hæc defendunt Theologi, qui adversum legem fori exterioris latam esse sub conditione, videlicet ut ex allegata, & probata apparet. Sic docent Dominicus Soto Lib. I. quæst. vi. art. 4. Suarez Lib. III. cap. xlii. & Lib. V. cap. xxv. Caltepolani tract. xli. disp. 2. punct. 11. non. 12. Salsas disp. xvi. sect. 7. non. 12. Aravius in 1. 2. quæst. xlii. disp. xlii. sect. 3. distinct. 24. non. 26. Tapia Lib. VI. quæst. xlii. art. 2. Gregorius Martinez quæst. xcvi. art. 2. dub. 3. Bonacina disp. 11. quæst. 1. punct. 7. Diana 1. Part. tract. 2. resol. 27. Salmanticenses tract. xi. cap. 13. punct. 4. non. 78. Plura alia exempla adducunt Salmanticenses, que omnia mihi non probantur, ut illud de constitutione Clementis VIII. qua largito numerum interdictus Regularibus; quam constitutionem, in præsumptione fundatam ambitionis, illi contendunt; qua ambitione cessante. Heiam numerum largitionem afferunt. Laudata constitutio ex tenuitatem custodiatur: quare abiolatam est interdictum.

XXII. Pro omnium tamen exemplorum elati intelligentia animadvertendum est, duplicem distingui a Theologis præsumptionem, aliam iuris, aliam facti. Præsumptio iuris

ca dicitur que in tali aut tali contractu dignoscit periculum fraudis, damni, fallaciae communitur, & semper occurrere; idcirco legem abiolatam condidit legislator, quæ talem contractum in omni casu vetat; quamquam in aliquo casu periculum illud non addelet. Præsumptio facti, quam etiam desumptio vocant, determinat in hoc particulari casu rem accidere; & ex hac hypothetice legislator, vel iudex decernit rem ita habere; in quo iudicio tacita conditio includitur, si factum rempse sic se habet. Quare si fallitas præsumptio, seu facti in foro exteriori probatur, subditæ ab obligatione legit abiolvetur. Consilium Tridentinum prohibet matrimonia clandestina ex præsumptione fraudum, fallaciae, damnorum &c. que talia consequuntur matrimonium. Et quia eiusmodi fraudes communitur in simili contractu coniugatorum, idcirco legem abiolatam talit; ita ut matrimonium nullum sit, etiam si nulla fraus occurreret. Quoniam legislator ad id quod communiter accidit, secus ad aliquum rarum, & particularem eventum, animum in condenda lege intendit. Præsumptio iuris non est præsumptio proprie dicta: quia lex que abiolat prohibet in omni eventu aliquid contractum, non innititur præsumptione, sed iudicio certo & abiolato.

CAPUT V.

De lege tributorum.

Tributi originem alii a tribubus, quia quondam tributum vestigialia solvebantur, alii a verbo tribuere repetunt. Tributum penio publica est quam ad Principatum sumptus, & communes Reipublice expensas populi fundunt. Tributum aliud reale, quod pro solvendi immobilis solvitur, & vulgo dicitur *Campatico*, aliud personale, quod pro industria, bonisque mobilibus populi pendunt, vulgoque appellatur *Testatico*, seu *Capitatio*, quod per capita solvitur. Alie sunt tributi accipientes. Nam penio imposta rebus que in civitatem inducuntur, aut ab inde exportantur, *scilicet* succipitur. Tributum quod solvitur pro rebus que vehantur per pontes, aut flumina, appellatur *Ponticium*; quod penditur ob viarum custodiam & insularum, *Pelagium* dicitur; & tandem quod exigitur pro personarum operibus, vocatur *Angaria*.

II. Quæst. unic. *Lex que tributum imponit, obligat ne in conscientia?* Resp. Angelus, Navarrus, Socino, Bartholomæus Medina, & alii negantem sententiam defendunt. Ita-

rum ratione hae sunt. I. Communis hominum sentis, lex universalis consuetudo invaluat, leges tributorum esse mere penales, quae in conscientia non obligant, sed solum ad malam subeundam, si vestigialia non voluntur. II. Leges illae tributariae distinctivae sunt, videlicet, solvæ aut, nisi solvatur, deprehensus multatus dubis. III. Quia solutione poenae imposta satis providetur sumptibus Principatû. IV. Quia tot vestigialia in multa sunt, nunquam duram esset in conscientia obstringere subditos ad tot tributa solvenda.

III. Hanc opinionem, ut laxam, fallam, & verbo Dei repugnantem, communis Theologorum sententia improbat. Perlocutus Alphonsus a Castro Franciscanus litis acri & elegantissimè hanc doctrinam, cui errorem aperitissimam, profligat Lib. I. cap. x. de lege naturali, cuius pauca transcribere verba libet. Ex hac falsa (inquit) doctrina nihil conficit minus denegasse Regi Hispania tributis. Rem nihil notum narri, quam ego ipse vidi, & non quam ex aliorum relatione didici. Nam multi mercatores in portu Hispanica locis me de hoc re consuluerunt, quibus constanter, & eodem tenore semper respondebam, illos qui talia tributa denegant, peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem... Hae causae sunt quae me ad hoc opus scribendum impulerit, ut huius erroris persistere, quem sciebam multorum peccatorum fuisse causam, occurrerem. Timebam enim illud scire. Vix mihi, quia tacui: & illud lenis: Qui alios ab errore non revocat, seipsum errare denuntiat. Quo est utur doctrina, & catholica niliter potissimum possiderant sententiam, quae deest sacra suspensio exerceri, & quae fuerit subdito fuit, sine peccato vitari?

IV. Adeo luculenta sunt divinarum Scripturarum testimonia, quibus tributorum solutio praescribitur, ut mirari libeat, Theologorum aliquem reperitum fuisse qui sub culpa reatû solvenda esse tributa negare ausus fuerit. S. Paulus ad Romanos XIII. inquit: Ideo & tributa praestatis: utique enim Dei sunt in hoc ipsum servientes. Reddito ergo omnibus debita: cui tributum, tributum, cui vestigial, vestigial. Christus Dominus Matth. XXI. Reddito ergo quae sunt Caesaris, Caesaris. Quid luculentius adduci potest, ut evincatur, divina lege solvenda Principibus esse tributa?

V. Lex ipsa naturalis Principibus esse tributaria praecipit. Nomen famulos, qui dominis suis opera locant pacto mercato, siue naturæ pretium illud debetur? Principes pro operas suas populis locant, ut serviant, imperando, regendo, defendendo populos, quemadmodum

servi intervencit. Nec aliud discrimen reipse est, nisi, quod isti intervencit, illi subent, dirigiturque. Ergo stipendiam, non locum ac servis, ex iustitia debetur. Porro pretium istud solvitur tributorum, & vestigialium contributione. Leges itaque quae taxant, & designant quantitatem tributorum, in conscientia obligant; sicuti in conscientia aliter praeceptum leges quae decimarum solutionem praecipunt pro Pastoribus qui animas dirigit. Militibus qui pro patria pugnant, iure naturali, & divino stipendia debentur. Potiore ergo iure solvenda congrua stipendia sunt Principibus, qui universam Rempublicam sua civitatis, quae militari regimine defendunt, conservant, atque communem omnium pacem, & tranquillitatem procurant. Tributa quippe haec, non tam ad Principes sumptus, quam ad Rempublicam onera solvenda, penduntur.

VI. Ut autem facilius hae tributa exigant, pacto pretio, et locat publicano, contradidit quae celebratur atrinque onerosus & publicus, nisi in eis empta in Principe possident exigendi praesata tributa: qui vero ipsa istud violant, contra commutatum iustitiam peccant, & restitutioni obnoxii sunt. Quam communem Theologorum doctrinam confirmo auctoritate S. Augustini, qui epist. xxv. ad c. xcv. Olympio causam Bonifacii Coepiscopi eius commendans, defraudationem vestigialium improbat. Inquit enim: Nolimus taxari, quoniam istis debitor sum, in hoc scopusum habere in conscientia. Neque enim frans ista, quae sesto fiebat, ideo non fiebat. Et ille quidem Paulus, postquam Episcopus factus est, & venenariatus suis omnibus rebus propter immensam cumulatione fiscalium debitum, exacta penitentiam, in qua etiam in paulus debitorum arguitur, hoc exigor agellus, unde videtur suspensio, tuncquam Episcopus comparavit, solvissime tuas potestissimè domi, ut etiam ex ipse, morem suum sequens, cum siso non solveret, nullas neccitatum molestias poterat. Ipsi autem (Bonifacius) qui eisdem Ecclesiae defuncto est ordinatus, tunc ibi agros solvere, & cum posset pro solis fiscalibus debitoribus que de memoratis possessioeculis esse contraxerat, imperiale beneficium postulare, totum malis consisti, quod eas Paulus de argento propria, cum esset siso obnoxius, de bustato empta, ut eas Ecclesia, si fieri potest, non vacaret Episcopi iniquitate, sed manifeste christiani Imperatoris liberalitate possidet. Quod si fieri non potest, melius inopia laborem ferri Dei tolerant, quam ut necessarium facultatem tam conscientia fraudis obtineant. Ad hoc usque suffragium postinus imperatris dignetur. Ennotat

Pa-

Paulus sub potentissima domus nomine agros, ne vestigialia solveret. Conscientiae id libet venit illius successore Bonifacius. Hinc Augustinus Olympio in dignitate constituto commilitum mendat, ut remissionem debitorem fiscalium ad Imperatoris liberalitate obtineat, patefacit antecessoris iniquitate. Hae doctrina falsiori non eget commentario.

VII. Fundamenta oppositae opinionis nullius profus sunt momenti. Consuetudo, quae obstridit, manifesta est corruptela. Non a multitudine praevicatorum, sed a divina lege rependa est tributum homellae, & iustitia. Leges tributorum non sunt mere penales, sed mixtae & poenae adiunguntur, ut efficacius subditi ad observantiam inducantur. Neque poenarum solutiones satis sunt ad principatus sumptus: nec hi sufficerent, defraudatores tributorum culpam evaderent. Quod autem obstridit, non conscientia ad solvenda tributa, immutatio inest Evangelio, tributa tributa. Si ex difficultate legis observatione colligeretur, legem non obstringere in conscientia, quod leges tum naturales, tum divinae in sumum abirent. Ceterum, cur leges tributariae dure, cur difficiles sunt? Dura ne lex quae iubet abentes servatores, famulos, ministros? Principes supremi immitti sunt, qui vigilat, qui laborant, qui omnes curas impendunt, atque studium in regendis subditis, in defendendis ab hostium iniuriis, opprobrioribus, & devastationibus. Non est dura lex quae imperat solvendum stipendium custodi dominus tax, & dura est lex quae praecipit solvenda stipendia, universi principatus. Principi totius civitatis, universi principatus.

VIII. Inuita, inquit, tributa sunt. Quis est iniustitia istius index? Tam facile iniustitiae reos Principes arguit? Iustitia, prudentia, clementia, benignitas, atque providentia splendidissimum exemplum moderate impositionis tributorum tibi perhibet haec immortalis & invicta Veneta Republica, sub cuius fastuosissimo regimine scribo, solentur vivo. Siquidem, ut praeterea moderatam taxationem, illi ipsi qui tributorum leges condunt, tributa solvant. Erant ne contra-meritios nimium austeri? Sed quid rationes conquirimus? Factum loquatur. Ardet iam ab anno 1741. tota Europa immansissimè bellis. Resonant ubiqueque divini tonitrua fulmina. Solus fore Principatus iste felicissimus exemptus a trasculento flagello, & incredibili tranquillitate freuens exultat. Praeter tamen singulare divine protectionis subditum ingentis militum multitudine sui principatus con-

stia propugnat, in qua militia sustentanda magnam pecuniarum summatam expendit; & tamen nullo peculiari tributo subditos gravavit locus in tanto annorum intervallo.

IX. Ceterum fac aliqua inania tributa esse: vix enim, attentata mania infirmate, & ministrorum alioquorum malitia, vitari potest quod partio latem tributorum respecta alicuius iniustia sit. Sed non propterea leges tributariae ob aliquam iniustiam divilione, praeter Principis voluntatem, & ex ministro, aut reatoris alicuius pravitate prolescent, iniuste dicenda sunt. Sed tale tributum respecta huius aut illius subditi iniustium est. Et tum subditi plus aequo gravati ad Principem accedere liceat, ut iniustum gravamen auferatur. Mundus iniustis abundat: & quantumvis Principes iusti & equi sint, non ideo a principatu iniustitias omnes auferre valeat. Inuitum tributum a subditis non debetur. Tum vero iniustium est, aut cum deest potestas in illo qui tributa imponit; aut non imponitur propter bonum commune; aut non est iusta partio; sed in hoc tertio casu non tributum abluote, sed divilio iniusta respecta huius aut illius subditi iniustia est. Quare divites, & mercatores, qui tributa iusta solvere reculant, arcedi a sacramentis iust, & ad restitutionem urgend.

III quippe non solum peccant, quod tributum defraudant; sed plebierum pauperumque gravatum & opprobriorem fontes efficiuntur. Quare nullo modo Dei ministro ad sacramenta istius admittere debet, nisi & defraudata tributa prius restituant, & in postum solvant. Pauperes, non raro ob veram impotentiam solvere tributa continent.

X. In dandum autem, sit nec ne iustum tributum, suspensio est: quia in dubio requirit praesumendum pro Principis iustitia, qui imponenda tributa ius possidet: nec est cuique privati desinare, iustum ne, aut iniustum tributum sit. Alibi forte de hoc argumento sermo recaret. Interim alius incolo, nullam privatium licite posse tributum solutionem omittere iniustitia praetextu: quia nulli privato licet iudicare, tributum esse iniustum, ut supra dictum est. Tandem illud semper praesens habendum, Principes tributa exquirere in commodum, & iustitiam, & felicitatem ipsorum subditorum.

CA.

CAPUT VI.

De lege irritante.

LEX irritans ea dicitur que non solum actus prohibet, verum etiam nullum efficit, declaratque. Porro penes omnes convenit, legislatores posse non solum vetare, sed etiam nullos efficere actus illos quos iudicaverint bono communi repugnare. Expedi autem communi Republica, sive Christiana, sive civili, quod aliquæ actiones, aliqui contractus non liciti modo sint, verum etiam irriti & nulli. Lex irritans duplex. Alia que ipso facto nullos efficit contractus; ut sunt profectio religiosa, emissio ante legitimam aetatem, matrimonia clandestina, vel lotra iusta gradus prohibita. Alia que iuratum præscribit irrationem. Prima lex cuiusmodi formulis actus irritat. Sic *ipso facto nullos, inanis, insignis*. Altera dicit: *si hoc modo fiat, irritatur, abrogatur, rescinditur*. In priori sensu actus, in posteriori post iudicis sententiam actus nullus est. In iure lex irritans, alia est *explicite*, que conceptis verbis declarat, actum ipso facto nulium, *inane, irritum*: alia *implicita*, que non his explicitis, sed acquilientibus verbis declarat contractum nulium; ut quando addicit aliquam conditionem, necessario servandam in contractus celebratione. Conditionis istius omisio nulium efficeret contractum; tamen verbis expressis nulium talem contractum lex non declarasset.

II. Rufus lex irritans alia est *penalis*, que in odium transgressoris actum nulium dedit; ut est illa que matrimonium irritat ob exorcidium, vel ob adulterium, patrum cum promissione futuri matrimonii & altera, que nullam deest collationem futuram cum beneficiis: alia, que non in penam aliquo private persone, sed ob bonum vel commune, vel etiam privatum, statutum esse nullam; ut est illa que irritat contractus delictuosos solemnitates, & conditionibus a lege præscriptis; qui actus, præcisa lege irritante, mali non essent, sed vel indifferenter, vel boni.

III. Ibi communiter defendunt, actus prohibitos nullos esse; & textum opponunt latens perspicuum ex l. *Non dubium*, cap. de leg. & consil. Principium, in quo hæc habentur. *Ita que lege prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habentur: licet legislator fieri prohibuit tantum, nec specialiter dixerit inutile esse debere quod factum est.* loque iure canonico confir-

mator. Regula enim lxxv. de reg. iur. in 6. hæc præscribit. *Quæ contra ius sunt, debent utique pro infectis haberi.* Et iterum *caus. xiii. quæst. 11. cap. 231.* hæc præscribit. *Imperiali constitutione sancitum est ut contra leges sint, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.*

IV. Textus isti ita perspicui videntur, ut nullam excipiant interpretationem. Verum, & alii textus canonici iuris, & communis iuris ecclesiastici, & civilis fori oppositum manifeste decernunt. Nam in cap. *Ad apostolicam*, de Regularibus expressè definitur: *Nulla fieri prohibentur que tamen facta tenent.* Prohibetur matrimonium contracti ab eo qui simplici calitatis voto obstrictus est. Et tamen contractum validum habetur. Ante Synodum Tridentinam illicitum erat matrimonium clandestinum, at non invalidum. Leges oppositæ nullos actus definiunt, sed non ante sententiam iudicis. Nulli ergo vi adductum legem actus sunt; quia accedente iudicis sententia, ab illo die quo celebrati sunt, non a die sententiæ prolatæ, irriti, & inanes intelliguntur. S. Gregorius *relatum consil. xlv.* solum narrat, legem imperialem decernere actus prohibitos nullos: quam legem ipse non approbat, neque confirmat, nisi in sensu iam expolito. Et hæc est communis Theologorum doctrina. Quando vero leges præscribunt aliquam conditionem servandam in contractu, tamquam (ut ita dicam) formam eiusdem, si conditio omittatur, contractus nullus est. Exemplo res patet. Ecclesia præcipit matrimonium contrahendum coram Parocho, & testibus. Comissio hæc ad substantiam contractus pertinet. Quomobrem, ea omisita, nullus est contractus. Prohibent matrimonium contrahendum absque declarationibus, aut tali tempore. Conditiones illæ accidentales sunt, quibus omisitis, contractus validus est.

V. Quæst. I. *Lex irritans obligat ne in conscientia?* Resp. Adfirmans sententia communis est, hæc in sensu, videlicet, actus declaratus irritus licite exerceri nequit: quoniam leges irritantes simul prohibent ne actus peragantur. Heinc sequitur, infirmos actus, celebratos adversus legem irritantem, nullam patere observantiam obligationem. Quare matrimonium clandestinum nullo vinculo obstringitur. Testamentum delictuosum solemnitates a lege præscriptis, nullam inducit obligationem. Ideo heres ab intestato nihil tradere obstringitur heredi instituto medio testamento non solemn. Verum de his plura, dum de testamentis sermo erit.

VI.

VI. Quæst. II. *Unde colligendum sit, conditiones præscriptas a lege pertinere ad ipsam contractus substantiam, vel ad accidentia?* Resp. Vix regula generalis pro omnibus contractibus assignari valet. Plura disputant Theologi, qui in etiamen vocari non expedit: quia constitit, ut dixi, regula generalis nequit. Ex verbis legis id colligendum est. Si lex clausula irritante actum servandam, adiecta substantialem pertinet. Quando conditio servanda post initum contractum præscribitur, accidentalis reputanda est. Sed hæc regula fallere potest, nisi verbis legis consona sit. Ideo semper verba verba pro oculis habenda sunt, & sincera interpretanda. Sæpe eiadmodum, quod sint fundate in presumptione fraudis, doli &c. Ex quo inferitur, sublata fraude, actus prohibitos non esse irritos. Quo interpretatio plerumque falsa est. Nam legislatores ex longa experientia contemptum habent, reipsa tales, & tales contractus fraudibus, doli, & damnisque obnoxios esse. Quapropter legem condunt absolute prohibentem, & irritantem similes actus, qui semper nulli sunt; etiam aliquo in casu particulari fraus absit. Leges ergo permansio in sensu exponenda sunt, nulla verborum circutione.

CAPUT VII.

De lege dubia. Læxioes Probabilissimarum opinionationes præferuntur.

QUÆSTIO proposita, alioquin gravissima, sulo calamo delectuenda est Tom. II. *Apparatus ad Theologiam Christianam Dissert. I.* Quare, ne actum agam, illic lechorem remitto. In præsentia lxxv. quidam Probabilissimarum opinionationes retellam. Dubium est, cum intellectus, expensis utriusque partis rationibus, anceps & suspensus læzet, quod assensum præbeat alicui parti. Aliud vocant speculativum, aliud præficum. Penes omnes certum est eam peccare qui præcise dubitans operatur. Probabiliter plures institunt super hoc argumento quæstiones. Et primum desipiunt, posse speculative dubitantem deponere dubium præficum, & licite operari, quando occurrit probabilis ratio de operationis honestate; cui non officere contendunt dubium speculativum. Dubium quod de aliqua lege oritur, sub diverso aspectu considerant. Nam primo dubitari potest, exte ne lex, & promulgata sit? Deinde, potest existentia legis, dubium oriri valet, an

sub lege comprehendatur casus hic particularis? Tertio, certum de lege dubitare valet, iusta de sit res præcepta, utilis, vel necessaria ad finem inceptum? Quarto dubitare quis potest de legitima legislatoris potestate. Quinto occurrere dubium potest, utrum adimpleveris nec ne legem iustam, & a legitimo superiore latam? Tandem dubitare valet, utrum lex inceptis obligare, vel an transierit observantiam temporis?

II. Quæst. I. *Qui dubitat, existit ne lex, an ferat, liber ne a lege est?* Resp. Intrepidè adhibent Probabiliter, dubitantem de legitima existentia ab observanda lege liberum esse; idque probabiliter esse definit P. Dominicus Viva Tom. I. de leg. quæst. xv. art. 2. num. 2. contra, inquit, Probabiliter. Quod ut evincant, loco primi principii constitunt regulam illam iuris: *In dubio melior est conditio possidentis.* Quomiam (inquit Sal. manticensis tract. xi. cap. 11. punct. 6. num. 1. leg.) possessio novus titulus est ad rem, quem non habet alia pars que non possidet; & cum cetera sint paria, & pro utraque parte dubium daret, illius parti que possidet, proculdubio melior est conditio. Ob hæc enim rationem in materia iustitia omnes assentant meliorem esse conditionem possidentis in dubio: quia, cum dubium sit circa utramque partem, ille pro qua stat possessio, novum titulum habet, quo caret altera pars que possessione caret. Laudant pro hac opinione plures Probabiliter. Ex hac doctrina inferunt communem inter Probabiliter opinionem, dubitantem tempore, utrum lex existat nec ne, liberam a lege esse: quia subditum tan potest situm his utramque, quam se habere certum est.

III. Exscriptam doctrinam Salamanticensem, penes Probabiliter committentem, utro admittente nunc volo, & aio, in quocumque materia, sive iustitia, sive aliarum virtutum, meliorem esse possidentis conditionem. Verum ex hoc principio ineluctabili argumentatione argo Probabiliter. Si in materia iustitia evidens non esset, sed dubia agri possessio, quid tum? An allegari dicta regula possit? Melior est conditio possidentis? Nemo id allegerit. Certa ergo, & extra disputationem sit oportet agri possessio, ne Petrus citari dubium possessor contra Paulum, qui agri iure ac Petrus potitur in agrum, super quo il pendet, perseverare in agri possessione valeat. Obstant nobis Probabiliter, subditos evidenter possidere libertatem adversus leges naturales, & divinas, humanasque

Aqua

Aqua hic heret: & Probabilis veluti piceas obmutantur. Quendam homines ratione praediti subditi nascuntur legibus naturalibus, Christiani legibus divinis, et legibus civilibus. Certe sciunt homines, le libertatem habere. At quoniam iudex definitur, in dubio leges extant homines evidentur possidere libertatem contra legem? Adfirmant Probabiliter, negant Probabilioriter. Dubia itaque possessio est. Perperam ergo Probabiliter obtundunt possessionem libertatis adversus leges. Immo, cum priores hominibus leges sint, leges possident adversus hominum libertatem. *Lex. cit. & Tom. I. Hist. Probabilis et Rigoris iusto calamo palam scilicet, hanc probabilium doctrinam insensam esse non contentiar modo, verum etiam Principibus, & locustatis tranquillitati.* Quid quod vel ipsi Probabiliter semper ipsi propriis analogis contententur? Quando dubitatur, lex Principis iusta ne sit, an iniusta, in favorem Principis praesumendum esse, vel ipsi concedunt. Porro perinde est dubitare, exsistat ne lex, an secus; & an iusta, vel iniusta sit. Lex enim iniusta, lex non est. Ergo quoties dubito, iusta ne lex sit, dubito, exsistat ne, an secus lex. Verum, ut dixi, scilicet agerem, si falsus hac de questione sermone protraherem.

IV. Quod II. Qui certus de lege, dubitat vero, an hoc in particulari subiecto sit legis observantia, exemptus ne a lege est? Resp. Mutuo bellum gerunt Probabiliter super hac questione. Qui laxiora sequuntur, defendunt sententiam adfirmantem. Ex quibus sequitur (inquit P. Dominicus Vava) non obligat legem, si dubitatur de eius sensu, an scilicet habeat casum comprehendat. Eandem opinionem defendit Salas qu. XXI. tract. VIII. dist. unic. sect. xv. art. 3. quia lex impropiissime possidere dicitur, nec impropiissime reputat Tapia Lib. II. quae. xv. art. 3.

V. Oppositam opinionem, ut probabiliter, defendunt Salmanticenses loc. cit. num. 112. quia, cum certus sit de lege, & dubites, an tenearis in casu illam servare, lex possidet, & praecedit rationes dubitandi; ergo melior est conditio possidentis. Quemadmodum, si quis certus est de debito, dubitatur de solatione, tenetur solvere; quia creditor possidet ius certum quod amittere habet debet ob debitum dubitationes.

VI. P. Claudius La-Croix Lib. 1. de leg. n. 789. qu. lxxxvi. censum tenent opinionum Probabilium iustum pagamentum, & de more laetorum arbitrio eadem porrigit, ut favore Probabilium, quae sibi magis arde-

rint, illas eligant. Titulus eius catalogi hic est: Quid dicendum sit in variis dubiis circa leges? Audi eundem responsa, quae paucis perscrutans totidem fere verbis fide summa: quidemquid fabulatur plus iusto probabiliter doctrinae amatores nonnulli.

VII. In dubio, an sit nec ne lex, praesumi potest non esse: quia possessio iust pro libertate. Haec opinio, ut falsa, reiecta iam est.

VIII. In dubio, an sit promulgata, docet Diospilillo praesumi debere, quod non: quia promulgatio est aliquid facti, quod non praesumitur. Haec opinio falsa est. Promulgatio conlequitur legem. Ergo certus de lege, nisi habeat evidentes, aut saltem probabiles rationes, oppositum evincentes, praesumat necessarium est legis promulgationem. Advertit tamen, quod, si lex iusta recepta sit, promulgationem praesellere praesumendum est. Necessaria sane admitto.

IX. In dubio, an lex iusta recepta nec sit, Bonacina, Sanchez, & alii dicunt, praesumi debere; eam receptam esse, ut contra Alex. Salas, Diospilillo negant. Videtur tamen esse distinguendum: nam, si sit talis lex, ad cuius obligationem legislator preterit acceptationem populi, probabilior videtur secunda sententia; si autem lex non indigeat acceptatione populi, prima videtur praesumenda. Videri potest Moya tract. vi. dist. 1. quae. 1. num. 14. & 15. Opus Moya: ab Ecclesia damnatum est.

X. Ut colligas, P. Moyam eidem, ac P. La-Croix, methodo insistere, an quid scribat Moya ille, ad quem te remittit. Inquit enim loc. cit., Si vero dubium esset, an lex sufficiens iam promulgata, congruo tempore elapso a maiori parte communitatis sic recepta fuisset; locum habere possent Caramuelis opinio ante decretum Alex. III. in sententia exigente acceptationem a maiori parte communitatis, ut valida sit lex; nam in hoc dubio legem non obligare in conscientia, si penalis sit, tradunt Alex. & Salas, quorum opinionem probabiliter esse propter eorum auctoritatem.

XI. Vides, qua exequita arte introducit sit damnata Caramuelis doctrina? Deinde ipse absolute sententiam firmat, dum dicit, In dubio etc. Immo sequenti num. 15. citato sic pergit, Et absolute loquendo id probabiliter

bile putant alii, quibus adhaeret Magister Serra. Totum opus Moya: contrafacit enim est laxioribus Moralitarum opinionibus; idcirco ab Ecclesia damnatum. Et ad talem magistram passim remittit P. Claudius La-Croix. Serra, La-Croix, Zanardi, quorum opiniones lasas passim transcribit P. Moya, Dominicus sunt. At ego neque Dominicanorum, ac exterorum falsas improbo opiniones, ut omnibus iustis rerum estimatoribus competuit sit exploratimque, me non partium, non simularis, sed propiciendi Christianorum saluti studio haec scribere. Quid enim demeritis, quam ob vanam suilem queorundam domesticorum Scriptorum exhibitionem defendendam errores fucate, moralisque christianam corrumperere? Satis consilium Scriptorum extirpationis, & pietatis, si dicamus bona fide pioque zelo errasse, dum opinionum falsas quas ipsi veras credebant, proligamus. Qui quamlibet domesticorum opinionum ab errore immunes propagare contendit, ne inhiat splendidi tantillum obtineat, in magno, mea quidem sententia, versatur errore. Sed de hoc plura in loco. Regrediamur ad P. La-Croix.

XII. Sic ergo persequitur suum censum. In dubio, an consuetudo sit iudicia ex devotione, an ex animo le obligandi, nullam autem & Reginaldus praesumendum esse, quod iudicia sit ex animo le obligandi. Contra Diana, Palqualigus, alique multi cum Suarez probabiliter dicunt, praesumendum esse, quod sit iudicia ex devotione tantum, si que non obliget sub peccato.

XIII. In dubio, an legem ferens sit legitimus superior, ve p. an legitimus sit electus nec ne, Sanchez dicit, subditum tenent obedi. Contra Mendos, alique docent, non tenent. Ovidus probabiliter sic distinguit. Si superior habeat possessionem sui officii, subditus tenetur obedire; contra, si nullam officii possessionem acceperit, subditus potest non obedire.

XIV. In dubio, an superior potestatem habeat hoc imperandi; aut hoc, quod imperat, potestatem ipsius excedat, Diana, Ovidio, alique apud Mendos defendunt, ut probabiliter, subditum non tenent obedire; sed Sanchez late ostendit oppositum.

XV. In dubio de milita legis, si quae apud Dianam cum Diospilillo dicunt, probabiliter esse quod subditus non tenetur obedire. Sed Ovidio dicit, oppositum tamen esse certum.

XVI. In dubio, an lex contrae praesumptum, vel tantum consilium, aut exhortationem, dicendum est posterius, ut notant Sanchez, & alii. Similiter in dubio, an lex obliget sub mortali, aut sub veniali tantum, tenendum est obligare sub veniali tantum, quia libertas est in possessione: probatque fide Gohla, leges omnes humanas, si nemque divinas benigne interpretandas. Hinc sententiam nostram tenent Navarro, Sanchez, Diana contra Laymanum, & alios apud eundem Dianam. Apud Dianam legit La-Croix, apud Dianam P. Viva. Opera Dianae sunt omnium mercium officinae, licet damnatae propositionibus taceant. Et auctor iste passim ut magister laudatur. Sed pergit P. La-Croix.

XVII. In dubio, an sit, vel non sit causa sufficiens exculans a lege, Salas putat, non esse obligationem, si lex sit iudicia: quia faventium est libertati, quantum possimus. Num. 598. quod Diospilillo dicit non esse in probabiliter. Vin, Bencignus? At nos hoc appellamus omnium laxitatem tantum. Sed, subdit Auctor nosse, alii oppositum tenent.

XVIII. Haec pauca debellatitacis, pluribus omittis. Haec methodus probabilistica, quam pyrrhioniam vocare soleo, in christiana exponenda Theologia mihi summopere semper duplicavit. Namvi Probabilis omnes recentiae opiniones probabiles sunt, licet oppositae: quoniam nullam, ut fallam, aut improbiabilem, Auctor explodit. Lectorum delectum omnes porrigit. Quid iuvat, quod interdem dicat, hanc esse probabiliterem, alteram minus probabilem; cum apud ipsam iudicia sit opinio minus probabilis regula conscientiae? Si in hac methodo exagitantia saltem, ceteri iudicent. Iudicia nostra leges non sunt, quae obligationem vim imponant. Immo sententia quae scribitur, sapientium inditio ex animi sententia supponimus. Quid aliquid inelamatur sit, nos videmus ad simulatam periculis adversus vel Auctorem, vel Institutum haec scribere, nihil pendimus. Deus est qui iudicat, non homo. Auctores omnes, eorumque iustitia colimus; & ea relictissimus que Christianorum atrox lauti officere exilissimus. Si quis inspicitur, nos minus sincere representatensis omnium opinionum, contextum a P. La-Croix, eius opus omnibus patens legit. Utinam, quemadmodum ab inventiva, & similitate, ita ab errore immunes inveniremur. Erroribus, deceptionibus, illusionibus nos obnoxios esse utro facerimus. Veram, ne alii erandi occasione praebamus, illos admittimus; ac nos ita abique examine amplectentes illosque rogamus, & obtestamur, ut si quid minus red-

UNIVERSITATIS

UNIVERSITATIS

Sum, minus pietati consonum, aut plus iusto rigidum offenderit, velint illud non modo sequere, sed resellere, & profigare; & universam christianam Rempublicam admonere, ne deceptum fuisse. At iniquit: Quid opus erat rescribere continentem opinionem quas congregit P. La-Croix? Ut contemptum lectoribus facerem, qualis est metho-
sus probabilis, qui super eadem omnino actione dux, & quidem directe oppositas, vias eundi ad eam patefacit. Ideo ad-
monendo necessario existimo, ut hac metho-
do, & doctrina ablineant, cauteque sint in
legendis similibus libris.

CAPUT VIII.

*An subinde moris, aut gratia, sancti
periculum ab observantia lege
eximat?*

I Super exposita questione varia sunt Au-
ctorum placita. Plures defendunt, om-
nem legem istam, sive divinam, sive hu-
manam, temper obligare; etiam aliqnod
grave damnari, immo mors ipsa tabeunda
esse. Quam sententiam acriter defendunt
Crisostomus, Doctores, & alii. Altera sen-
tentia iulinet, nec humanam, nec divinam
legem obstringere, quando foret gravis da-
mni, fame, amissionis bonorum, aut mortis
optendat periculum. Utraque sententia per
extrema graditur.

II. Ut que veritati propinquior existimo,
in medium proferam, nonnulla certa pre-
mittunt opus est. Quae sua natura intrinse-
ce mala sunt, lege naturali, & divina pro-
hibita, ut mestri, fornicari, peccare, blas-
phemare, & id genus similia, obligant sem-
per, & in omni circumstantia, etiam cum
vite periculo: malum enim nunquam perpetuan-
dum est. Quando res precepta natura
licet mala non est, sed ideo mala evadit, quia
prohibita, absolute cum vite iactura, aut
gravi detrimenti periculo non obligat. Ideo
precepta non comedendi carnes dies veneris,
ieiuniorum, sessorumque observatio, & si-
milis non urgent; si eorumdem observantia
mortem, aut grave detrimentum inferret.
Tum vero mandata sua cum vite periculo
obligant, quando eorum observantia bono
communis necessaria est. Committitur carnis de-
votio, & scandalum in religionis christiana contem-
pntem, & scandala: tum cum mortis
periculo servandum preceptum est. Quo-
modo autem eiusmodi legum observatio sit nec
bono communi necessaria, regula consti-

tui generalis nequit; sed ex circumstantia-
rum varietate colligi id debet, prudentem
que iudicio definitur. Quibus possit.

III. Lex humana, sive ecclesiastica, sive
civilis, absolute non obligat cum vite,
aut infamia, aut honorum amissionis pericu-
lo. Quoniam eiusmodi leges prescribere ea
nequeunt que iuri nature obliant. Iure au-
tem nature homines tenentur absolute prop-
riam servare vitam, famam &c. Ergo eiu-
modi leges non obstringunt, dum talia mala
imminent. Contingere vero circumstantie
possunt in quibus, ut dictum est, etiam illae
leges cum vite discrimine urgeant; ut quan-
do illarum transgressio graviter bonum com-
mune laderet. Legislatores enim humani
potestate praediti sunt: ea imperandi que ne-
cessaria ad bonum commune Republicae iu-
dicantur. Libent Principes subditis excubias
agere; dum obliantur civitas, parum civi-
tatis custodire. Parere subditi debent, licet
vite periculum imminet. Gallitane in
civitate, Parochi ex officio inferre agro-
tis abringunt. Non sufficiant illi, aut ini-
quitate sua impiere officia propria negli-
gant: iubet Episcopus Sacerdotibus, qui vi
officii non sent huic ministerio subiecti, ut
agrotis assistant: cum vite periculo parere
superiori debent omnes, & singuli, quibus
superior preceperit. Quoniam, cum sint
omnes absolute exempti, non est maior ratio
cur iste potius quam ille subiectus Praetati
imperio sit. Omnes ergo in hoc casu & sin-
guli obedire abringunt. Alioquin, si sin-
guli dicere possent: Cur ego, & non ille
tam nemini imperare Episcopus valeat. Ra-
tio obvia est, Legislatores humani est pre-
cepto iure valent que bono communi aut
Republicae, aut religionis expedire cogno-
scunt: Dictarum legum observatio existit,
immo necessaria est bono communi tum Re-
publicae, tum religionis. Ergo praecant in
his eventibus subditi legibus eiusmodi opor-
tet. Haec sententia communis.

IV. Dicitur haecenus est, quid vi precepti
superioris praetari teneantur illi qui liberi
ab omni officio, vel dignitate sunt. Nunc, quid
agere ex caritatis lege possint, explicare de-
bemus. Convenit penes omnes, quembet
posse caritatis, & conciliumque virtutis amo-
re exponere propriam vitam mortis pericu-
lo. Patet quilibet Sacerdos, & Christianus
luc infestis servire: potest quoque castitatis
amore abstinere a matrimonio necessario vi-
tae servandae: ex amore pudicitiae, seu ca-
stiratis negligere verendum curatum: si-
clicite vales donare in naufragio tabulam fra-

tri, & omittere sui defensionem: denique
conciliumque virtutis studio succensus potes,
ut dixi, tuam vitam mortis periculo expo-
nere, ut docet S. Thomas in *II. dist. XXXIII.
quae. II. art. III.*

V. Ipsi leges, tum divinae, tum natu-
rales, sua habent exceptiones, in quibus ob-
servantia obviatim suspendunt. Lex natu-
ralis solum vetat; ut excipit necessitati
extremae casum: vetat homicidium eadem
lex, excepta necessaria defensione ab initio
aggressore. Secreti cuiusdam est de iure natu-
rae: ar, quoties silentium grave detrimentum
inferret Republicae, natura lex oppolitum
praecipit. Plura iussit Dominus in lege ve-
teri, quorum observantia non urgebat, pericu-
lo mortis imminente. David sanctus, ut
mortem vitaret, prohibitos divina lege pro-
positionis panes manducavit. Fortitudo Ma-
chabaeorum praesidiis in sabbato ob vite
defensionem laudatur; licet praetati tali die
vestium esset.

VI. Duo adversus ea que haecenus dicta
sunt, opponunt illi qui contendunt, absolute
leges humanas cum mortis periculo obli-
gare. Moniales, etiam servandae vite causi-
ca, nequeunt & clausura egredi. Carthusia-
ni cum mortis periculo abstinere a carni-
bus debent. Respond. Neutra oppositio quid-
piam facit negotii. Non prior. Nam lex
ipsa excipit tres eventus, in quibus ob mor-
tis periculum egredi a monasterio Sanctimo-
niales valent. Primus est incendium, inun-
datio, hostium incursio. Alter est lepra,
sive alius morbus qui ceteras mortales in-
fectores. Tertius est pelis. Quos casus ex-
ceptit S. Pius VI. in Bulla sua incipit *Diocis,
& hostilia.* Tres alios casus invenit can-
stutudo, accedente propi Praetati approba-
tione. Primus, quando transferenda Monia-
lis est ad aliud monasterium, ut illud regat,
vel observantiam regularem introducat.
Alter, quando in proprio monasterio corrip-
tu nequit de peccato delicto. Tertius est,
quando alio in monasterium transferri debet.
En quomodo leges istae temperant obliga-
tionem ad evitandum mortis periculum. At
quid, si medicorum iudicio definitur quod
Monialis graviter agrotans lenitate recu-
peratura esse & clausura translata? Primum
hoc medicorum iudicium fallax est. Ceterum
iure legislatores prohibere, Moniales
ob hanc causam egredi & clausuram, ut tollant
occasionem plurium eorumdem. Ideo ad
hoc evitanda abstrada, que summpere
notia esse bono communi tam sancti In-
stitut, clausura reputata fuit huic bono com-

muni necessaria, quae prevaleat debeat hu-
ius aut alterius Monialis vite, admitti etiam
hypothel valde rara, quod egressus fan-
tatem requirerent.

VII. Carthuliani, destituti omni cibi, ne
fame perirent, caribus velci cenabant; ut
etiam peccallam voto ab eorumdem euab-
stinere deberent. Dum vero illi cibi praestati
sunt, abstinere a caribus debent, etiam si
(quod raro accidit) mors subeunda foret.
Quoniam lex illa de perpetua abstinencia a
caribus tantum splendore offert sacro illi
divinoque Instituto, ut etiam in casu mortis,
hucus aut illius Religio vite preferenda
sit bonum commune. Plura haec de re
Theologi disputant, quae utpote non neces-
saria, praetereo.

CAPUT IX.

*De voluntate, seu intentione necessaria ad
impledendam legem.*

I. Precepta legis, alia sunt negativa,
alia positiva; alia per cessationem ab
opere vitio, non fructibus, non machaberi;
&c. haec per executionem operis, seu per
actus positivos implentur. Duplex distingui-
tur voluntatis actus in lege positiva implenda:
Alter intentionis, qui voluntas intendit
praecipuum implere; alter imperatus, quo
res precepta executioni demandatur. In-
tentio implendi praecipuum necessaria est:
quia actus quo lex impletur, humanus, sui
deliberatus sit oportet. Ut autem actus eiu-
modi sit, ab intentione agendi procedere de-
bet. Quomobrem qui audit Milliam, qui
officium profolveret, omni intentione subla-
ta exequendi rem praecipuum, minime debito
suo satisfaceret.

II. Heinc intertur, praepca negativa non
servandi, non machabandi impleri posse abli-
que intentione, & libertate. Quare, si quis
etiam occide non fuerit, non meretur, &
non furnicere, praepca implere. Contra,
cum praepca positiva existunt pro obligantia
positivos actus humanos, necessum est ut
illi deliberati sint: & quo coacte exegeretur
actus a praepco positivo iussos, minime
praecipuum impleret.

III. Adversus tamen velim, aliam esse in-
tentionem, qua intenditur praepco observantia
& aliam, qua intenditur praepco re-
cepti. Rufus alii est intentio expresse, alia
intentione interpretativa. Quibus constitutis,
sequentibus questionibus, quod praepcui, res-
olvitur.

IV. Quæst. I. *Necessaria ne est aliqua intentio vel expressa, aut virtualis adimplendi præceptum; vel sufficiens intentio ponendi rem præceptam?* Resp. Convenit penes omnes, non requiri intentionem expressam adimplende legis. Idque conceptis verbis docet S. Thomas 2. 2. quæst. civ. art. 3. ad 2. *Licet actus virtutis eadem sub præcepto, possit tamen aliquis implere actum virtutis, non attendens ad rationem præcepti.* Quod ad intentionem interpretativam attinet, disputant in utramque partem Theologi. Quam intentionem interpretativam considerant sub duplici aspectu. Primum appellant negativam: puta, dum quis attendit Missam audit præceptum ignorans; hunc satisfacere præcepto communitur docent. Auditores: quia virtualiter audit voluntas illam implendi. Alterum positivam vocant, ut dum quis scians esse legem, positivam intentionem elicitur non adimplendi legem modo actu quo aliquo lex implitur. Quæ sententia clarior hoc pacto exponitur. Deliberate audit Missam die festo, deliberate recitas officium divinum: ut simul elicitur actum quo intendis non implere præceptum. Theologi plures hunc non implere præceptum asserunt. Quoniam, inquit, necessaria est intentio, sicut virtualis, & interpretativa satisfaciendi præcepto. Porro ille qui expresse deliberat se nolle satisfacere, hanc intentionem interpretativam non habet. Ergo non satisfacere præcepto. Idque confirmant, quod auditio Sacri in die festo, recitatio officii divini, non modo religiosis, sed obediunt etiam officia sunt. Necessaria ergo voluntas est, qua superiori (aut alicui obediens) servari debet. Debes obedire. Exemplum rem committit. Debes ex iustitia Petro centum; quam summam ex liberalitate eidem donas; alingeris postea solvere debitum ex iustitia.

V. Opposita sententia ait, hunc satisfacere præcepto audiendi Sacri, perfolvendi divini officii, qui deliberate auditis Missam, recitans officium, expressam voluntatem habere non satisfaciendi præcepto. Parentur tamen hunc peccare, si in voluntate perseverat non adimplendi præceptum toto tempore apto ad præceptum exequendum: non quod violat præceptum audiendi Sacrum, recitandi officium, teinonandi &c. sed quia præceptum naturale, quo hæc voluntas non implendi præcepti vetatur, infringit. Itaque si toto illo die quo præceptum inquit audiendi Sacri, perfolvendi officii &c. quis velit, Missa audita, officio perfoluto, ieiunio peractis, his actibus implere præceptum, reipsa implet, nec tenetur aliud recitare officium; aliam

illo die audire Missam. Si tamen tempore congruo pro observantia præcepti non recitaret voluntatis contraria, non peccaret. Quoniam, inquit, Theologi isti, lex libere rem exequendam, videlicet Sacrum audire, officium perfolvere; lecus animam implendi præcepti. Et quoties res præcepta ponitur, habetur obedientiam materialis sufficiens ad evitandum peccatum. Hanc sententiam defendunt Salmanticenses tract. xi. cap. 11. puncti. 8. num. 145. & pro eadem laudant Castrupalatum, Suarez, Valentiam, Sanchez, Lessium, Bonacinam, Aragoniam, & alios.

VI. Hanc disputationem renicio inter illas quas vanas & frivolas appello. Nam, excepto casu quo vir scrupulosi exagitatus advertens, seu tinnens cum debita attentione se non implere debitum suum in recitando officio, audiendo sacro, deliberaret se nolle hoc actu satisfacere præcepto, sed aliud audire Sacrum, iterumque recitare officium constitueret; excepto; inquam, hoc casu, in quo quid sit agendum, in regulis pro evitanda scrupulosi dictum est, quæstio proposita verbis laudat, & occasionem vitiositatis arripit. Nam quis ratione predictis prefatos hos duos pugnantes actus elicit? Quis tam stultus, ut velit peccatum committere, dum actum virtutis exercet? Nam qui constituit se nolle hæc audire Missam, hæc recitatione officii implere præceptum, vel deliberat aliam audire Missam, aliud recitare officium, vel definit se recipere nolle toto illo die adimplere præceptum, licet deliberato rem præceptam ponat. Ego in primo casu non modo permittem, & obligatum declararem (aut aliam obediens scrupulosi alicuius circumstantia) ad audiendum aliud Sacrum, recitandum aliud officium; sed in secundo sit officii actus tertiam Missam audiendam, tertium officium recitandum (ut ita dicam) imponerem. In secundo casu hominem reciterem, ut dementem, tamquam qui vellet peccare, ut peccaret: nam rem præceptam attendit & diligenter exequitur, urgente præcepto: & præceptum implere recusat. Delirium hoc mihi apparet. Sed inquis: Si reipsa similis reperiretur stultus, quid sententia ferret in ipsum? Ad aliam audiendam Missam, ad aliud recitandum officium obligarem; ut peccati poenam lueret.

VII. Quæst. II. *Utrum satisfaciendi legi, debet se finem legis intendere?* Resp. Finis legis alius extrinsecus, & est ipsa res præcepta; alius extrinsecus, & est id in quod legislator rem præscriptam dirigit. Sine primo consistere res præcepta nequit. Abque posteriori sub.

CAPUT X.

De pluribus præceptis eodem actu implendis; & de impedimentis que aut opponuntur, aut non remouentur, ne lex implatur.

substantia rei præcepta reperiri valet. Igitur, ut quis satisfacere præcepto, intendat deesse, est finem intrinsecum præcepti; ut ex dictis patet. Finis autem extrinsecus legis absolute non cadit sub lege, idcirco qui ponit rem præceptam, satisfaciendi præcepto, tamen non intendat finem illum in quem legislator rem præscriptam dirigit. Excipe casum in quo legislator finem suum expresse prescribit intendendum a subditis. Sed tum finis extrinsecus inducitur conditionem rei præceptæ; ut quando Prelati prescribunt ieiunia, preces, sacrificia ad averendam calamitatem; tum obstringuntur subditi se conformare ad voluntatem superioris.

VIII. Quæst. III. *Impleri ne præceptum valet actu vitioso?* Resp. Salmanticenses tract. xi. cap. 11. puncti. 8. num. 147. sententiam adfirmant delendum, nulla adiecta distinctione: inquit enim: *Qui audit Missam autem videns mulierem, vice, apponi actum fecundum substantiam; ergo implet præceptum. Ita communiter moderni contra nonnullos antiquos.*

IX. Videamus, utrum nonnulli isti antiqui melius sentiant quam multi moderni. Non modo nonnulli, sed tota veneranda antiquitatis corona detestatur præfatam opinionem. Quod ut perspicue declarem, distinguenda est circumstantia que substantiam actus præcepti inficit, a circumstantia que actum præceptum comitatur, & personam operantem, non officium executionis, pollicetur. Audit qui devote, & attente Sacrum: circumstanti inanis gloria sumus: dilahitur ad videnda oblecta vana. Hæc venialia peccata non inficiunt substantiam actus ex motivo, seu fine religionis predicti. At si quis ad Ecclesiam auditurus Sacrum animo alpicendi mulierem accedat, finis iste corrumpt substantiam actus, quo implendum præceptum est. Finis quippe intrinsecus audiendi Sacri est religiosum obsequium Deo præstandum. Qui animo vidende amaret ad Sacrum audiendum pergit, non religionis officium, sed libidinis flagitium exercet. Hæc est antiquorum doctrina, opposita modernorum opinionum, que nulla gaudet probabilitate. Consule que dixi in explicatione præcepti audiendi Sacri.

QUÆST. I. *Impleri ne uno actu plura præcepta videntur?* Resp. Primum omnium excipiendum sunt iustissime mandata. Nam certum est te non posse uno actu implere præceptum solvendi centum aureos ex contractu, & restituendi centum aureos debitos ex furto. Certum quoque est plura præcepta eodem die occurrentia, quæque super eandem materiam cadunt, unico posse impleri actu. Sic eadem Missa audiri satisfacit præcepto diei dominice, & præcepto alterius Sancti eodem die recurrentis. Eodem ieiunio satisfacit præcepto quatuor temporum, & præcepto quadragesimali. Sacerdos Beneficiarius una officii divini recitatione satisfacit & ordinis & beneficii mandatis, &c. sic de aliis similibus. Hæc omnia communia sunt, & certa.

II. Quando autem præceptum superveniens cadit super eundem actum, tum legislatoris intentio examinanda est. Nam superior potest abique dubio aliquid præceptum imponere peculiari, & distincto actu implendum. Et reipsa quando superiores aliquid præceptum imponunt ex novo, & singulari aliquo rationis momento, tunc distincto & singulari actu implendum est. Edidisti votum ieiunandi. Contellarius tibi in calparum poenitentiam ieiunium imponit. Advenit præceptum ecclesiasticum ieiunandi. Tria ieiunia necessaria sunt. Si contellarius iubet ut Missam ter in hebdomada audias, non potes inter hoc actus numerare audientem Sacri diei festi, nisi Contellarius id exprimat. Contra, si Contellarius iubet ut per mensam audias Missam singulis diebus, tum comprehenditur etiam dies festi.

III. Quæst. II. *Satisfieri ne potest eodem tempore diversis præceptis?* Resp. Quando præcepta eodem recidunt, communis Theologorum sententia affirmat. Vales igitur eodem tempore audire Missam, & perfolvere horas canonicas, vel poenitentiam a Confessario impostam agere: quoniam hæc duo præcepta eundem finem habent; nec attentio ad divinum officium impedit attentionem ad Missam. Quid, si Contellarius pro poenitentia prescriberet tres Missas audendas? Posses ne eodem tempore omnes audire? Adfirmat P. Sanchez Lib. I. cap. xiv. n. II. cui

non repugnant Ledema, & Salmanticenses *tr. xi. cap. 11. punct. 9. num. 153.* Sed hæc opinio mihi improbabilis omnino est, quia legem circumvenit, immo eam delidit. Confeffarius qui tres audientes Missas præferbit, maiorem se imponere penitentiam intendit quam si unam, aut duas iuberet. Porro tres Missas eodem tempore audire non est maior penitentia quam quædam audire. Nemini Christianorum, lumine naturali indicanti, hæc casuistica opinio in mentem veniret. Vix ego contentum abique peculiari necessitate ut quis eodem tempore & Missam die festo audiret, & horas canonicas persolveret. Contrariam sententiam, utpote contrariam, non improbo. At qui tam severa œconomia tributa Deo debita solvunt, nescio quo animo divitias misericordie divine copiosas sperare valeant. Die festo non satisfaciunt præcepto audiendi Missæ, dum sua contrahunt peccata.

IV. Alteram casuisticam opinionem, quam docent *Banarius, Eshobus, Pinogius, & Ekanides in SS. Sacramenta*, te videlicet posse plures Missas pariter simul audire a diversis Sacerdotibus, ab uno usque ad consecrationem, ab altero usque ad finem, & præcepto satisficere, damnavit Alexander VII. Satisficere præcepto Ecclesie de audiendo Sacro qui duas eius partes, immo quatuor simul a diversis celebrantibus audire. Hinc colligo eo plures recentiores Theologiam casuisticam dirigere, ut vim legum extenuent zelo minuendi peccata. At nonquam abundantius peccatorum totiens inundavit Christianissimam quam post inveniunt Theologiam probabilisticam.

V. Quæst. III. *Peccat ne qui impedimentum opponit, ut a lege implenda liber sit? E. g. voluntarie infirmitatem contrahit eo animo, ut a ieiunio liber sit, aut ab alio præcepto.* Respondent Salmanticenses *tr. xi. cap. 11. punct. 9. num. 164. his verbis: "Satis tamen est probabilis, & ab intrinsicoforse probabilior sententia negans in tali casu peccare: quia eo ipso quod aliquis extrahatur ab obligatione legis, seu lex illam non obligat (sive hoc bonafide, sive mala intentione, sive licite, sive illicitè factum sit) est incapax delinquendi in effectu contrariam legem: ergo, ex quoacunque motivo ponat impedimentum, quod ipsum extrahit ab obligatione ieiunii, non peccat contra ieiunii præceptum; sed utitur iure suo, quo potest exonerari a lege, & extrahi ab obligatione illius."* Pro hac sententia laudant utroqueque *Sanchez, Filiucium,*

Azarium, Engwiler, Villalobos, Salmanticenses Scholasticos tract. xliii. de peccatis dub. 6. num. 103.

VI. Hæc opinio non modo intrinsecus nec probabilior, nec probabilis est; sed ledit sensum communem. Qui impedimentum opponit, ne legem servet, eodem tempore simul animum habet non servandi legem: idcirco enim, ut fatetur contraria sententia, impedimentum adicit, eoque animo, ne legem servet. At qui animum habet non servandi legem, contra legem peccat. Respondent arguti adversarii, hunc non habere animum non servandi legem, led animum liberandi, & subducendi se legis observationi. Callida sane & veritatis cavillatio. Ecur suadet se a legis obligatione extrahere, nisi eo animo ne legem servet? Si Christiani beno præditi sentis, similes audirent argutiones, scandalum perferent. Et tamen eiusmodi ratiocinatio per totam recurret Theologiam casuisticam. Peccant ergo dubio procul omnes contra præcepta quorum observationem declinare impedimentorum appositione student. Quoniam lex que officium imperat, simul vetat id omne quod cum eodem pugnat, atque adeo impedimenti appositionem. Alioquin ludicra lex esset.

VII. Quæst. IV. *Peccant ne contra præceptum qui impedimenta non remouent, cum sine gravi damno possint? Respondeo. Sententia affirmans vera est: & opposita falsa, nulla frenans probabilitate. Quandoquidem legislator, qui finem imperat, simul media ad finem necessaria præferbit. At non adhibere impedimenta, aut eadem removere, cum facultas adit, media sunt necessaria ad finem. Ergo præstanda sunt ab eo qui sincere vult legis observationem. Peccant ergo ii omnes, & quidem fraudulenter, qui pila ludant, qui formicant, ne delatigari ieiunium: qui inebriantur, ne Missam audiant, aut horas canonicas persolvant: peccant, inquam, contra præcepta ieiunandi, audiendi Sacri, recitandi officium.*

VIII. Quæst. V. *Qui non potest totum implere opus præceptum, asstringitur ne partem quam potest exequi? Resp. Sententiam adfirmantem solo calamo demonstravimus in opere inscripto *La Quarissima Appellante*. Quare paucis nunc rem expediemus. Quando dividuum est præceptum, semper qui non valet totum, implere quam potest partem debet. Tum autem dividuum præceptum dicitur, cum singulae partes sigillatim acceptæ fini a legislatore præstituto conducunt. Sic, quia in qualibet horarum canonicarum re-*

citatione, in unica comestura, aut in sola abstinencia a carnibus relictæ finis præceptorum ieiunii, & horarum canonicarum, ideo qui nequit totum officium, partem persolvere, qui nequit & unicam comesturam, & abstinencia a carnibus servare, alteram quam valet partem exequi debet. Quapropter vix sequentem præpositionem damnavit Innocentius XI. *Qui non potest recitare matutinam & laudes, potest quædam reliquias horarum ad nihil tenetur: quia maior pars trahit ad se minorem.* Fostile est quod obicitur, accesserim legi principale, quando ambo sunt dividua. Tum valet dicta regula, quando ambo individua sunt, sine a lege intento spectato.

IX. Quæst. VI. *Quando duo occurrunt præcepta que simul servari nequeunt, quid agendum? Resp. Conferenda invicem præcepta*

sunt, & quod gravius est, atque præstantius, præferri debet. Præceptum naturale voluntarium, voluntarium divinum humano, humanum canonicum civili, & mandatum supremi Principis, interioris legislatoris præcepto, & tandem affirmativum negativum præse debet. Res perspicua ex se est. Natutale est de rebus absolute necessarium. Deus superior homine est, & Princeps supremus Principe inferior. Præceptum excellentioris virtutis anteponendum est præcepto virtutis inferioris. Hinc præceptum caritatis, que est omnium virtutum forma, antecedere debet aliis virtutes. Negligenda ieiunia, preces, auditio Sacri, & cetera eiusmodi, ut caritatis officia erga proximum graviter, non leviter tua ope indigentem exercitas, quando omnia simul præstare nequeas.

DISSERTATIO VI.

DE LEGIS CESSATIONE, INTERPRETATIONE, DISPENSATIONE, ET CONSUETUDINE.

PRÆLOQUIUM.



Dissertatio hæc plura comprehendit gravioris momenti, & difficilioris resolutionis ob calumnicas subtilitates, & laxitates: idcirco severiore indiget examine. Omnia de more expendam, utriusque extremi & *Rigorismi, & Laxismi* declinatis. Nil frequentius in ore, & in calamo Probabilitæ habent quam cessare legem cessante fine. Hanc proterea quæstionem loco primo expendam. Opiniones que nihil videntur laxæ, severo sillo de more perstringam, salvo obsequio æque Auctores. Fucus Probabilitæ aqua dulci ablut negat, sed acri, falsoque liquore abstergi dumtaxat potest. Fucus iste plus lectoribus, qui desunt legi rigorem cupiunt, quam cessata famulis, qui occultata deformitatem student, placere solet. Et hæc est unica & sola causa cur frequenter æctuum oleo infundimur, quo efficacius inveteratas laxitates expungere valeamus. Eodem sillo errata nostra confundant ahi.

CAPUT I.

Improbabilis, & laxa est plerumque Probabilistarum opinio que defenditur, non obligare legem, subdito eiusdem sine in particulari.

I. **F**inis legis duplex: intus unus, externus alter. Primus est ipsa rei præcepta honestas. Secundus est quem legislator

intendit. Hic considerari duplici ratione potest: quandoque enim iunctus est sui intrinsecus, & quandoque seorsus ab illo est. E. g. ieiunii, cuius res præcepta sanapte natura honesta est, finis primus & intrinsecus est temperantia, quam consequitur carnis mortificatio; orationis intus finis religio est: quare legislator præcipiens ieiunium, non potest non intendere temperantiam,

non repugnant Ledema, & Salmanticenses *tr. xi. cap. 11. punct. 9. num. 153.* Sed hæc opinio mihi improbabilis omnino est, quia legem circumvenit, immo eam delidit. Confeffarius qui tres audientes Missas præferbit, maiorem se imponere penitentiam intendit quam si unam, aut duas iuberet. Porro tres Missas eodem tempore audire non est maior penitentia quam quæcumque audire. Nemini Christianorum, lumine naturali indicanti, hæc casuistica opinio in mentem veniret. Vix ego contentum abique peculiari necessitate ut qui eodem tempore & Missam die festo audirat, & horas canonicas persolveret. Contrariam sententiam, utpote contrariam, non improbo. At qui tam severa œconomia tributa Deo debita solvunt, nescio quo animo divitias misericordie divine copiosas sperare valeant. Die festo non satisfaciunt præcepto audiendi Missæ, dum sua contrahunt peccata.

IV. Alteram casuisticam opinionem, quam docent *Banarius, Eshobus, Pinogius, & Ekanides in SS. Sacramenta*, te videlicet posse plures Missas pariter simul audire a diversis Sacerdotibus, ab uno usque ad consecrationem, ab altero usque ad finem, & præcepto satisficere, damnavit Alexander VII. Satisficere præcepto Ecclesie de audiendo Sacro qui duas eius partes, immo quatuor simul a diversis celebrantibus audiat. Hinc colligit eo plures recentiores Theologiam casuisticam dirigere, ut vim legum extenuent zelo minuendi peccata. At nonquam abundantius peccatorum totiens inundavit Christianitatem quam post inventam Theologiam probabilisticam.

V. Quæst. III. *Peccat ne qui impedimentum opponit, ut a lege implenda liber sit? E. g. voluntarie infirmitatem contrahit eo animo, ut a ieiunio liber sit, aut ab alio præcepto.* Respondent Salmanticenses *tr. xi. cap. 11. punct. 9. num. 164. his verbis: "Satis tamen est probabilis, & ab intrinsicoforse probabilior sententia negans in tali casu peccare: quia eo ipso quod aliquis extrahatur ab obligatione legis, seu lex illam non obligat (sive hoc bonafide, sive mala intentione, sive licite, sive illicitè factum sit) est incapax delinquendi in effectu contrariam legem: ergo, ex quocumque motivo ponat impedimentum, quod ipsum extrahit ab obligatione ieiunii, non peccat contra ieiunii præceptum; sed utitur iure suo, quo potest exonerari a lege, & extrahi ab obligatione illius."* Pro hac sententia laudant utroqueque *Sanchez, Filiucium,*

Azarium, Engwiler, Villalobos, Salmanticenses Scholasticos tract. xiiii. de peccatis dub. 6. num. 103.

VI. Hæc opinio non modo intrinsecus nec probabilior, nec probabilis est; sed ledit sensum communem. Qui impedimentum opponit, ne legem servet, eodem tempore simul animum habet non servandi legem: idcirco enim, ut fatetur contraria sententia, impedimentum adicit, eoque animo, ne legem servet. At qui animum habet non servandi legem, contra legem peccat. Respondent arguti adversarii, hunc non habere animum non servandi legem, led animum liberandi, & subducendi se legis observationi. Callida sane & veritatis cavillatio. Ecur suadet se a legis obligatione extrahere, nisi eo animo ne legem servet? Si Christiani beno præditi sentis, similes audient argutiones, scandalum perferent. Et tamen eiusmodi ratiocinatio per totam recurret Theologiam casuisticam. Peccant ergo dubio procul omnes contra præcepta quorum observationem declinare impedimentorum appositione student. Quoniam lex que officium imperat, simul vetat id omne quod cum eodem pugnat, atque adeo impedimenti appositionem. Alioquin ludicra lex esset.

VII. Quæst. IV. *Peccant ne contra præceptum qui impedimenta non remouent, cum sine gravi damno possint? Respondeo. Sententia affirmans vera est: & opposita falsa, nulla freuens probabilitate. Quandoquidem legislator, qui finem imperat, simul media ad finem necessaria præferbit. At non adhibere impedimenta, aut eadem removere, cum facultas adit, media sunt necessaria ad finem. Ergo præstanda sunt ab eo qui sincere vult legis observationem. Peccant ergo ii omnes, & quidem fraudulenter, qui pila ludant, qui formicant, ne delatigari ieiunium: qui inebriantur, ne Missam audiant, aut horas canonicas persolvant: peccant, inquam, contra præcepta ieiunandi, audiendi Sacri, recitandi officium.*

VIII. Quæst. V. *Qui non potest totum implere opus præceptum, asstringitur ne partem quam potest exequi? Resp. Sententiam adfirmantem solo calamo demonstravimus in opere inscripto *La Quarissima Appellante*. Quare paucis nunc rem expediemus. Quando dividuum est præceptum, semper qui non valet totum, implere quam potest partem debet. Tum autem dividuum præceptum dicitur, cum singulae partes sigillatim acceptæ fini a legislatore præstituto conducunt. Sic, quia in qualibet horarum canonicarum re-*

citatione, in unica comestura, aut in sola abstinencia a carnibus relictæ finis præceptorum ieiunii, & horarum canonicarum, ideo qui nequit totum officium, partem persolvere, qui nequit & unicam comesturam, & abstinencia a carnibus servare, alteram quam valet partem exequi debet. Quapropter vix sequentem præpositionem damnavit Innocentius XI. *Qui non potest recitare matutinam & laudes, potest quædam reliquias horarum ad nihil tenetur: quia maior pars trahit ad se minorem.* Fostile est quod obicitur, accesserim legi principale, quando ambo sunt dividua. Tum valet dicta regula, quando ambo individua sunt, sine a lege intento spectato.

IX. Quæst. VI. *Quando duo occurrunt præcepta que simul servari nequeunt, quid agendum? Resp. Conferenda invicem præcepta*

sunt, & quod gravius est, atque præstantius, præferri debet. Præceptum naturale voluntarium, voluntarium divinum humanum, humanum canonicum civile, & mandatum supremi Principis, interioris legislatoris præcepto, & tandem affirmativum negativum præse debet. Res perspicua ex se est. Natutale est de rebus absolute necessarium. Deus superior homine est, & Princeps supremus Principe inferior. Præceptum excellentioris virtutis anteponendum est præcepto virtutis inferioris. Hinc præceptum caritatis, que est omnium virtutum forma, antecedere debet aliis virtutes. Negligenda ieiunia, preces, auditio Sacri, & cetera eiusmodi, ut caritatis officia erga proximum graviter, non leviter tua ope indigentem exercitas, quando omnia simul præstare nequeas.

DISSERTATIO VI.

DE LEGIS CESSATIONE, INTERPRETATIONE, DISPENSATIONE, ET CONSUETUDINE.

PRÆLOQUIUM.



Dissertatio hæc plura comprehendit gravioris momenti, & difficilioris resolutionis ob calumnicas subtilitates, & laxitates: idcirco severiore indiget examine. Omnia de more expendam, utriusque extremæ & Rigorismi, & Laxismi declinatis. Nil frequentius in ore, & in calamo Probabilitatis habent quam cessare legem cessante fine. Hanc proterea quæstionem loco primo expendam. Opiniones que nihil videntur laxæ, severo sillo de more perstringam, salvo obsequio æque Auctores. Fucus Probabilitatis aqua dulci ablut negat, sed acri, falsoque liquore abstergi dumtaxat potest. Fucus iste plus lectoribus, qui desunt legi rigorem cupiunt, quam cerosa famulis, qui occultata deformitatem student, placere solet. Et hæc est unica & sola causa cur frequenter æctuum oleo infundimur, quo efficacius inveteratas laxitates expungere valeamus. Eodem sillo errata nostra confundant ahi.

CAPUT I.

Improbabilis, & laxa est plerumque Probabilitatum opinio, qua defenditur, non obligare legem, subdito eiusdem sine in particulari.

I. **F**inis legis duplex: intus unus, externus alter. Primus est ipsa rei præcepta honestas. Secundus est quem legislator

intendit. Hic considerari duplici ratione potest: quandoque enim iunctus est sui intrinsecus, & quandoque seorsus ab illo est. E. g. ieiunii, cuius res præcepta sanctorum natura honesta est, finis primus & intrinsecus est temperantia, quam consequitur carnis mortificatio; orationis intus finis religio est: quare legislator præcipiens ieiunium, non potest non intendere temperantiam, non potest non intendere pietatem.

mortificationem, carnalique compressionem; & in oratione prescribenda non potest non intendere religionis honestatem. Quoties igitur actus precepti natura sua honesti sunt, finis intrinsecus legis est ipsa res precepta. Et tunc finis extrinsecus legislatoris coniungitur cum fine intrinseco, hoc in sensu, quod legislator nequeat non intendere ea que tenent preceptum necessario consequuntur, ut in exemplis allatis patet. Datur vero finis extrinsecus, qui omnino a voluntate legislatoris pendet; ut quando in principis ieiunium, proceus ob aliquam finem peculiarem, puta ad placandam divinam iudicantiam, ad impetrandam pluviam, auxilium contra hostes &c. Finis omnino extrinsecus legis est, quando res precepta natura sua indifferens est, ut delatio armorum, extractio aut introductio mercium, & cetera eiusmodi, que legislator ob aliquem, vel plures fines precipit, aut vetat.

II. Quoties lex precipit actus natura sua bonos, ut sunt illi quos primo loco indicavi, semper lex constituit, etiam si cessare finis extrinsecus legislatoris. Quoties ipsa actus preceptorum bonitas & honestas sunt finis precipiendi, & intrinsecus legis, quem in lege roganda non potest non intendere legislator. Et hoc verum est penes omnes, qui dicunt legem tunc cessare, quando causa tota, seu adaequata legis desinit & evanescit. Porro, dum consistit res precepta bonitas & honestas, non cessat causa adaequata legis, etiam si cessare finis extrinsecus eiusdem. Similiter quando res precepta est indifferens, pluresque sunt fines extrinseci a legislatore intenti, ex quibus omnibus coalescit totus finis adaequatus; cessante uno, aut altero sine non desinit, nec cessat lex. Ita lex evadit, dum omnes omnium fines desunt. Duo in veteri foedere erant leges circumlocutionis fines, peccati originalis abolitio, & distinctio Iudaei populi a ceteris gentibus. Desiciente uno hinc, consistebat alter; ideo lex urgebat, etiam si peccatum originale deletum specialis gratia fuisset.

III. Cum finis adaequatus legis omnino cessat, communitur respectu omnium loquax cessat. Prohibita est communicatio unius civitatis cum altera ad pestem vel contagionem vitandam; sublata omnino pelle vel contagione, lex evanescit. Prohibitus est ingressus in talium domum ob vitandum scandalum mulieris suspecte fame: alio mulier abiit, lex cessat, quod causa adaequata legis sublata sit.

IV. Quasi. I. Expositio de *est Principis declaratio, qua definitur legem cessare*. Respondet. P. Dominicus Soto Lib. 1. quasi. vi. art. 8. docet, legem vim non amittere, nisi vel Princeps, vel consuetudo legem abrogaverit. Communis sententia oppositum docet, nempe legem cessare, eo ipso quod finis adaequatus eiusdem cesset. Quoniam hoc ipso redditur inutilis lex illa communi bono. Aliqui tamen nimium habent laxam. Salmanticenses tract. xi. cap. xv. punct. 1. numer. 4. proponunt haud requiri quod innotescat tunc communitatis, sed lat esse quod michi in particulari notum sit finem legis adaequatam cessasse. Quae opinio laxa est; & reuocanda. Nam, si iudicium hoc ferre cuilibet hominum esset, actum de pluribus legibus soleret, & publica perturbatio facile contingeret. Doctrina Dominici Soti recte explicata veritatem accedit. Non requirit determinate Principis declarationem concedit & ille; sed consequentiam postulat, nempe communem civitatis, seu populi consensum. Quam doctrinam sic explicatam defendit Doctor eximius P. Suarez Lib. 7. cap. 18. num. 12. ubi inquit: *Solum ergo est necessarium in de tali cessatione publice, & manifeste constet per evidentiam facti generaliter nisi in tali Republica, vel communitate*. Fatetur ergo & nos, non requiri Principis declarationem. Sed negamus, iudicium cuiuscunque particularis lat esse, ut dicatur finem adaequatam legis cessasse. Necesse igitur est ut id communitur competum sit universae Republicae, vel communitatis. Et haec est vera sententia.

V. Laxior est opinio quam ibidem proponunt laudati Salmanticenses, iniquitates, fat esse opinionem probabilium, qua iudicatur finem legis adaequatam cessare, ut lex ipsa amplius non obliget. Quae doctrina vix admittitur ab ipsis melioris notae Probabilibus. Nam lex in possessione est. Possessio autem probabilitate sola non asseritur. Reponebat haec verba: *Et licet lex sit in possessione, probabile est non esse; cum sit probabilis esse utilitatem*: citantque *Castroplatum*, & *Grandium*. Haec sunt Probabilium axiomata, quae universalem morum Theologiam pessumdam. Ut opinio sit probabilis, fat est a quatuor vel sex Auctoribus (ut abundanter loquitur) illam defendi. Sat ergo erit quatuor vel sex Casulistas dicere, cessasse finem legis, & continuo evanescet lex: quod quam sit absurdum, nemo non videt. Sed alibi data opera haec principia labefacta. Quamobrem non est recuquenda crambes. Sat fuit admodum ille lectorem, ut captus in librorum lastrone sit.

VI.

VI. Animadvertendum est ex Caietano, finem legis cessare duobus modis posse. Primo negativiter, quando lex inutilis est bono communitatis; tamen, si illam impleat, malum non est. Secundo *convarie*, quando observantia legis in hoc casu vitiosa est: quem casum exceptum a lege esse docet S. Thomas. Quod ergo in dispositionem nunc vocatur, est sequens quattuorculum.

VII. Quasi. II. *Cessante negative sine adaequata lege in particulari, cessat ut legis obligatio*: Respondet. Admittat prior sententia, quam propugnant Gradus, Henriquez, & Navarrus, Ledesma, Sylvester, Diana, &c. *Viva quasi. vi. actus. 5. pro hac sententia*: citat Caietanum, qui 2. 2. quasi. 100. artic. 1. conceptis verbis oppositum docet. Sed excusandum P. Viva, qui Auctores legit penes suam Dianam, ex cuius ratione passim Auctores citat. Rationes istius opinionis haec sunt. Finis legis est tota ratio, & veluti anima eiusdem; qua sublata, deficere lex debet. Nec lex in communi tantum obligat, sed etiam in particulari. Ergo quemadmodum, cessante fine legis in communi, desinit lex pro omnibus, sic, cessante sine legis in particulari casu, cessabit pro tali casu lex.

Et hoc patet in correctione fratrum: cessante enim profectus sine, lex corrigendi non urget. Hanc sententiam satis probabilis vident Salmanticenses *loc. cit. num. 5*. Si satis probabilis; ergo iuxta Probabilium principia licite eam amplecti quis queque valet.

VIII. *Opposita sententia vera, & loquax probabilis est*. Illam communitur defendunt vel ipsi Probabiles. Primum omnium transferenda est doctrina S. Thomae, qua sola resolvitur omnes casus quos disputant moderni Moralitae. Docet Angelicus 1. 2. quasi. 101. art. 6. *Omnis lex ordinatur ad communem hominum salutem; & intantum obtinet vim, & rationem legis; secundum eam quod ab hoc desinit, virtutem obligandi non habet*. Contingit autem multoties quod aliqui observant communi saluti est utile ut in pluribus, quod tamen in aliquibus casibus est maxime nocivum. Quia igitur legislator non potest secundum singulares casus intueri, proponit legem secundum ea que in pluribus accidant, ferens intentionem suam ad communem utilitatem. Sed tamen hoc est considerandum, quod, si observantia legis servandum verba non habet subitum periculum, cui oportet statim occurrere, non pertinet ad quemlibet ut interpretetur quid sit utile civitati, & quid inutile civitati; sed hoc solum pertinet ad Principes, qui propter huiusmodi casus habent auctoritatem in

Cenc. Theol. Tom. VI.

legibus dispensandi. Si vero sit subitum periculum, non potest tantum notam, ut ad superiorum recurri possit, nisi necessitas dispositionem habet amexam: quia necessitas non iudicatur legi.

IX. Lex ergo communitatem iuxta Augustinum respicit, & id quod communitur, & in pluribus accidit. Cuius omnes comprehendere nequit. Quod repetit 2. 2. quasi. 101. art. 4. *Statuta communitatis proponuntur, secundum quod multitudinem conveniunt*. Et ideo legislator in eis statuendis attendit id quod communitur habetur, & in pluribus accidit. Si in aliquo casu lex sit noxia, id est esset finis contrarius, tum aut est periculum in mora, & necessitas legem non habet, aut periculum subitaneum non est, & ad eundem superior est. Ad quemlibet non pertinet de legis fine iudicium ferre, utrum scilicet lex illa utilis nec ne sit civitati. Sed hoc solum pertinet ad Principes, inquit Angelicus. Duo alia verba contra Probabilistas transcribo ex eodem Angelico 2. 2. quasi. 101. art. 4. *Nam si causa sit EPIDEMICA, per se ipsam licite potest homo statim observantiam praestare, praeterint observantiam interveniente, vel si nos posset de facili recursum ad superiorem haberi*. Salmanticenses cum Probabilibus contendunt, fat esse causam probabilem ad legis observantiam praestendam. S. Thomas requirit causam evidentem; immo adiecit, praeterint observantiam consuetudine, vel cum facili ad superiorem recursum non patet.

X. Ex quibus omnibus hinc pro communi sententia ratio formatur. Lex fertur propter bonum communitatis, & propter id quod communitur accidit. Hoc sine adaequato legis in communi vigente, nunquam lex cessat in particulari, seu nullas particularis subditus a lege exemptus est. Cuius Quia lex non fertur propter particularem casum, sed propter id quod communitur accidere solet. Quare licet respectu huius, vel illius repta non accidat, hoc non tollit quin lex obliget: quia lex id spectat quod planeque accidere communitur solet. Vt lex annorum delationem ob periculum irritam, diffensionum, & perturbationum. Periculum illud semper imminet; quamquam respectu huius, aut illius repta nec rixae, nec perturbations evadunt. Qua de causa fortitudo semper est peccatum mortale: quia fiet aliquis status providere educationi generande prolix valeat, communitur tamen haec providentia natura sua desinit; ideo nunquam occurrere casus potest in quo fornicatio licite evadat.

XI. Contraria sententia falso, ut dicitur,

R 3

supposito spectato laborat. Negatur enim cessare finem legis vel in particulari, dum finis adqueque legis in communi consistit. Quod aliquis in particulari non experiat malum quod lex prohibet, hoc non tollit quin finis legis etiam respectu huius consistat: quia finis legis etiam respectu huius est quod ob hominem commune tenatur servare & ipse legem, qui vetat mala passim contingentia; quamquam casus occurrit in quo res ipsa non eveniant. Fallunt itaque est principium cui opposita nititur opinio. Utique anima legis est eisdem finis. Sed hic etiam in particulari consistit, quando respectu multitudinis viget in communi. Securus ego lum, inquit, nullum respectu mei armorum delationem, accessum ad monasterium Monachum peccatum parere. Ego. At finis propter quem iustitia lex est, non est hic casus tuus particularis; sed casus qui communitur occurrunt. Communitur autem occurrunt mala, hominum multitudine inspecta, quae lex prohibet. Et hoc lat est ut & tu, respectu cuius non occurrit casus legis, subiectus sine legis observationi. Quod de correctione fratris obtruditur, vanum est. Preceptum quippe illud, cum sit affirmans, non obligat, cum spes fructus non adit.

XII. Tandem abiurda quae necessario contrariam consequuntur opinionem, illam improbabilem profert reddunt. Ea quippe admittit, omnes fere humanae leges in nihilum occiderent. Quisque pro suo affectus commodo & ingenio contenderet, legis finem locum non habere. Quin hac regula leges ipsas naturales quisque metiri auderet. Divites omnes contenderent finem vestire formationis eorum respectu non consistere; cum habeant unde & mulier, & futura proli providere abunde possint. Librorum hereticorum lectionem, accessum ad monasterium, armorum delationem, pompam usum, & plurima alia quae sibi licita fore iudicaret.

XIII. P. Dominicus Viva defendit hanc nostram communem sententiam *quæst. vi. art. 5.* Verum, ut sua benigna propensione obsecrande, post confirmatam communem sententiam responsa adversariorum refert, nec ea reicit; sed de more lectori facultatem facit ut quid sibi magis expedire videbit, seligat; quoniam ita sub finem disputationis exaltat adversariorum responsa, ut vel ipsi stupidi intelligant, quo Auctoris illius animus pendat. En quam verum in praxi fit, si *Probabilium* quasilibet opiniones regulas esse conscientiarum. Quid enim adversantes opiniones oppugnant, dum illas pro-

habiles, licet minus, agnoscunt? Verum & de hoc fute alibi. Responsa adversariorum; quae *intrepida* P. Viva appellat, vana sunt. Nam præcipuum repositum quod refert P. Viva, apertum continet errorem. Fallunt, inquit, legislatores habere finem illum universalis, quod pars conformetur toti, quando cessat finis immediatus legis in particulari. Nam hoc non est utile, sed damnosum communitati, eo quod singulos obliget, & aggravet in casu quo cesset finis legis abique ulla utilitate. Hinc dicunt, cessante sine directo, & immediato legis, cessare animam legis; atque adeo non obligare, ut pars conformetur toti, quando in parte cessat ratio cui conformetur toti, & nullam adhibet scandalum.

XIV. Respondum illud, quod totidem fere verbis refertur a P. Viva, ab imis legum fundamenta iussidit; leges omnes adicitur, & pervenit; subditos ad rebellionem irritat, & accendit; antilogis, & falsis suppositionibus fultur. Quae abiurda irrito conatu declinat, seu fucare adversarii student. Et, quod ad primum attinet, error manifestus est, quod pars non debeat conformari communitati in nostro casu. Ut enim ad incitas cum iuris adversariis redigam P. Viva: cedo: consistit ne in questionis nostrae casu finis in communi? (Hic enim est questionis status, num vigente sine in communi, & cessante in particulari, modo explicato, & explicando, cesset lex.) Minime. Ergo subditus particularis tenetur conformare se communitati, quae patitur detrimentum, quando pars se toti subtrahit. Si quidem inde bonum commune eisdem affertur, & viget, quod partes conspiciunt in bonam rationem. Iam dictum est, quod, licet casus legis, puta ritæ in delatione armorum, seductio in lectione librorum, scandala in ingressu in monasteria, re non contingant; non propterea cessat legis finis, ut declaravi. Quoniam finis legis etiam in hoc particulari est, ut pars conformetur toti. Obtinuit communis loquendi usus, ut dicatur cessare finem legis in particulari, quando malum quod prohibere lex intendit, in illo particulari non evenit; ut tantum in sensu dicitur, finem legis in particulari cessare. Ceterum non cessat legis finis quantum ad obligationem legis servandæ etiam ab illo particulari. Immo quia legislator humanus prævidere omnes casus particulares nequit, omnes subditos obligat ad observandum, aut virandum id quod communiter contingit; ut sapienter de more dicitur S. Thomas 1. 2. qu. xxv. art. 6. ad 3.

Nul-

Nullus hominis sapientia tanta est, ut possit omnes singulares casus excogitare: & ideo non potest iudicare per verba sua, exprimere ea quae conveniunt ad finem intentionem: & si posset legislator omnes casus considerare, non oportet ut omnes exprimeret propter confusionem vitandam; sed legem ferre debet secundum ea quae in pluribus accidunt. Si ipse legislator exprimere casus omnes vellet; quæ, amabo te, consilio non eveniret? Si singuli subditi metiri legis obligationem vellet ex respectuum erit semetipso diveritate: quæ abiurda non consequeretur? Ad, inquit P. Viva, ad abstrusa quæ adducuntur, respondent *intrepida*. Intrepide sana, immo qualiter & temperate quoniam ratio deest, & communi sensus. Nec vacat diutius immorari in opinione aperte falsa refulgentia. Nec est quod regetas, illam magnos habere patros. Magni sane, quod iura digna laude docere. Sed, ad hoc quod attinet, errantur, quemadmodum & in aliis. Hæc pauca adicere libit contra dexteritatem illam qua P. Viva, sinaperte, saltem per cuculos, laxiores insinuat opiniones solet, quas ille credit probabiles.

CAPUT II.

De legis abrogatione.

I. A. Brogatio, seu revocatio legis est ea quæ legem promulgatam, & obligationem de medio tollit. Duplex est: alia *negativa*, quæ lex delatitudine aboletur, nulla alia lege contraria substituta; alia *positiva*, quæ lex lata revocatur, nova loco eiusdem, & quidem contraria invecita. Et hæc aut est formalis & expressa; quæ, clausula expressa, priorem legem abolet, aliam substituendo; aut virtualis, dum, omnia clausula abrogante antiquam legem, nova lex conditur, quæ cum priore pugnat. Dissert abrogatio a derogatione, quod illa totam, hæc partem legis abolet.

II. Leges, etiam iustæ, absolute revocari queunt. Ceterum, dum nova lex conditur, veteri antiquata, rationalis causa occurrit necessitas est: quia lex iusta non est, nisi sit bono communi consentanea. Ergo abrogatio positiva non a sola voluntate, sed potissimum a recta ratione legislatoris proficisci debet. S. Thomas optime exponit qua ratione mutari leges valeant 1. 2. quæst. xxviii. art. 1. *Lex humana est quoddam diclaminationem, quæ dirigitur humani actus, et secundum hoc duplex causa esse potest, quod lex humana iuste mutetur; una quidem ex parte*

rationis; alia vero ex parte hominum; quorum actus lege regulatur. Ex parte quidem rationis, quia humane rationi naturale est videtur ut gradatim ab imperfecto ad perfectum perveniat. Unde videmus in scientiis speculativis, quod qui primo philosophari sinit, quædam imperfecta tradidit, quæ postmodum pro perfectioribus suis tradita magis perfecte. Ita etiam in operabilibus: nam primi qui intendunt inventire aliquid utile communitati hominum, non valentes omnia ex seipsis considerare, insinuantur quædam imperfecta in multis deficientia, quæ posteriores mutaverunt, insinuant aliquid quæ in paucioribus discere possunt a communi utilitate. Ex parte vero hominum, quorum actus lege regulatur, lex recte mutari potest propter conditionem hominum, quibus secundum diversas eorum conditiones diversa expediunt: sicut Augustinus ponit exemplum in L. de libero arbitrio, quod si populus sit bene moratus, & grævis, communi legem libitatis diligentissimum casus, recte lex fertur, quæ tali populo licet creare sibi Magistratus, per quos Respublica administraretur. Porro, si pulsatim populus depravatus habeat venale suffragium, & regimem flagitiosum, sceleratissime committit, recte admittit populo talis potestas danti honores, & ad prætorium bonorum redit arbitrium.

III. Duo itaque principia sunt legis humane abrogandæ, & mutandæ. Alterum est ipsa ratio humana, unde lex manet: quæ, cum sit imperfecta, mutationi obnoxia est. Alterum est humane nature conditio, cui uno tempore lex expedit, & alio tempore nocet ob varias rerum vicissitudines. Illud tamen advertunt sapientes omnes, raro mutandas leges esse, quæ leni læta ipsa experientia inventa sunt bono communi consentanea. Paucissimi sunt legibus condendis peridonei. Quamobrem, cum ad mutandas leges multipliciter legislatores, facilius error occurrat, & mutatio legum inducit contumeliam; Divina providentiam sunt documenta quæ in hunc finem promittit S. Thomas loc. cit. art. 2. *Lex humana instantum recte mutatur, inquantum per eius mutationem communi utilitati providetur. Habet autem ipsa legis mutatio, quantum in se est, detrimentum quoddam communi saluti, quia ad observantiam legum plurimum valet consuetudo; instantum quod ea contra communi consuetudinem sunt, etiam si sint leviores de se, gravata videntur. Unde, quando mutatur lex, diminuitur vis contractiva legis, inquantum tollitur consuetudo. Et ideo nunquam debet mutari lex humana, nisi ex alia parte*

R 4

144

tantum recompensetur communi saluti, quantum ex ipsa parte derogatur. Quod quidem contingit vel ex hoc quod aliqua maxima, & evidentiissima utilitas ex novo statuto provenit; vel ex eo quod est maxima necessitas, ex eo quod lex confusa aut manifestam iniquitatem continet, aut eius observatio est plurimum nociva. Unde dicitur a Iurisprouto, quod iurebus novis constitutionibus evidentes esse utilitates, ut velle recedat ab eo iure quod equum deo visum est. Hæc adeo luculentia sunt, ut expolitionem renitent. Opponit sibi Doctor Angelicus, artes in dies mutari, & perit, quidni ergo & leges? Respondit, antea scilicet ratione iura perfectionem repererat. Legum vis, & robur a consuetudine plurimum pendet: ideo dispar ratio. Quæ doctrina ipsa experientia firmatur. Immortales, & invicta Respublica Veneta, quæ antiquarum sanarum legum tenax acerrime est, & pro immobili regula habet, servavit scilicet nihil innovavit, in imperi ditantante ceteris omnibus principibus ad perpetuum suam gloriam præstat, eminetque. Nisi tamen evidentiissima, ut inquit Angelicus, sit utilitas, aut nisi noxia ob temporum vicissitudines lex antiqua fiat, exulet mutatio omnis.

IV. Quæst. I. Quando lex antiqua abrogata cessatur, nova supervenient? Resp. Quando lex nova servari firmi cum antiqua requirit, illa promulgata, hæc abrogata cessatur, citantur dicitur clausula abrogans. Si quidem quoties legislator quid præcipit, quod una cum antiqua servari nequit, dum illud vult, hoc recitat. Quæ nova lex, ut antiquam abrogat, promulgari debet. Quando vero abrogatæ est tantum negantia, non requirit promulgatio. Expedi tamen ut populari compertum sit, illum a legis onere liberum esse. Cum in aliqua provincia viget aliqua peculiaris iustitia & legitima consuetudo, non abrogatur per legem generalem oppositam; nisi in hac lege generali expressa clausula, abrogans talem iustitiam consuetudinem, inserta habeatur.

V. Quæst. II. Quis abrogare legem valet? Resp. Qui fert legem, abrogare eam valet. Inferior legem superioris abrogare nequit; contra vero superior abolere inferiorum leges potest; ut Pontifex leges Episcoporum, & Rex leges Magistratum. Sed requiritur ad hunc effectum ut superior sit, non dignitate tantum, sed iurisdictione etiam. Quæ de causa Archiepiscopus licet dignitate superior sit Episcopo, non propria abrogare Episcopi leges potest. Quia Episcopus in ferendis legibus ab Archiepiscopo non pendet. Succed-

for potest antecessoris leges abrogare. Legislatores provinciarum, regnorum nequeunt leges ferre quæ abrogent ius commune universale, quod a superiori potestatem larum est: quia inferior in superiori potestate caret.

VI. Quæst. III. Potest ne inferior legem a se latam, confirmatam a superiore, abrogare, & mutare, eidemque derogare? Resp. Duplex est confirmatio. Altera, quæ vim legum tribuit, & tum hæc est, quando leges feruntur ab inferioribus, potestatem ad condendas leges habentibus. Quare dum illi statuta, leges condentes, recurrunt ad superiorem per legum confirmationem, eam leges illæ totam vim a confirmatione recipiunt, eadem confirmatas mutare, vel abrogare nequeunt. Altera est, quando inferiores facultate potuntur condendi leges pro propria provincia, congregatione &c. & eas conditas confirmari a superiore curant ad maiorem auctoritatem, & dignitatem: tum easdem mutare, & abolere valent, nisi superior in confirmatione expressam clausulam addidit, quæ mutatio, vel alteratio prohibetur. Leges latæ in Synodo abrogare Episcopi valent, quia soli Episcopi ipsa leges ferunt. Parochi, ceterique, non ut iudices, sed ut consulentes, Synodo interlunt.

C A P U T III.

De legis interpretatione, & episcopi. Opiniones P. Viva. falso pro se citantis P. Suarez, & aliorum Probabilistarum refelluntur.

I. Interpretatio, quæ declaratio legis est, duplex. Alia authentica dicitur, seu iurisdictionis, quæ a solo legislatore fit, habetque legis vim. Alia doctrinaria, quæ legi valet, & a Doctorem iudicio proficitur. Addi solet tertia, quæ nuncupatur *usualis*, quæ ab usu, seu consuetudine pendet.

II. Inferior nequit authentice interpretari superioris legem, ut ex dictis capite superiore pateat. Heine Theologorum nemo authentice interpretari legem naturalem, aut divinam potest. Interpretatio vero doctrinaria quique non modo humanas, sed naturales, & divinas declarat leges valet, regulas iustitæ prædicensque interpretationis servat.

III. Quæst. I. Quando legislator prohibet legis interpretationem, scilicet ne sit Doctorem ex instituto, non obiter, eandem interpretari? Resp. Adfirmat P. Caltopalauus tract. 111. disp. v. punct. 4. §. 2. num. 6. & Sa-

las disp. XXI. sect. 2. Equa ratione id evincitur? Quia, inquit P. Caltopalauus, regulariter loquendo, quoties in aliqua lege prohibetur interpretatio, solum vetatur interpretatio *frivola*, quæ est contra mentem legis. Pape! Lege peculiaris opus est ad frivolas interpretationes vetandas? Mirum, quod non dicit prohiberi interpretationes authenticas, licet doctrinales. His distinctiunculis, & e fugis leges omnes eliduntur. Si Pontifex prohibent interpretari propositiones ab Ecclesia damnatas absque peccati facultate, eundem doctrinam quæ in antecessum delatit eundem modi propositiones. Et quantum plures interpretationes ineptissime, nedum frivole sunt: Auctores tamen non frivolas, sed graves, & legitimas illas reputant. Falsa ergo, & legislatoribus iniuriola est opinio Caltopalauus, & aliorum quos ipse citat.

IV. Quæst. II. Quæ regule in interpretatione servandæ? Resp. Primam, & potissimum regulam assignat S. Thomas 1. 2. q. xvi. art. 6. ubi in arg. Sed contra adducit auctoritatem S. Hilarii. Intelligenda dicituram ex causis est assumenda dicens: quia non sermo nisi, sed res debet sermo esse subiectus. Ergo magis attendendum est ad causam quæ movit legislatorem, quam ad ipsa verba legis. Primum ergo spectandum, quia hæc est veluti legis anima; verba autem instrumenta sunt quibus intentio legislatoris exprimitur. Quare verba intentioni, non intentio verbis, subdenda sunt, ut habetur L. XVII. ff. de legibus: Scire leges non est earum verba tenere, sed vim, & potestatem. Quæ intelligenda sunt, quando ex universo legis textu intentio legislatoris innotebit. Ceterum, si legislatoris voluntas ambigua fuerit, tum inharendum verbis est: quia absolute loquendo, verba sunt quæ nobis referunt legislatoris voluntatem; nec in ambiguo casu melior, quam verba, haberi leges interpretis valet.

V. *Secunda regula.* Prescribitur L. XVII. ff. de Reg. iur. Quoties scilicet sermo duas sententias exprimit, ea potissime accipitur quæ vel *secunda* aptior est. Præcipue inspicienda est ratio in lege allegata, & scopus quo lex pertinet. Tota legis substantia, & eundem spiritus lumine perspicendus est. Et his omnibus mature expensis, ea preferenda sententia est quæ ad legis spiritum magis conformatur.

VI. *Tertia regula.* Quando legis verba ambigua apparent, interpretanda sunt iuxta communem intelligentiam loci, & patrie, in qua condita lex est. Quæque fere gens

quibusdam phrasibus, formalique loquendi utitur, quæ ex communi sensu regionis intelligentiam suam propriam sentiam habent. Verba ergo nunquam ad sensus metaphoricos detorquenda; sed iuxta naturalem regionis, loci, & sapientum intelligentiam exponenda sunt. Legislatorem enim iuxta communem loquendi sensum utrasque verba, præferendum est; alioquin nihil certi haberetur. Id eundem attendendum, cum ex naturali verborum intelligentia absurdum aliquod lequatur: tum enim illud vitandum est, etiam verba ad sensum metaphoricum, & improprium transferenda essent: quia potius præferendum est, legislatorem minus doctum fuisse, & expectandum in verbis aptum ad suam mentem declarandam intelligendum, quam voluisse iniquitatem, & absurda. Quando itaque nullum lequitur absurdum, lex generatur, & indefinita loquens, non est restringenda; nec restricta, & definita, amplianda, aut distinctiombus implicanda, iuxta illud axioma: *Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.* Lex indemum universaliter equivaleat, nisi ex adiunctis aliud colligatur.

VII. *Quarta regula.* Quando de valore alienius actus disputatur, sit nec ne validus, interpretanda lex est, ut valeat actus: quia nemo præsumitur quidquam iniuste agere, servata tenore verborum proprietate.

VIII. *Quinta regula.* Lex in favorabilibus amplianda, in odiosis restringenda. In lege igitur favorabilis non modo sensus naturalis, sed etiam civitatis attendi solet. Sensus naturalis ille est quem verba efferunt iuxta communem intelligentiam. Sensus civilis est qui ex fictione, ut dicitur, iuris, seu ex ipsa arte iurisdictionis inspicitur: quaque enarrans suas phrasales formalique habet, ut notum est. Illi nomen iuxta sensum naturalem solum filium legitimum, iuxta artem civilem etiam adoptivum significat. Mortis vox loquens mortem naturalem, iuxta civiles leges etiam professionem monasticam significat. Plures alia regulas præscribitur tum Icti, tum Theologi, sed, nec sententia, parum deservientes particulari interpretationi, quæ iuxta circumstantiarum diversitatem varios sensus inspicit leges. Ideo eadem prætereo.

IX. Quæst. III. *Extendenda ne lex edictum in ea non comprehensum ob similitudinem, vel idoneam rationem?* Resp. Lex prohibet unum casum, & non alterum: hic tamen similis est illi ob rationis similitudinem, vel idoneitatem. Similitudo in variis rationibus fundatur, quarum una similis alteri est, non eadem. Identitas rationis est, quan-

quando eadem omnino ratio viget pro casu comprehenso in lege, & pro non comprehenso. Communior sententia est, legem non extendi ad casum non comprehensum ob rationum similitudinem. Quandoquidem ratio legis non est lex: neque ratio legis necessitatem imponit legislatori comprehendere omnes casus qui eidem omnino non sunt. Sicut itaque libere legislator hunc pro alio casum includit in sua lege, ita alium non includit. Quae ergo ratio ad hunc non includendum extendenda est? Idque exemplo constat. In *Clement. 1. de electione* prohibetur ne quis eligatur in praelatum. Convenit diversi Ordinis: & tamen veritas non intelligitur electio Regularium in Episcopatum Ecclesiae, in qua cum Clero seculari interesse choro, & Capitulo debet, ipsamque Clerum facultatem dirigere.

X. Quando tamen eadem est omnino adaequata ratio, nisi quidem in oppositum urgeat, extendenda lex est ad casum non comprehensum: & ita lex quae prohibet sanguinis, seminis etiam effusionem in Ecclesia, ne pollutetur, prohibet. Quamvis tamen sit eadem ratio, si non sit adaequata omnino: non videtur extendenda lex: immo exceptio a regula firmat regulam in contrarium. *Glossa Lib. XV. ff. de legibus*. Verum vix assignari aliqua generalis regula potest. Exempli aliqua subiciamus, in quibus eadem adaequata ratio porius viget. Lex quae eximit virum a reddendo debito uxori adulterae, liberat quoque uxorem ab hoc onere respectu mariti adulteri. Similiter, si sponsus ob absentiam sponsae liberatur a sponsalium vinculo, sponsa quoque ob eandem sponsi absentiam libera a sponsalibus est. Et communiter in correlativis extensio ad casum non comprehensum ob rationis adaequatam identitatem locum habere solet. Hoc idem evenit in his quae, ut dicunt, acquirantur, ut sunt electio, postulatio, pactionatio, possessio. Lex quae disponit de electione, disponit de postulatione in his in quibus acquirantur. Ad ea quoque quae connexa sunt, vel quorum unum continetur sub altero, lex extenditur. Quare lex quae concedendi testamenti facultatem concedit, ad codicillum faciendum extenditur: & cui facultas codicilli faciendi desenerat, facultas etiam testamenti instituendi suspenditur.

XI. *Quaest. IV. Quando legislator dedit aliquem casum, extenditur ne deciso ad alium similem casum?* Respond. Quando Pontifices, Principesque decidunt aliquem casum, seu controversiam, ad omnes alios

casus in quibus eadem ratio viget, deciso extenditur. Quamobrem Pontificibus damnantibus propositiones aliquas, ad alias omnes opiniones quae sunt eidem omnino rationi, proscripiendo extenditur. Leges enim non sunt de singularibus, nec casus decisi limitat illas; sed loco exempli se habent. Hinc colliges, librum aliquem prohibitum quae esse in quacumque alia lingua, & possitiam vernaculam, quando nullum omnino discrimen est praeter solam linguam diversitatem. Nec aliquem ratione proferendum hunc veritatem inquiri posse iudico. Quid? Prohibita ne propositio aliqua haeretica, aut erronea lingua Latina erit, secus pronuntiata lingua Gallica, quando eadem profus est per identitatem, excepta idiomatis diversitate? Tor libri Angli, Hebraici, alterutro idiomate prohibentur latine verbi. Numquid prohibiti non sunt in lingua vernacula, unde translati fuerunt? Opponunt, dialogos *P. Daniele* vetitos fuisse lingua Latina anno 1693. deinde prohibitos fuisse lingua Italica. Ergo ipsa sacra Congregatio prohibitos non intellexit in aliena lingua a Latina: alioquin superflua fuisset nova prohibitio. Vana, & minimam traesa oppositio. Exploratum ne erit sacra Congregationi factum veritatis omnino per identitatem eundem cum Latina, vel Gallica? An non poterunt corrigi in verborum Italica errores, & cetera alia ob quae liber latine verus vetitus fuit? Ut illius facti veritas constaret, sub examen eandem librum induxit. Eundem per identitatem cum Latina versione invenit, & continuo illum anathematice censuit. Ne multa. Hypothesis identitatis utriusque versionis comperita non erat: idcirco novo examine praemissa, & identitatis deprehensa, prohibitionem iteravit. Nihil haec doctrina consuleret, propositiones latine verbe ex Hispanico, Italico, Gallico, Anglico idiomate, & a sancta Sede damnatae, in proprio idiomate damnatae non forent: & propositio latine scripta damnata ut haeretica, Italice pronuntiata talis non esset: quo nihil absurdum dici potest. Nihil frequentius in ipso foro civili, passimum Venetiae, occurrit quam similes casus deciso. Et, nisi verum, & patens discrimen assignetur, decisi primi casus extenditur ad secundum. Quin licet lex ipsa non extendatur ad casum verbi non comprehensum; iudex tamen in definiendo casu simili, respectu cuius non sit lex peculiaris, tenetur legem ipsam ad similes casus extendere, & ad illius legis normam eundem definire. Immo apud Ictos loco axi-

matias habetur, quod casus similis expresso, non est omittis a lege, & quod casus non expressus potest decisi per legem casus expressi.

XII. Lex poenalis iuxta communem opinionem non extenditur ad casum non comprehensum, ob rationis similitudinem, potissimum quantum ad poenam. Poena enim restringenda, non amplianda sunt; ut habetur in l. 42. ff. de poenis. Interpretatione legem poenae multatior potius quam exasperanda. Item reg. ap. iur. In poenis benignior est interpretatio facienda. Quam doctrinam confirmat S. Thomas 1. 2. q. 90. art. 6. Unde Larisporus dicit, quod nulla ratio iuris, aut aequitatis benignitas patitur ut quae saluberrime pro salute hominum introducuntur, eas non iurisperitae interpretatio contra ipsorum commodum perducamus ad severitatem. Non modo quoad poenam, sed neque quantum ad preceptum, legem poenalem extendi ad casum non comprehensum, docent communiter Auctores. Quoniam, inquit, quemadmodum legislator nolit extendere poenam, ita neque preceptum. Verum id est circumstantias colligendum videtur. Ceterum absolute loquendo doctrina sibi coheret. Nam poena intelligitur ob legis transgressionem. Ergo ubi non est poena, nec transgressio legis est.

XIII. *Quaest. V. Quibus in casibus licitum est uti episcopa, seu episcopa?* Resp. S. Thomas de episcopa duos instituit articulos 2. 2. q. 91. c. 1. ubi evincit virtutem esse, iustitiaeque partem. Episcopa est correctio, & emendatio legis, & exceptio casus particularis ob circumstantias, quae si legislatoris note fuissent, illum casum excepisset. Quia (inquit S. Thomas) hoc est, art. 1. humani actus, de quibus leges dantur, ut regulariter contingentibus consistunt, quae insuper modis variari possunt, non sunt possibile aliquam regulam legis iustitiam in nullo casu deservire; sed legislatores attendunt ad id quod in pluribus accidit, secundum hoc legem ferentes: quae tamen in aliquibus casibus servata, est contra aequalitatem iustitiae. Contra commune bonum, quod lex intendit. In his ergo casibus locum episcopa habet in quibus si lex servetur, peccatum committitur; ut si redderes depositum illudium illi qui in patrie prodicionem illum converteret: seu tunc episcopa locum habet, ut perdoctus more suo Caietanus docet 2. 2. q. 91. c. 1. quando finis legis cessat contrarie; id est, quando legis observatio vitiosa erudit. P. Dominicus Viva q. 6. v. art. 6. contendit, locum habere episcopam etiam tum cum cessat finis legis negative in particulari, si observantia legis incommodum

afferat: quia tunc ratione incommodi finis legis cessat contrarie. Auctor illic haec ipsa q. 6. v. art. 3. precedenti non est alius, ut ex capite superiore vidimus, defendere aperte opinionem illam quae propagat, cessante sine legis in particulari negative, cessante legem respectu particularis persone. Sed nunc aperte itane propagat opinionem. Si incommodum a legis observantia absolute excusetur, nulla lex observaretur; cum quilibet incommoda se humanitari.

XIV. *Quaest. VI. Requiritur ne certitudo, an satis est probabilitas, ut usus episcopa licitus sit?* Resp. P. Dominicus Viva q. 6. v. art. 6. n. 4. respondet, non modo fact esse probabilitem, sed etiam minorem probabilitem. Unde id verum est (inquit) non solum si subditus habeat formidinem de opposito; sed etiam si detur ex altera parte probabilitas, immo maior probabilitas, quod legislator potest, & voluerit ad talem casum obligare, ut docet Suarez Lib. VI. de legibus cap. VIII. num. 2.

XV. P. Viva pro hac via laxa opinionem citat Doctorem eximium P. Suarezium, quem iustus superis, in Probabilitum petrae hanc Probabilitatem additorem. Forte P. Viva legit Suarezium apud Dianam. Nam Doctorem eximium concepta verbi oppositum docet cit. Lib. VI. de legibus cap. VIII. num. 2. & seq. Ubi refert sententiam Caietani, & Soti, qui utique docent, ex iudicio probabili licitum esse uti episcopa, quando necessitas urgeat, & non pateat recursus ad superiorem consulendum. Haec sunt verba Doctoris eximii libid. num. 4. "Hanc vero assertionem imitant Caietanus, & Soro supra, ut locum habent; quando occasio est subita, & urgentis periculum, ita ut non detur tempus consulendi superiorem: alioquin dicunt in illo casu recurrendum esse ad superiorem, & ita exponunt D. Thomam, utentem illa distinctione, quia non potest in alio dubio verificari, ut statim dicemus. Haec vero doctrina aliquibus modernis non placet, neque putant distinctionem illam divi Thomae de casu in quo potest vel non potest conveniri superior, posse applicari ad casum formidololum, cum iudicio probabilis." Et, relatis duobus modis adhibendi episcopam quos moderni excipiunt, num. 6. resumit doctrinam Caietani, & Soti, inquit, "Nihilominus sententiam Caietani, & Soti censere esse praesertim certam quoad hanc partem, ut, quando non potest esse conveniri superior, licet ex probabilis sententia, aut iudicio episcopa uti, fore ca-

„ sus excipi iudicetur a potestate legislati-
„ ris, five a sola voluntate. Ratio est, quia
„ iudicium probabile in rebus moralibus ius-
„ ficit ad prudenter operandum, praesertim
„ ubi regula certa applicari non possit. ut
„ ex materia de conscientia supponit. Item,
„ quia alius modus operandi est ultra huma-
„ nam conditionem, & prudentiam; cum
„ nam omnes lere cogitant humana coniecturalis
„ fit, & praesertim in rebus agendis. Item,
„ quia imponeretur gravissimum onus homi-
„ nibus, si nunquam liceret eis uti epikia
„ ex iudicio probabili, quando non patet ad-
„ tus ad superiorem. Quis enim auderet un-
„ quam excusari a lege positiva propter ne-
„ cessitatem occurrentem: cum nemo sit tam
„ certus de sufficientia cause, quin dubitet.

XVI. Evidens itaque est Doctorem existimam
de illa probabilitate sermonem habere cuius
ulium in moralibus actionibus omnes fatemur
licitum. Quenam probabilitas haec? Quae
caeret certitudine evidenti, quam vis in mo-
ralibus habere committere possumus. In to-
to hoc capite nec verbum habet P. Suarez
de maiori probabilitate in scriptis maioris.
Hic docemur docet, non esse necessariam
cognitionem evidentem, cum haec haberi com-
munitur nequeat, sed satis esse probabilem
quam maior haberi communitur nequit. Quae
tam ita fit, quo fundamento auctus est P.
Dominicus Viva in praesidium laxae fidei opi-
nionis Doctores eximii patrocinium allegare?
Et addit nihilominus Probabilitatem malam
fidem nobis explorare in exponendis casibus
licitatis laxitatis? Heine colligere fas est quo
obsequio suspicium eximio inclinet S. Theo-
logos, quos aeque ac domesticos ad impoliti-
cis assero, occasione data, dum veritatis de-
fensio id postulat.

XVII. Verum enim vero, ut evidenter
colligant lectores, non esse Casuistis multis
sufidendum, dum Auctores allegant in patro-
cinium suarum opinionum, aperte praetium
est palam facere, quam longe distet Doctorem
existimus a laxa doctrina P. Viva. Non modo
P. Suarez non docet, licitum esse uti epikia
ex iudicio probabili in conspectu maioris pro-
babilitatis; verum etiam addit, non posse
quempiam ex probabilitate absoluta uti epika
qua, quando recurrit pareat ad superiorem.
Sic enim pergit *ibi* num. 8., Maior mihi
difficultas est circa aliam partem opinionis
Caietani, quod, flante iudicio probabili,
non liceat illo uti sine interpretatione, vel
consensu superioris, quando non est peri-
culum in mora, sed conveniri potest.

Et post expositas rationes dubitandi continuo
u. 9. his verbis concludit. „ Nihilominus in-
„ hoc etiam non est recedendum a communi
„ sententia, quae videtur esse communis pro-
„ vna, & praesertim confirmata. Et ad hoc
„ suadendum valere possunt rationes factae in
„ secundo membro praecedentis sententiae.
„ (Quae excludit usum opinionis probabili in
„ casu nostro.) Et praeterea, quia inordinata
„ las relinquere verba legis, ubi potest certo
„ consistere de mente, & voluntate legisla-
„ ris. Et ideo in omni epikia solum pro-
„ babilis debet hic ordo servari. Et quatinus
„ ordinario magis necessarius sit in epikia quae
„ est de sola voluntate legislatoris, quam in
„ illa quae circa potestatem versatur; nihilomi-
„ nus in utraque servandus est iuxta mat-
„ terie necessitatem, vel probabilitatis gra-
„ dum: quia, ut dixi, semper ibi incitetur
„ coniectura de voluntate legislatoris. Ne-
„ que contra obstat illa ratio, quod iudicium
„ non redditur certius ex hoc quod fit, vel
„ non sit recurrit ad superiorem. Hoc enim
„ est verum de certitudine speculativa, non
„ vero de certitudine practica. Nam, cum
„ potest consilii superioris, cessat necessitas
„ utendi iudicio probabili de voluntate eius:
„ quod secus est, quando est periculum in
„ mora. Et ideo non potest illud iudicium
„ probabile ad praxim applicari ex principio
„ certis, quod in necessitate uti possumus in-
„ dicto probabili ad evitandum aliquod gra-
„ vamen, vel ad convenientem observationem
„ legum.

XVIII. Docet Doctorem existimus iudicij
probabilis ulum licitum esse, necessitate urgen-
te. Docet licitum esse usum talis iudicij, quan-
do certitudo evidens haberi non possit. Nam
quam in toto hoc capite vel remove indicat,
licitum esse usum minoris probabilitatis in
conspectu maioris; ut alio, & per summam
instauram eum laudat P. Viva, qui postquam
pro laxa sua doctrina citavit P. Suarez, me-
moriat postea doctrinam quam modo rescripsi,
& ut solent Probabilistae, manifestis antio-
gij semetipsum conficit. Haec pauca, data
occasione dixi, ut vindicaretur P. Suarez,
quem ob doctrinam, & pietatem magni fa-
cior, a nota Probabilistae, a quo cum P. Ca-
margo auctore fuisse alienum. Ceterum, si ad-
vertarij Probabilistam illum velint, cum illis
ob hanc controversiam contentiosis funem
non ducam.

XIX. Sed, ut magis pateat benignitas do-
ctrinae P. Viva, audi praetium calum quem
proponit ibidem. „ Quare, si aliqui Doctores,
„ in fa-

„ facientes opinionem probabilem, dicant
„ posse legislatores obligare ad. Missum an-
„ diendam cum tali incommodo, verbi gra-
„ tia, quod a conficiatur pedibus iter trium
„ miliariorum ad illam rependum, & plu-
„ res alii Doctores fulsissent oppositum, pot-
„ erit licite non audire, quamvis
„ possit illam ex supererogatione audire. „
„ Quis, amabo te, non mirabitur, conspiciens
„ tam benignam Christianis proponi opinio-
„ nem? Ut opinio fit probabilis, fat est ut
„ aliqui Doctores eam doceant. Qui sunt hi
„ Doctores? Aliqui Casuistae. Et illi aliqui effi-
„ ciant opinionem probabilem; etiamdum plures
„ Doctores oppositum doceant. Si aliqui ergo
„ Casuistae doceant, te non teneri audire Missam
„ die dominico, si iter trium miliariorum
„ pedibus conficiendum sit, liber ab audiendo
„ Sacro es, licet plures Doctores oppositum do-
„ ceant, & quatinus ex supererogatione possit
„ Missam audire? Potes illam audire ex super-
„ erogatione; & non teneris, ut implex di-
„ vinarum & ecclesiasticum praecceptum? Una ho-
„ ra conficit iter trium miliariorum. Unius
„ horae labor in die festo levis materia est iuxta
„ Casuistas: immo iuxta plures Probabilistas
„ duobus horis poteris laborare die festo, quin
„ graviter violes praecceptum: quia levis mat-
„ eria est. Labor vero minoris unius horae adeo
„ gravis est, adeo incommodus, ut te ab obli-
„ gatione praeccepti audiendi Sacri eximat?
„ Haec sunt diversa pondera Probabilistae, qui-
„ bus humanitati contra legem consistunt. Et
„ pensis dubitando heres; verum etiam rati-
„ onibus dubitando heres; & auctoritatem ponere
„ tioniam, & auctoritatem ponere plurimum
„ Doctorem in adversam partem referant. Quo-
„ nam aliqui tales Doctores te admodum ut
„ excusatis hoc maior rationum pondus, illisque
„ adhaerere, vi consuetudinem arcanae reflexionis quam
„ ipsi excogitant. Illam vilitatis artem
„ fufius alibi proslipavimus.

CAPUT IV.

De aequo, & bono.

I. Ad maiorem S. Thomae doctrinam de spit-
„ En illustrationem pauca addere iu-
„ beret. Nihil frequentius in ore hominum habent
„ quam *aequum, & bonum*; inter se transfigurant
„ componantque *de aequo, & bono* aequum. E-
„ pikia, quam supra angelica doctrina inter-
„ pretaus lum, aequitatem, & bonitatem com-
„ plectitur. Et quoniam non omnes, quod haec
„ duo *aequum, & bonum* significant, perspicuum
„ habent, iudicio paucis eadem exponam.

II. Non pauci aequum, & bonum in homi-
„ num arbitrio collocant: quod uno in sentia
„ verum habet. Nam vir bonus, & aequus ad
„ equitate appellatur, etique probus, & comis
„ suavis, humanus. Ideo iudicio boni & aequi
„ viri dicitur componendas lites esse, quatenus
„ vir bonus & aequus non ex arbitrio, sed ad ius-
„ titiae normam, quam praer ceteris comparant
„ habere vitam bonam & aequam praesumunt,
„ quid cuique tribuendum sit, decernit. Proba-
„ bus quippe, animi candor, morumque integri-
„ tas, ut Aristoteles ipse docet, ad aequitatem,
„ & iustitiae notitiam assequendam plurimum
„ conferunt.

III. Aequitatem pro ipsa iustitia, seu iure
„ acci-

accipit ICTUS ff. de iustit. & iur. l. i. ubi inquit. Ita est ars boni & equi, cuius merito quis non sacerdos appolet. Quod dictum hoc pacto exponit S. Augustinus Lib. de quant. Anim. cap. ix. inquit. Nihil, ut aratoris, dicimus esse iustitiam, nisi agrum iustitiam autem ab equalitate quodammodo equitatis. Cum vero lex addeat, iustitiam illam in Sacerdotes appolet. Quamvis iudicium non iuris iustitiam, ac iustitiam sed equitatem, legitur etiam iustitiam prece debere, quandoquidem Deus Optime. Max. iuris personam iustitiam Sacerdotis, ad equitatem humanam iudicium, & sententiam dirigit suam. Sicut enim illa in ditione voluntatis precestrata. Vix enim equitatis, vix regni eius, ad Hebr. 1. & Psalm. xlv. ex editioe lxx. & Psalm. x. Equitatem vidit vultus eius. & Psalm. lvi. Oculi tui vident equitatem. & Psalm. cxviii. Equitas testimonia tua. & Omnia mandata tua equitas. & Prov. cap. vii. Meum est consilium, & equitas. Ita ipsam in iustitiam ditionem confensit esse equitatis.

IV. Sapientiores omnes iuris interpretes hanc equitatem animam legis appellant. Aristoteles Lib. 2. ad Nicomachum cap. x. inquit. Hic est iustus equi, & boni iuris, ut legis emendatio sit habens, ubi propter gentem sermone deficit. Et paulo ante. Equum, iustum quidem est, non quod leges constituit, sed tamen illius quod leges constitutum est, emendatio. Vir bonus & equus est veluti aliorum legislator, & moderator legis, cuius rigorem minuit, temperat, & quae generali sermone completi non possunt legislator, decernit, definitque, ut bonus prudens arbitretur. Cum enim omnis lex, ut periclitetur ad veritatem S. Thomas hoc. cit. cap. super. generalis sit, & univerte loquatur, fieri nequit ut omnes casus temporum, locorum, & personarum comprehendat. Ea itaque quae legislator praevidet omnia, vir bonus & equus corrigat, emendat, adicit. Quae omnia praeter legem, si addeat, infinita prope sunt humanorum officia, quae melius una lege nequeunt. Idcirco decreto equi bonique viri definiti debent.

V. Acute ait Aristoteles Lib. III. Polit. cap. 1. legem esse mentem sine appetitu, quo prodit, solam rationem in condenda lege habere locum, appetitionibus omnibus excludi. Vir equus & bonus ipso legislatore praefertitur sit oportet, cum eiuſdem legem accommodare actionibus humanis debeat, & pro circumstantiarum varietate temperare, & extendere, aut coercere. Quae omnia exequitur

iudicium, confirmatum prudentiam, & strenuam, & mentis penetrationem, animi candorem, miram integritatem, iustitiam amorem constantem. Quot sunt illi equi bonique viri, his dotibus orati? Paucissimi. Et tamen videri ipso de triuo homines legis interpretandae, & amplificandae, emendandae, & minuendae iustitiam usurpare. Superiores omnes hac equitate, & bonitate esse praediti debent, ut legem applicare occurrentibus eventis scient. Vtrum plerumque, quo sunt indoliores, imperitioresque, ad audiendum le legis interpretes mutant, & sub larva equi, & boni legem perſumunt. Alii legis cortici, non fecus ac Iudaei, plus equo furientes, obſtinatae, perſectaque pro ingenio tetroque humore legem duram, formam, & a circumſtantiſſiſſimam considerant. Et ad huius legis abstractae normam, contra legis spiritum, & legislatorum mentem, subſtitorum conformare mores admittunt. Exequitur prudentia operis est (qua profecto recti ingenii homines delicti sunt) ut pro aequo, & bono legis observatio promoveat queat.

VI. Paulus Comitulos, Antiprobabilis aegregius, l. 1. Rati. cap. x. praeter plura alia nonnulla effata M. Tullii ex oratione pro Aulo Caelina collegit ad equitatem illustrandam, quoque hoc transcribere pretium operae existimavi. Sunt autem eiuſmodi. Ex equo & bono, non ex cellido vestroque iure rem iudicari oportet. Scriptum sequi canoniciſſimis est: boni iudicis, voluntatem scriptoris, auctoritatemque defendere. Secunda sententia. Si voluntas, tacitis nobis, intelligi possit, verbis omnino non uteremur: quia non possit, verba reperta sunt, non qua impellerent, sed qua indicarent voluntatem. Tertia sententia pro secundae. Non ex verbis totum pendet ius, sed verba servibus hominum consistit, & auctoritatis. Quarta sententia. Imperium iudicis nullum est, si sexualis hoc nobis concesserimus ut ad verba nobis obediatur, non ad id quod ex verbis intelligi possit, obtemperat. Quinta sententia. Non quibus verbis, quidque dicitur, queritur, sed qua res agitur. Sexta. Causae ratione, non verbis ponderantur. Septima. Fieri non possit ut aliud iudicari de iure, aliud responderi oportet.

VII. Praefatas Ciceronianas sententias dubios articulis S. Thomas cit. quaeſt. cxxx. 2. 2. comprehendit. In priore quippe articulo, ut advertit etiam laudatus Comitulos, docet id amplectendum esse quod, praetermissis legis verbis, iustitiae ratio polset, & communis utilitas. Consentaneum quippe est ut legum verba negligantur, quoties equitatis, & bo-

ni communis iactura imminet; cum legis spiritus bonum commune spectet. Haec in altero articulo libidit, iustitiae nomen primum inquit, post iustitiae legalis convenire. Nam iustitiae legalis dirigitur secundum episcopiam: unde est quasi superior regula humanarum actionum. Similia scribit in IV. dist. xv. qu. 111. art. 1. quaeſtione. 4. Ad veritatem dicendum, quod praecipua iuris positivi magis obligant ex intentione legislatoris quam ex ipsiſſis verbis: ideo transgressio talis praecipii magis est reputanda qui obicit intentioni legislatoris, quam qui deviat in aliquo a legis ordinatione. Intentionem autem legislatoris debet quoque vel ex conditionibus non ferat. In quo autem praebuitur credit possit, si legislator adesset, eum obligare non velle; talis non est reputandus praecipii transgressus.

VIII. Sed, ut altius menti infixa sit Aequitatis doctrina, lubet eiuſdem pauca effata auro eodemo digna ob oculos ponere. Primum habetur 2. 2. quaeſt. cxx. art. 1. Non fieri possit ut eligamus regulam legis iustitiam qua in nullo casu deferret. Secundum ibid. ad 1. Sequi verba legis, in quibus non oportet, viciſſim esse. Primum confirmat 1. 2. qu. xcvi. art. 6. ubi allegat auctoritatem Hilarii ex Lib. IV. de Trinit. Intelligentia ditorum ex causa est assumenda dicentiſſis: quae non feruntur, sed vi debet esse sermo subiectus. Quae verba sic illustrat. Magis est attendendum ad causam quam auctoritatem legislatorum, quam ad ipsa verba legis. Secundum effatur: Omnis lex ordinatur ad conservandam hominum salutem, & in tantum obtinet vim, & rationem legis; secundum vero quod ab hoc deficit, virtutem obligandi non habet. Unde Iustinianus dicit, quod nulla ratio iuris, aut equitatis benignitas patitur ut quae salubriter pro salute hominum introducantur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum perducamus ad severitatem. Tertium effatur in resp. ad 3. argum. eiuſdem articuli. Nullius hominis sapientia tanta est, ut possit omnes singulares casus excipere: & ideo non possit sufficienter pro verba sua exprimere quae conventioni ad finem intendant. Quartum effatur in eod. resp. Si possit legislator omnes casus considerare, non oportet ut omnes exprimeret propter confusum mentandam; sed legem ferre debet secundum ea quae in plerisque accidunt.

IX. Quae haecſum transcripsi, hac brevi sententia comprehendit idem Sanctus Doctor 1. 2. quaeſt. xc. artic. 2. ubi inquit. Unde omnis lex humanitus posita in tantum habet de ratione legis, inquantum a lege naturali deri-

vatur. Si vero a lege naturali discordet, iam non erit lex, sed legis corruptio. Haec collige, iuris naturalis scientia praeditum esse debere illum qui interpretandam legem minus gravissimum assumeret. Sanctus Antonianus l. 1. Part. tit. v. cap. xix. fule de aequitate scribit. Pauca hic delix. Septima regula est pro scripturalem dispositione, praecipuum dicitur applicatum, id est interpretatio, vel declaratio; aequitas enim quam Philosophus nominat episcopiam, praeponderat iuris rigori, secundum iuris superioris. Est autem aequitas iustitia, pensata omnibus circumſtantiſſis particularibus, dicitur misericorditer temperata. . . . Unde Philosophus 1. Ethic. dicit, quod episcopia interpretatio legum est melius quam iustitia legalis. Et secundum hanc virtutem episcopia possunt praecipua Dei, Ecclesiae, Praetoriae, seu iudicum benigne interpretari; & in foro quidem contentioso eius est interpretari cuius est condere, vel sententiarum; sed in foro conscientiae circa praecipua & humana, & divina dicitur, quod pertinet ad quolibet pro facto suo, si tamen rationabiliter interpretetur.

X. Paulus Comitulos plures aequitatis regulas tam ex iure pontificio, tam ex iure civili, atque ex ipso M. Tullio collegit. Leſſorum utilitati consulens ex eodem huc illas transcribo.

§. I.

Aequitatis regulae et iure canonico haerent.

Sequentium regularum princeps, unde omnines proficiscuntur, haec est, quam Christus Dominus Luc. cap. vi. haeruit: Pro ut vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similitur. Quae lequuntur, ex iure pontificio collectae sunt.

1. Quod quicquid iuris in alteram statuit, ipse debet uti eo. cap. Cognoscetes de constitutionibus.
2. Patere legem quam tu ipse tuleris. ex eod. cap. & tit.
3. Constitutio apostolicae Sedis omnes adstringit; & nihil debet vel ambiguum, vel obſcurum continere. cap. Quoniam de constit.
4. Rem quae culpa caret, in damnari vocari non convenit. cap. Cognoscetes eod. tit.
5. Licitur iure Ecclesiae, & personis ecclesiasticis nulla est attributa facultas, quos obsequendi maueat necessitas, non auctoritas imperandi. cap. Ecclesia S. Mariae de constit.
6. In reſcripto apostolico, ut valeat, intelligitur huc clausula, Si preces veritate intantur; quamvis non apponatur. cap. Ex parte de reſcriptis.

7. Papa patienter sustinet, si non fiat quod grava fuerit et infamatione suggestum. *cap. Si quando eod. tit.*

8. Experiments falsum, vel taceat-veritatem per fraudem, & exscriptio pontificio nullam consequitur enolumentum. *cap. Super litteris de refer.*

9. Coniunctio quæ canonicis obviat institutis, nullus debet esse innotens. *cap. Ad notitiam de consuetudine.*

10. Iuri naturali quacunque consuetudine aliquatenus derogari non potest. *cap. Cum tanto eod. tit.*

11. Romanus Pontifex iura omnia in sermone pectoris sui censetur habere. *cap. 1. de constitutionibus. Lib. VI.*

12. Propter officium ecclesiasticum beneficium datur. *cap. ultimo de referendis. Lib. VI.*

13. Quæ ducuntur et quo animo fiant, in meliorem partem interpretantur. *de regulis iuris cap. 11.*

14. Utilitas scandalum nati permittitur quam ut veritas relinquatur. *cap. 111. eod. tit.*

15. Quod non est iustum in lege, necessitate facit licitum. *cap. iv. eod. tit.*

16. Quod latenter, aut per vim, vel alius illicite introductum est, nulla debet inlibitate subsistere. *cap. v. de regulis iuris.*

17. Cum sunt partium iura obscura, reo favendum est potius quam actori. *de regulis iuris in vi. regula 10. sumpta ex ff. eod. tit. 1. Favorabiliores.*

18. Cum quis in ius succedit alterius, iustam ignorantiam casum censetur habere. *ex reg. iur. Lib. VI. reg. 14.*

19. Odiæ resistunt, favores convenit ampliare. *reg. 15. eod. lib.*

20. Non debet aliquis alterius odio prægari. *regul. 22.*

21. Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. *reg. 33. ex lege, Nemo potest mutare, ff. de regul. iur.*

22. Utile non debet per inutile vitari. *reg. 37.*

23. Ex eo non debet quis fructum consequi quod nihil extrinse impugnetur. *regul. 38.*

24. Qui contra prohibetur, prohibentur omnia que sequuntur ex illo. *reg. 39.*

25. Imputari non debet ei per quem non stat, si non facit quod per eum fuerat faciendum. *reg. 44.*

26. Inpeticus in obicibus quod est verisimilis, vel quod plerumque fieri consuevit. *reg. 45.*

27. Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura. *reg. 48. sumpta ex ff. eod. tit. 1. Iure nature. Verum in lege*

civili legitur coniuncte. *Derivatione & iactura nisi dicamus, & usurpatum esse pro vel.*

28. In penis benignior est interpretatio facienda. *reg. 49.*

29. Semel Deo dicatum non est ad usum humanum ulterius transferendum. *regul. 51.*

30. Cui licet quod est plus, licet trique quod minus. *reg. 53. ex lege eod. tit. Non debet.*

31. Qui prior est tempore, prior est iure. *reg. 54. ex l. Quoties utriusque, ff. eod. tit.*

32. Qui sentit omnia, sentit debet commodum, & e contra. *reg. 55. ex l. Secundum naturam ff. eod. tit.*

33. Non est obligatorium quod contra bonos mores est præstitum iuramentum. *regul. 58.*

34. Non est in mora qui potest exceptione legitima se tueri. *reg. 60. ex l. Nulla intelligitur ff. eod. tit.*

35. Nullus ex consilio, nisi fraudulenter non sit, obligatur. *reg. 62. ex l. Consulit, tit.*

36. Quæ contra ius sunt, & debent utique pro infectis haberi. *reg. 64. ex l. Non dqbium, c. de legibus.*

37. In pari delicto, vel causa potior est conditio possidentis. *reg. 65. ex l. Cum par delictum, ff. de reg. iur.*

38. Potest quis per alium quod potest facere per seipsum. *reg. 72. ex l. Quod inusu alterius ff. eod. tit.*

39. Factum legitime retractari non debet. *reg. 73. ex l. In ambiguis, §. 1. ff. eod. tit.*

40. Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. *reg. 74.*

41. Frustra sibi fidem postulat ab eo servari qui fidem a se præstitam servare recusat. *reg. 75.*

42. In malis promissis fidem non expedit observari. *reg. 75.*

43. Delictum personam non debet in detrimentum Ecclesiarum redundare. *reg. 76.*

44. Rationi congruit ut succedat in onere qui substituitur in honore. *reg. 77.*

45. In argumentum trahi nequeunt que propter necessitatem aliquando concessa sunt. *reg. 78.*

46. Nemo potest plus iuris transferre in alium quam sibi competere dignoscatur. *reg. 79.*

47. Qui contra iura mercator, bonam fidem presumitur non habere. *reg. 82.*

48. Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. *regul. 84.*

49. Contractus ex conventionione legem accipere dignoscuntur. *reg. 85. ex l. Contractus ff. eod. tit.*

50. Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare. *reg. 86. ex l. Quod qui ff. eod. tit.*

51. Certum est quod is committit in legem qui

qui legis verba complectent, contra legis sua culpa nititur voluntatem. *reg. 88. ex l. Non dubium eod. de legibus.*

52. Frustra legis auxilium invocat qui committit in legem. *cap. Quia frustra de usuris, & c. uli. de immuni. Eccles.*

53. Quæ metus, & vi sunt, de iure debent in irritum revocari. *ex cap. Abbas de iureque vi metuse, & ex l. 1. ff. eod. tit. in qua lege est bis verbis: Quod metu factum est, ratum non habebit, dicit Prator.*

§. II.

Regulae iure civili selectæ.

1. IN omnibus quidem, maxime tamen in iure, æquitas spectanda est. *ff. de reg. iur. regul. 91.*

2. Qui iurisdictioni præsit, ad similia procedere, atque ita ut dicere debet. *ff. de legibus l. 10. tit. 12. & 26.*

3. In iis que contra rationem iuris constituta sunt, non possumus legi regulam iuris. *l. 14. eod. tit.*

4. Scire leges non est earum verba tenere, sed vim, ac potestatem habere. *l. 16. eod. tit.*

5. Benignius leges interpretandæ sunt, quo voluntas earum conseruetur. *l. 17. eod. tit.*

6. In ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio que vitio caret; præsertim enim etiam voluntas legis ex hoc colligi potest. *l. 18. eod. tit.*

7. Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat. *l. 21.*

8. Inevitabile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua eius particula propostita, iudicare, vel responderi. *l. 23. eod. tit.*

9. Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriorè interpretatione contra commodum ipsorum perducamus ad severitatem. *l. 24. eod. tit.*

10. Contra legem facti qui id faciunt quod lex prohibet; in fraudem vero legis facti, qui, falsis verbis legis, sententiam eius circumvenit. *l. 24. eod. tit. est Pauli Iuricon-sultissimi.*

11. Fraus legi fit, ubi id fit quod fieri non iult, fieri autem non veruit: & quod distat verbum ab intellectu, hoc distat frans ab eo quod contra legem fit. *l. 29. eod. tit.*

12. Rectissime illud receptum est, ut leges non solum iussu legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium abrogentur. *l. 31. eod. tit.*

13. Optima legum interpretatio consuetudo. *l. 36. eod. tit.*

14. In ambiguitatibus que ex legibus proficiuntur, consuetudo, aut rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritas vim legis obtinere debet. *l. 37. eod. tit.*

15. Beneficium Imperatoris, quod ab eius indulgentia proficitur, quam plenissime interpretari debemus. *l. ultim. ff. de cons. principum.*

16. Actionem ex improbitate sua nemo consequitur. *ff. de furtis, l. Itaque falso.*

17. Si, ut maleficium fiat, promissum sit, nulla est obligatio ex hac conventionione. *ff. de pactis, l. Iurisdictionem §. Si ut maleficium.*

18. Quoties pactum a iure communi remouit, servari hoc non oportet. *in ead. l. §. Si pactum.*

19. Si stipulatio sic interposita de his pro quibus pacisci non licet, servanda non est, sed omnino rescindenda. *in ead. l. & eod. §.*

20. Pacta quæ turpem causam continent, non sunt observanda. *l. Si unus, §. Pacta, ff. de pactis.*

21. Illud nulla pactione effici potest, ne dolus præteratur. *ff. de pactis, l. Si unus, §. Illud, & l. 1. §. Illud ff. Depoliti.*

22. Cui iuridictio data est, ea quoque concessa esse videtur sine quibus iuridictio explicari non potest. *De iurisdictione omnium iudicum l. 2.*

23. Quid enim tam contractum esse consentio, quam error qui imperitiam detegit? *ff. eod. tit. l. Si per errorem, & in l. Ad prohibitionem c. de hoc, & eod. dicitur, inscientiam errantis non habere consensum, & in l. Cum testamentum c. de iuris & facti ignorantia, dicitur, errantis nullam esse voluntatem; & in l. Nota idcirco eod. tit. habetur, errantis nullam esse voluntatem.*

24. Nemo in necessitatibus liberalis exiit. *ff. de adimendis legatis & fideicom. l. Rem legatum.*

25. Non donat qui necessarius operibus succurrit. *ff. de donationibus inter virum & uxorem, l. Si quis pro uxore.*

26. Digna vox est maleitatis repnantis, legibus alligatum le Principem proniter. *cap. de legibus & constitutionibus Principum, l. 4.*

27. De auctoritate iuris nostra pendet auctoritas in ead. l. & revera maior imperio est, subministrare legibus principatum. *in ead. l. 8.*

28. Non quidquid iudicis potestati permittitur, id subiecti iuris necessitati. *l. Omnem ff. de iudicis.*

29. Si delictum non ex animo, sed extra

venit, noxia non committitur, *cap. Si adversus delictum, l. 1.*

30. Id demum quod maior pars omnium iudicavit, ratum est, cum & omnes iudicasse palam est.

31. Si ex tribus arbitris unus in quindecim, alius in decem, tertius in quinque condemnet, quinque praestari debent: qui in hanc summam omnes consenserunt: ex 1. Diem proferre & si plures arbitri *ff. de arbitris. Eadem sententia repetitur in l. Inter pares ff. de re iudicata; ubi sic: Si tresvis summam condemnationis iudicet, minimum summam spectandam esse iustitiam scribit.*

32. In re debita benigniore interpretationem sequi non minus iustus est quam ruitus. *ff. de regulis iuris, l. Ea quae, reg. 153.*

33. Omnia quae animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perici possunt. *ff. eod. reg. 177.*

34. Non debet maioris conditionis esse quam auctor meus; a quo in me ius transit. *ff. eod. l. In omnibus officiis.*

35. La natura debet quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus. *ff. eod. l. Cum amplius.*

36. Nemo ex suo delicto conditionem meliorem facere potest. *ff. eod. reg. 177.*

37. Nemo damnatum facit, nisi qui id facit quod facere ius non habet. *ff. eod. l. Nemo damnatum, reg. 195.*

38. Non videtur vim facere qui iure suo utitur. *ff. eod. reg. 198.*

39. In pari causa possessor potior haberi debet. *ff. eod. reg. 171.*

40. Bona fides tantum possidendi praestat, quantum veritas; quoties lex impedimento non est. *ff. eod. l. Bona fides, reg. 177.*

41. Minus est actionem habere quam rem. *ff. eod. Minus, reg. 204.*

42. Cum de iure aueritur, melior est conditio possidentis. *ff. de regul. iur. reg. 169.*

43. Aequilibrium visum est, creditorem ita agere rem debitoris, ut suam ageret. *ff. de solvitiobus, l. 1.*

44. Libertas omnibus rebus favorabilior est. *ff. de regulis iuris, l. Libertas, reg. 167.*

45. Infinita est estimatio libertatis, & necessitudinis. *reg. 137 ff. eod.*

46. Servitutum moralitatis comparamus. *ff. eod. Servitutem, reg. 209.*

47. Esti nihil facile mutandum est ex legibus, tamen ubi aequitas expostit, subvertendum est. *ff. eod. Et si nihil.*

48. Omnis definitio in iure civili periculosa est: parum est enim, ut subverti possit. *ff. eod. Omnis definitio, reg. 202.*

§. III.

Sententia ex diversis Marci Tullii libris collecta.

1. **L**EX est ratio summa, infra in natura, quae iubet ea quae faciendum sunt, prohibetque contraria. *l. de legibus.*

2. Lex est recta ratio imperandi, & prohibendi. *in eod. Lib.*

3. Legem bonam a mala nulla alia re, nisi naturali norma, dividere possumus. *in eod. Lib. l. de legibus.*

4. Honestas, & turpia, natura, non opinione iudicanda sunt. *in eod. Lib.*

5. Iplum bonum non est in opinione, sed in natura. *ibid.*

6. Omnes viri boni ipsam aequitatem & ius amant: nec est viri boni errare, & diligere quod per se non sit diligendum. *l. de leg. 7.*

7. Nihil est profectio praestabilius quam plane intelligere, nos ad iustitiam esse natos, neque opinione, sed natura constitutum esse ius. *in eod. Lib.*

8. Injustam legem non esse legem, probat in *H. de legibus.*

9. Natura norma legis est. *in eod. Lib. II.*

VI. Quæst. IV. *Utrum inpositio nullæ potestatis sufficiat causa sit dispensationis consideranda?* Resp. Adfirmantem opinionem defendunt PP. Salmanticensis *tract. xi. cap. v. punct. 2. §. 2. n. 49.* ubi hæc habent: *Quando causa sit dispensandi non ad id, potest impoisse illa nullæ potestatis: & ex illa re solvas sufficientes causa dispensationis.* Hæretici qui hæc legunt, aulam oblatrandi arripunt, & infamandi lege nostras, veluti *durissimas*, quasi idem condantur, ut eorum dispensatione pecunie conquirantur. Quare, ut illorum ora obstruamus, dicimus & Concilio rum, & Theologorum voce, nunquam nullam pecuniarum sufficientem dispensandi causam præbere. Sed, posita congrua dispensandi causa, oportet interdum elemosinam imponi merito potest. Et res ipsa elemosinæ omnes que pro impedimentorum matrimonii dispensatione offeruntur, nisi operibus applicentur. Omnis tamen suspicio avaritiæ, & mercimoniæ autorenda est.

§. VII.

De dispensatione superstitiæ, obreptitiæ, & per metum extorta.

I. **F**AMULUS est distinctio dispensationis superstitiæ, & obreptitiæ. Ea dispensatio dicitur *superstitiæ*, in qua postulator reticet ea que expressè in petitione iuxta ius, & consuetudinem. *Obreptitiæ* tum est, quando in petitione falsas exponitur. Dispensatio, sive *superstitiæ*, sive *obreptitiæ*, nulla est. Sequitur superioris. Quoties reticetur veritas, aut exponitur falsitas, deest dispensatoris consensio. Ergo dispensatio nulla est. In qua-

libet enim dispensatione hæc includitur conditio, *si res ita sit.* Et hoc patet ex *cap. de fid. instr.* ubi Innocentius III. inquit: *si tales per se ipsos non veritatis, aut falsitatis expositionem litteras nostras etiam certis constitit imperasse, carere volumus imperatoris, & eis non obstantibus, ad voti executionem compelli.*

II. Communia hæc, & obvia. At cuius veritatis reticentia, aut falsitatis expositio reddit dispensationem invalidam, definiti vix, ac ne vix quidem potest. Que communiora sunt, indicabo. Si quidquam reticetur, etiam sine dolo, & culpa, eorum que secundum iura, & statum Conciliaria declaranda sunt, ex *cap. 11. de hislit. pletes.* dispensatio nulla est. Igitur si quidquam, aut reticetur veritatis, aut exponatur falsitatis quod pertinet ad causam finalem, que videlicet movet, & iudicat Papam, seu Principem ad dispensandum, dispensatio nulla est. Quam regulam omnes admittunt. Si autem taceatur veritas, aut exprimitur falsitas, que licet non inducat, impellit tamen Principem ad dispensandum, aliqui negant invalidam esse dispensationem. Sed celeberris Fagnanus *cap. Super litteris, n. 67. cum commaniori Canoniarum consensu, etiam tum eam invalidam asserit; nisi subreptio oriatur ex inculpata ignorantia.*

III. Quærum sint veritates que non debent exponi secundum iura, & consuetudinem Canoniarum, dicitur in tractatu de matrimonio. Interim hæc eho regula generalis. Quando reticetur aliqua veritas, aut producit aliqua falsitas, qua sapienter, prudenterque iudicio calus expositus vitatur, invalida est dispensatio; etiam si Pontifex dispensatoris fuerit, facti veritate narrata; quia ad dispensationem necessariis est consensus pretens voluntatis, nec sufficit futurus. Porro quando calus revera vitatur, diversus est a calu recto. Ergo consensus presens Pontificis non est in calum verum, sed in falsum. Quotiesque talis calus moraliter diversus est per reticentiam veritatis, aut expositionem falsitatis; tum dispensatio nulla est. Heine colligit, falsum esse illorum regulam qui dicunt, veritatis reticentiam, aut falsitatis narrationem tum non vitare dispensationem, quando Pontifex dispensationem reticere concessit, veritate narrata, & falsitate omisa. Quoniam consensus futurus, & conditionatus hæc sufficit ad dispensationis valorem, ut diximus; sed presens requiritur.

IV. Dispensatio per metum extorta absolute valida est: quia metus non tollit simpliciter voluntarium, & libertatem, sed dimittit

at secundum quid, ac committit dicitur. Ceterum, si dispensator absolute non prædicent consensum, licet verisimilius extoritur, procedere, nulla dispensatio foret. Porro an dispensator habeat, nec ne voluntarium, videbimus que consensum, quando metu conclusam dispensationem concessit, præsumendum est, quia nemo præsumitur alium in verbum, alium in animo falsum habere, nisi ex circumstantiis constet. Si metus iniuste inculetur, sit, peccavit postulator metum incutiens; at, supposita vera, & legitima dispensationis causa, uti concessa dispensatione poterit, illa, supposito consensu dispensatoris, dispensatio valida est, & soluto peccato metu iniuste incutiendi licita. Quod sit valida, constat ex dictis; quia iura excipiunt tantum matrimonium, & abolitionem ab excommunicatione: que duo metu facta nulla sunt; ceteri autem contractus, & officia valida sunt; quia exceptio non est, prædicto peccato metu iniuste illati, constat ex legitima causa, quam supponimus exilire pro dispensationis concessionem. Si vero metus iniuste incollus sit, valida, & licita est dispensatio tum in petitione, tum in usup. Potest autem superior dispensationem ex gravi metu iniuste sibi inculo revocare in penam delicti; & contrarium est per eandem revocet. Immo vix contentorem subdito ut dispensatione uteretur metu iniuste inculo extorta. Quandoquidem, licet verum fit metum absolute non aufere libertatem, tamen suspicandus ratio libelli, habuerit nec ne superior libelle libitum consensum. Et cum valore actus agatur, consensu erit confirmationem dispensationis concessæ postulare.

§. VIII.

Quibus de causis obrepta dispensatio cesset.

I. **Q**UÆSI. I. *Constante causa finali ob quam concessa sit pensatio est, cessat ne dispensatio?* Resp. Duo, ut certa, præmittenda sunt. Si dispensatio sortita sit iustum, & totum iustum effectum, revocari laud potest. Dispensatus que est ad inopiam matrimonium, ad sufficiens ordines sacros; post contractum matrimonium, post susceptos ordines revocari dispensatio nequit. Si effectus dividuus sit, & unus sortita, secus alterum dispensatio fuerit; respectu huius, non illius revocatione obnoxia dispensatio est. Quibus positis, dicitur primo est, dispensationem nullam esse, si causa finalis, seu inducens & motus

vens non consistat tempore quo a Papa, vel eius Penitentiarum dispensatio impetratur. Quia, nulla existente causa, superiores concedere dispensationes nolunt, nec possunt. Idem dicendum, dum eiusmodi causa cessat, antequam delegatus a Papa commissionem dispensandi executioni fuerit. Porro hæc causa finalis, nisi fit individua cessare vel in toto, vel in parte. Si cesset tantum in parte, cessabit dispensatio. Difficultas itaque tota in hoc vertitur, cum, cessante omnino causa finali principali, & inducente (de minus principali nec dispensator) post obtentam dispensationem, antequam executioni demandetur, eandem perlatat, valeant dispensata illa licite uti. Duplex est intentio Salmanticensis *tract. xi. cap. v. punct. 8. num. 88.* utramque de more probabilium asserit, ipse negantem amplectitur, quia inquit, licet ablati per dispensationem hæc, hæc non reviviscit, nisi per novum aulam legislatoris. Legislator seu superior, qui dispensationem concessit, legem non renovat. Ergo consistit, & durat dispensatio. Contra hæc cessat, cessante causa finali in totum: quia ad legis cessationem non requiritur novus legislatoris actus, quemadmodum necessarium est ad renovandam legem per dispensationem ablatam. Pro hæ opinione laudant *Cassianellum, Perer, Salas, Suarez.*

II. Oppositæ opinio mihi probabilior est, immo unice vera, præcipue si dispensatio extoratur ab observatione alicuius præcepti, pura audiendi Sacri, ieiunandi, recitandi divinum officium &c. Quis Christianorum sincerus sine salutis amator & studiosus, a dictis præceptis servandis ablinebit, propterea quod ex iusta causa dispensatus fuit, si hæc causa omnino evanuit? Adeo mihi comperita hæc veritas est, ut eam efficacius probare nequeam quam ad intimum communique sentium Christianorum eam appellando. Laboris incommode quod duraturum per totam Quadragesimam bona fide experitis: ideo pro tota Quadragesima impetras dispensationem a ieiunio, ab audiendo Sacro, a recitando divino officio. Obtenuta dispensatione, post unum aut alteram hebdomadam convalescis, sanus exis. Hoc in casu liber eris a ieiunio, ab officio recitandi, ab audiendi Sacri officio; Communionem Christianorum sentis hoc ego repugnare existimo.

III. Contrariæ opinioni argumentatio i'phollita est, & cavillatoria; Dispensatio non tollit legem, ita ut dispensator renovare legem habeat (inane est commentum istud) sed evincit ab observatione legis, quibus exemptiois supposita, & durante. Dum hæc evanescit,

fecit, lex suum effectum habet, obligatque, quoniam opus fit novo actu legem instituari, cum nonquam ablata lex fuerit.

IV. Ut alium laxam, & communi sensui repugnantem relictum sequentem opinionem Salmanticensium loc. cit. num. 91. Si detur *infirmis* quia moraliter indicabatur perperam dicitur, & obstat a Pontifice dispensationem concedendi carnis pro tota vita, non veritatem officii dicitur, & non tenendum etiam post mortem saltem PERFECTAM accipere, poterit uti tali dispensatione, donec a Pontifice recedat. Ideo dicitur in hoc loco, quod in hoc Quodraginta similia dispensationem admittere non recipiatur, vel abstinentia a carnibus, quia infirmitas pro tota illa vita censetur, & etiam post mortem esse, quod non tali dispensatione. Ita dicitur etiam, qui licet non amittat in particulari loquuntur, mens tamen liberum est quam dicitur.

V. Non multum opus est ut tantum laxitatem relectam. Septem enim communis sensui honorum ingerit. Etiam perfectam seminare recipere, poterit non edere carnes, non audire Sacrum, non leuare, non recitare horas tamquam. Cur hoc? Quia infirmitas per accidens cessat? Etiam hic locum hoc diffinitio per accidens, & per se habet? Ut alias dicit, & etiam scriptum, Salmanticensis Theologus pluribus modis magis facit, et non propterea, si quod revo laxus docent, cum lectorem detrimento proterere illud debet. Quin quo sunt maioris auctoritatis, eo dispensatio admodum lectores sunt, ne facius le in errorem pertrahant.

VI. Quæst. II. Cessat ne dispensatio ob mortem dispensator? Resp. Si dispensatio absolute concessa sit, dureque dispensationis causa, non cessat ob mortem concedentis; quoniam dispensatio donationis comparatur, quæ facta, & acceptata durat etiam post mortem donatoris. Obtinuit dispensationem pro integra Quodraginta, uti eadem valeo, etiam in media Quodraginta dispensator mortuus fuerit. Contra, si conditioni illigata dispensatio fuerit, cessat morte dispensatoris; ut si eisdem modo clausula circumscripta sit, *dummodo bene placuerit, ad circumscriptum* &c. Quid si, antequam dispensator decedat, incertus fit actus, vel iudicium? Poterit incertum iudicium persequi. Facile tamen obtinuit auctoritate confessiones Titii, abolvendi a centuriis Sempronium, incepta ante mortem dispensationis iudicia pericula valet.

VII. Quæst. III. Potest ne dispensator suam revocare dispensationem? Respondeo. Si dispensator dispensationem abique legitima causa

impertit, non modo revocare illam valet, sed tenetur, etiam in opinione illorum qui validam talem dispensationem esse propugnant. Dispensationem vero ob iustam causam concessam, atque ab eodem potest ob novam occurrentem causam. Abique causa vero iustam, licet atque dispensationem revocare non debet, nec licite potest. Quia licet iudicium concederet, ita peccaret, si pro libito eandem revocaret, quia nihil pro arbitrio agere licitum est, sed rationabilis causa dirigere eandem quamlibet debet. Revocatio tamen, etiam arbitraria, valida est: nec uti quis dispensatione revocata potest.

VIII. Inferior nequit dispensationem a superiore concessam revocare: contra, superior valet dispensationem concessam a subdito inferio revocare, si dispensatio fit in legitimis latet ob ipso superiore, si in legitimis ob inferiori. Quare Pontifex summus revocare dispensationes impertitas ab Episcopis in legitimis siue pontificis, siue episcopalis, & diocesanis, valet. Ut tamen licite revocatio sit, ex rationabili causa esse debet. De valore enim non disputatur; cum semper valida sit revocatio facta a legitimo superiore. Quando tamen inferior dispensat in lege superioris ex iusta causa, datam dispensationem illam revocare non potest, docent Salmanticensis loc. cit. n. 99. & laudant Sanctes, Bonaventura, Salas, Martinez: quia sicut inferior valide sine iusta causa dispensat in legitimis superioris nequit, ita revocare illam dispensationem sine causa non potest. Hac opinio absolute nulli non aridet. Nam inferior in legitimis superioris denegare dispensationem potest, etiam si iusta occurat causa dispensandi, dummodo necessitas manifesta non urgeat. Quinid ergo & datam dispensationem revocare valide poterit, etiam abique peculiari causa? Dispensatio omnis vulgaris legis est. Eccc non poterit dispensator autem hoc legis vulnus? Hoc sola vulnus ablatio iusta esse causa revocationis potest. Quod tamen limitandum dico, nisi ex revocatione scandalum, aut damnum legatur. Quoniam tum dispensatio foret necessaria; & ideo revocatio nulla tum dici potest.

IX. Quæst. IV. Quando non cessat dispensatio per renuntiationem? Resp. Quando renuntiatio est sine damno tertii, & ante secutum effectum facta a dispensato, tollit dispensationem: quia quicque renuntiare proprio favori valet: dispensationem vero non infringit renuntiatio quæ fit in damnum tertii. Dissol-

ralli

rall consanguineam, oblines dispensationem ducendi eam in matrimonium. Dispensationi huic renuntiare nequit, quod talis renuntiatio esset in preiudicium tertii. Renuntiatio quoque nulla est, superiore legitimo illum dispensationem precipiente.

X. Ut itaque renuntiatio valida sit, duo requiruntur, voluntas dispensati, & voluntas dispensatoris. Ut quodam enim dispensator non acceptat renuntiationem, dispensatio non intelligitur abrogata. Duobus modis dispensatus renuntiare dispensationi valet, expresse, & tacite: illa verbis, hæc signis peragi valet. Completa renuntiatione, nullus amplius dispensationis valet. Dispensatio tacite renuntiatio colligendum sit, dispensationem tacite renuntiatio dispensationi. Aliqui contendunt, non aliam decernalem fac esse ad inferendum, dispensationem renuntiare dispensationi, quando, ob lata occasione eadem ostendi, nunquam alius eadem ille fit. Sed merito alii hæc impugnant opinionem; quia omnino utendi dispensatione nullo modo pugnat cum voluntate eandem retinendi. Omnino enim utrum cum sola iuris possessione pugnat. Sola ergo taciturnitas, aut omnino utendi dispensatione signum sufficiens non est dispensationem eadem renuntiasse. Sed alie circumstantie requiruntur, ex quibus solis colligi poterit quod dispensatus cedere iuri & favori suo velit.

XI. Et hæc de dispensatione dicta sufficiant: quoniam plura in aliis tractatibus dicta sunt; & plura, quando de sacramento matrimonii proferuntur, & dictum sunt. Fusc quoque dispensationem de dispensatione votorum, ab omnino vulgaremque opinionem hanc que accet, Regulares privilegio potiri dispensandi ab obligatione votorum, reicimus.

CAPUT VI.

De lege non scripta, seu de consuetudine.

NIL frequentius hominibus est quam abusus, & corruptelas consuetudinis larva obere. Peccata ipsa, cum a multitudine perpetrantur, consuetudinis fuso delimita prodire in publicum non erubescunt, & tantum non legis vim sui usurpant. Tantentem rapidum, secum omnia abipientem, vitiosum morem, five iniquam consuetudinem Patres appellant. Pariter omnes in hoc consuetudinis simulacrum inveniunt. Salomon ipse adversus pravos consuetudines clamavit, iniqui quæ Sep. v. Interuenient tempore, corruptelas inique consuetudinis, hic error tamquam leu cessantes est. S. Augustinus Lib. de fid. Sp.

et cap. xv. acriter contra inique consuetudinis prædicia incedit. *Frustra quidem, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate. In Evangelio Dominus ait: Ego fam veritas: Non dixit, Ego sum consuetudo. Itaque cedat consuetudo veritati. Confessorum iura peccatis, & cepit licitum esse quod publicum est: clamavit Cyprianus. Nobis in præsentia, non de præva, sed de iusta consuetudine sermo habendus est. Et quia ipse præva cum gentibus, adultera cum ipsona, pravata cum iusta consuetudine confanditur; ideoque inoleo, & prærogative veræ consuetudinis sequentibus paragraphis explicabimus.*

§. I.

Quid, & quomodo sit consuetudo.

Communis consuetudinis finitio ea est, quam tradit D. Idorus Lib. I. cap. 114. *etymolog.* videlicet: *Est in quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, nisi deicit lex.* Dupliciter accipi consuetudo solet, pro iure nempe, & pro factu. Consuetudo facti non aliud est quam actuum repetitio, & usus, lex mox; atque veluti materia ipsius consuetudinis iuris. Ex repetitione enim actuum humanorum proficitur consuetudo iuris, quæ vim legis obtinet. Et hic est significatio prioris partis datæ definitionis: *in quoddam moribus institutum.* Ius studium voce, non scribitur, sed moribus, seu actuum repetita frequentia paritur. Clarior est, & opportunior hæc altera definitio. Consuetudo illius rationabile, legitimo tempore præscriptum, moribus perfecte communitatis volentibus obligare. *Principis consensu institutum.* Rationabilis sit oportet consuetudo, non levis ac lex: quia utraque bonum communitatis publicum spectare debet. Quare nulla consuetudo vim legis assequi valet: quæ sit contra bonum commune locietatis. Tempus congruum necessarium est, quod decennii intervallo concludi solet. Sed de hoc infra. Non cuiusque locietatis, sed perfectæ dumtaxat mores consuetudinem inducunt. Societatem autem perfectam, non domum, non conventum, non collegium, fed civitatis, provincia, regnum consistunt. Requiritur præterea quod moribus communitatis volentibus obligare, inducatur. Nec satis ad consuetudinem invadendam est actuum frequentia aut ex libertate, aut ex devotione; sed ex intentione se obligandi induci debet. Annoverit tamen Dominicus Soto Lib. I. de iustit. & iur. quæst. 129. art. 4. it-

ter

terdum contingere quod consuetudinis initium, & devotio inceptum, continuatur ex obligatione possit. Quando vero id contingat, ex circumstantiis colligi debet.

II. Consuetudo descripta convenit, & differt a iure, & a prescriptione. Cum iure convenit: quia & iuris consuetudo quaedam est, sed limitata ad fori iudicia. Heine Romane Curiam iurium facere legem Ibi docent, quatenus ex usu & more quo Romae deciduntur lites, referuntur quaestiones propolitur, expanduntur bullae, rescripta, ceterisque diplomata, consuetudo consuetudo, quae servari in iudiciis, & saltem diplomatum expeditione solet. Differt autem ab hoc iure absoluta consuetudo, quae omnes a ratione comprehendit, & ad omnes se se extendit materias quae cadere in bonum communis possunt. Convenientia consuetudinis cum prescriptione in hoc fit, quod etiam prescriptio requirit aliquod tempus, & quidem non interruptum; non voce, & scripto, sed factis, ex quo oritur ius, inducitur. Differt autem a prescriptione consuetudo, quod hic communiter respicit, illa etiam in singulari persona reperitur. Consuetudo vim legis, praescriptio dominium parit. Haec bonam fidem postulat, illa etiam ab actibus malis repellit orsa sua potest. Consuetudo tacitam, aut expressam consensum supremam potestatis postulat, iure prescriptio.

III. Consuetudo triplex. Alia contra legem, quae novam legem non inducit, sed abrogat veterem. Alia est secundum legem. Quae non tam consuetudo, quam observantia seu interpret legis est: & lege abrogata, cessat quoque consuetudo. Tertio tandem consuetudo est praeter legem: haec ex frequentia producit actum in materia de qua lex scripta nihil decernit. Haec solum vim legis, non novum ius inducit, quando ceterae conditiones adint.

IV. Rursus dividi in rationabilem, & in irrationabilem consuetudo solet. Haec tamen divisio impropria est: quia consuetudo irrationabilis putanda est corruptela. Ulterius dividitur ratione materiae in ecclesiasticam, & civilem. Illa adhibet ad finem spirituales, haec adhibet ad finem politicum ordinatis inventior.

§. I. I.

Quam consuetudinem observare possint. & quae conditiones ad veram consuetudinem requirantur.

I. Consuetudinem abrogantem legem introducere illi soli valent qui legem evare teneant. Lex quippe abrogatur per

actus contrarios. Poero & damtaxat qui legis observationi subiecti sunt, actus legem contrarios edere queunt. Sola tamen persona privata, etiam si Princeps sit, nequit consuetudinem inducere: quia quemadmodum lex, ius & consuetudo communiter spectat: immo nec communis imperfecta, ut familia, collegium &c. sed solum communis perfecta, ut civitates, provinciae, regna consuetudinem inducere possunt, ut iam dixi. Quamvis civitates, & praeterea, & regna, quae a suprera potestate diriguntur, nequeunt leges condere, possunt tamen consuetudinem inducere. Sufficit ad inveniendam consuetudinem communis perfecta capax ut legibus dirigatur: quia tum ex Picipis tacito consensu consuetudinem, quae vim legis habet, introducit. Necesse tamen est ut maior communis pars in actum frequentat, vel in eorum omissione curat, ut consuetudo introducat. Poeri, amentes nec legibus dirigi, nec consuetudinem inducere valent. Hominum coetus nequit inducere consuetudinem abrogantem legem: terminam, nec e contrario. Sicut nec homines laici leges Ecclesiasticorum, nec Ecclesiastici laicorum leges possunt aliqua consuetudine abrogare, aut consuetudinem vim legis habentem inducere. Ceteris mercatorum, sicut peculiaribus legibus diriguntur, sic in eorum consuetudines queant. Denique quilibet communis quae ius particulares legis habet, potest consuetudinem sive abrogantem, sive vim legis obtinere inducere.

II. Quae I. Quae sunt conditiones ad veram consuetudinem necessariae? Resp. Quinque pro vera consuetudine requiruntur conditiones. I. quod sit rationabilis. II. quod sit ex publica frequentatione actum liberorum. III. quod congruo temporis intervallo duret. IV. quod interveniat Principis consentus. V. quod ex animo obligandi inducatur.

III. Est et rationabilis consuetudo quae bono communi congrua, & utilis. Si invidiosa, honorum communis iustitiae, aut contraria: vim consuetudinis obtinere nequit ob rationem iam datam, quod consuetudo naturam legis induit, quae semper est propter bonum commune. Heine contra legem, sive divanam, sive naturalem, nulla praevalet consuetudo potest, quia actus contrarii illi legibus intrinsecus vitiosi sunt, ideoque nunquam ratione conformes. Ita docet S. Thomas, cui omnes Theologi subterfunt, 1. 2. qu. xcvi. art. 3. ad 1. *Naturalis, & divina praecedit voluntate divina, ut dictum est: unde non potest mutari per consuetudinem procedentem voluntate hominis; sed solum per auctoritatem divi.*

divinam mutari possit: & inde est quod nulla consuetudo vim legis obtinere potest contra legem divinam, vel legem naturalem.

IV. Contra legem etiam humanam praevalet dumtaxat consuetudo potest. Quia licet omnis lex humana, ut iusta sit, rationabilis esse debeat: evanire tamen circumstantiae possunt, vi quorum irrationabilis evadat: & ideo rationabilis sit opposita consuetudo oportet. Maxime quippe ipsius populi diu continuata circumstantia est, vi cuius interitum non expedit legem veterem observari. Mirabilis est doctrina quam tradit Angelicus, cit. ad 2. *Possibile est quod deique praeter legem agatur, in casu scilicet in quo deficit lex; & tamen alius non erit malus. Et cum tales casus multiplicentur propter aliquam mutationem hominum, tum manifestatur per consuetudinem, quod lex ultimus non est utilis: sicut etiam manifestatur, si lex contraria verbo potest derogare. Si autem alius minus ratio eadem propter quam prima lex utilis erat, non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit: forte propter hoc solum tantis legibus videtur, quoniam non est possibile secundum consuetudinem patrie, quae erat una de conditionibus legis. Difficile enim est consuetudinem multitudine removeri. Igitur quando lex ipsa, licet aliunde bona, & propter universalem multitudinem contrarietatem observari vix possibilis est, ipsa populi contrarietas circumstantia esse potest ob quam lex fit inutilis, & praevalet consuetudo opposita debet. Difficile enim est, inquit Angelicus, multitudinem consuetudinem removeri. Advertendum tamen, quod, si consuetudo sit bono communi societatis adversa, nunquam consuetudo, sed contraria erit. Ille vero bono communi honestas apponit sunt consuetudines quae laxitates inveniunt, subditos quae solutes efficiunt, ut infra finis dicitur.*

V. Triplicem consuetudinis statum distinguunt Theologi, inceptionis, progressus, & praescriptionis. Qui contra legem consuetudinem introducunt, peccant toto tempore quo lex praevalet. Quare non solum in exordio, sed etiam in prospectu illi legem violant. Salmandicenses rati, xi. cap. vi. pont. 3. §. 1. n. 13. docent, non peccare eos qui violant legem in progressu consuetudinis: & citant pro hac opinione Montefines, Caetanum, Castropalancum, Laymannum, & Soto. Expendere omnes, non valet; nec est operae pretium. Unum examini Dominicum Soto Lib. 1. de iust. & iur. q. vii. art. 2. ad 1. ubi damtaxat asserit, abrogata lege per consuetudinem, haec utentes non peccare; quod omnes asserunt. At quidem lex praevalet, non video quae eximii ratione a peccato possint illi qui legem violant. Quo-

nam si, antequam lex praescribat, secundi resisterent, primis, lex vigorem non amitteret.

VI. Quae II. Quotidiam tempus requiritur ad introducendam consuetudinem? Resp. Omnes adfirmant longam tempus requiri ad consuetudinem inducendam. Sed circa eandem definitionem non una est omnium sententia. Alii vult definitam deliquit quantitatem non posse, sed arbitrio praetorum relinquendam: nam in aliqua materia brevis, in alia longius tempus necessarium est. Ut consuetudo introducat contra ea quae singulis diebus, aut hebdomadibus occurrunt, brevis tempus exigitur: quae ut consuetudo invehatur adversus ea quae lem in anno contingunt. Alii decennio tempus illud comprehendit latuunt: quoniam, inquit, iura longum tempus postulant ad introducendam consuetudinem. Sed decennium longum tempus reputatur. Igitur illud intervallum sufficit.

VII. Alii distinguunt legem civilem a canonica. Pro consuetudine contra illam decem, contra hanc quadraginta annos postulant. Casproulus, Lassus, Accursius, & alii per ultra quod decennio non sufficere defendunt. Nihil certi assequendum mihi occurrit. Sed circumstantiae spectandae sunt, potissimum quae sit & natura legis abrogandae, & indoles consuetudinis introhendae, & communis praetorum consensus.

VIII. Salmandicenses de cit. §. 2. num. 18. docent, sufficere dictam aequi eximii Doctoris auctoritatem, tempus ad consuetudinem requiritur praescriptum, ut per non lex abrogata consuetudo etiam si plures illi oppositam sentiant. German hoc est iniquitatis radices probabiliter. Declinare illi blanduntur Editores posteriores quos aliorum Auctorum opera reciderant, damata ab Alexandro VII. opinionem 27. quia in praescripta sententia dicitur, si liber sit, dicitur iustitiam & modernam, debet opinio casus probabilis, dum non constet relictum a Sede apostolica tanquam improbabilem. Ut videt, allata est sententia haec ad honestandam doctrinam precedentem: quia subdit: Diximus unius eximii & praecellantis Doctoris dictum reddere opinionem probabilem. Opinio damata hanc auctoritatem consuetudinem opinionem probabilem adhibebat Doctori non eximio, non praecellenti, sed iuniori & moderno. An non Doctores eximii & praecellentes iuniores & moderni? Quis legitimus iudex, non ille Scripser eximius sit, an non eximius? Quae facilitate dicitur, sufficere unum Doctorem ad efficiendam opinionem probabilem, eadem quoque desinitur, hinc iuniorum Doctorem esse eximium, praecellentem, illuminatum, eminentemque Praesentatum. Obiter, data occasione, dico his

voculis non esse apostolica decreta deludenda. Auctoritas unius contra plures nulla est iuxta communem sensum; nisi rationes istius unius prevaleant rationibus a pluribus allegatis. Sed hoc praxer institutum, opportunitatem ad profulgandum laxatorem.

IX. Tempus consuetudinis invenienda idoneum, continuatum morositer sit necessarium est. Nulla vis hoc diffricat. Hoc ipsum in prescriptione necessarium est. Quate fit intra tempora intervalva communibus, aut maior pars communitatis agat contra invectam consuetudinem, aut fit Princeps resistat, interitum tempus est, & elapsum amplius non computatur.

X. Quæst. III. *Quinam actus, & qua rationem frequentia requirunt ad terram consuetudinem?* Resp. Communis sententia est quod actus illi debeant esse liberi, publici, & frequentes. De frequentia actuum non una est opinio. *Digna, Lessius, Martines, Reginaldus* docent sufficere duos aut tres actus ad inducendam consuetudinem: quis, inquam, quod bis aut ter fit, frequenter fieri dicitur. Hanc opinionem communiter recusat: quis consuetudo longo tempore introducitur. Bis vel ter in longo tempore frequentiam non preferunt. Quot poro actus necessarii sint ad hanc frequentiam, nemo definire præcise valet. Prædanti arbitrio id relinquendum esse, res ipsa declarat. Nam in una materia plures requiruntur, in alia pauciores sufficiens actus qui patefacere debeat firmam, & universalem populi consensum.

XI. Altera conditio actuum est, quod sint liberi, seu humano modo exerciti: quemadmodum enim lex a ratione, ita & consuetudo proficiat debet. Quare fit populus meta contractus quidquam agat, non præsumitur vel consuetudinem inducere. Hinc sequitur ignorantiam quoque impedire ne consuetudo introducatur, quia ignorantia aufert libertatem. Igitur quando populus ignorans aliquam legem respice extantem, actus frequentat contra eandem, consuetudinem non inducit, quis prælati actus non sunt liberi, & humani ex defectu conscientie. Similiter quando ex causa falso iudicata inducitur aliqua consuetudo, causa cognita, consuetudo evanescit.

XII. Tertia conditio est, ut hi actus frequentes, & liberi, sint publici, & notorii quandoquidem actus occulti non possunt fieri hæc ex communi societatis, & Principis consensu. Præterea sicut ad legem scriptam necessaria est publica promulgatio, ita ad legem non scriptam necessaria est hæc promulgatio quæ non voce, sed publica factorum frequentia peragitur.

XIII. Disputant Auctores, an hæc publica notitia iuris sufficere debeat, an facti. Aliqui contendunt, necessariam esse iudicem, manifestationem, quæ videlicet in iudicio publice prolata fit. Sed prohibitor sententia est quæ defendit, sat esse publicam manifestationem facti. Consuetudo enim vim facti continet a populi, & Principis consensu. Quando factum ipsum notum est populo, & Principi supremo in eandem consensisse sententiam, superius probatio iuridica in tribunalibus, quæ tum necessaria ad hominum foret, quando veritas facti in discretionem adduceretur: at eum de facti veritate nulla subortitur dubitatio, non est cur notitia iuridica exquiratur.

XIV. Quarta conditio consuetudinis est, ut populus animo se obligandi eandem induat, & tamque tali animo talis tempore necesse pro consuetudine continuet. Si enim initium ex animo sese obligandi fuerit, progressus vero ex sola devotione fiat, consuetudo vim legis non obtinet. Plures sunt consuetudines, sola devotione portat, & sulte; ut alperio agne benedictæ in ingressu Ecclesiæ, salutato angelica ad B. Virginem facta sero & mane, dum campana sonat; cinerum aspersio ser. a. Quadragesimæ; accipio ramorum dominica Palmaram; plures vigilie in Sanctorum honorem. Intentio hæc obligationis imponenda aut feverior aut mitior esse valet. Nam potest aut sub levi, aut sub gravi culpa, aut sub poenitentiam omni culpa excludi, aut sub culpa tantum veniali introducti.

XV. An undem colligi potest, communitatem aliquam animam habuisse sese obligandi non ex præcepto, aut solum ex devotione, liberalitate, & urbanitate in consuetudine instituta? Hæc solent assignari indices. I. Quando populus in materia suapte natura gravi uniformi oblerentia talem consuetudinem servavit. II. Si superiores eiusmodi consuetudinis violatores severe reprehendant, & puniant. III. Si viri prudentes, optimeque morati culpe damnant consuetudinis transgressores. Quando hæc tria simul concurrant, nisi conscientiam se noluisse sub culpa obviare, colligendam videtur sub obligatione invectam fuisse consuetudinem. Regula tamen consilii universalis nequit. Actus enim quibus consuetudo invenitur, indifferentes cum sint, & liberi, nonnulli es personarum, temporum, materiarum diveritate, alique circumstantiis desini hæc obligatio potest. Genus quoque societas spectandus est. Nam fit societas communiter refugiat obligationem inducere sub culpa; respicienda hinc erit potest pro consuetudine interpretanda, ne sub culpa obliget.

XVI. Ultima ad consuetudinem necessaria conditio est consensus supreme potestatis. Qui consensus aut tacitus, aut expressus esse potest. Luber hinc transferere doctrinam S. Thome 1. 2. q. 104. art. 3. ad 3. *Sic enim fit libertas multitudini qua possit sibi legem facere, plus est confessor totius multitudinis ad aliquid observandum, quod consuetudo manifestat, quam auctoritas Principis, qui non habet potestatem evadendi legem, nisi in quantum gerit personam multitudinis. Unde licet singula persona non possit evadere legem, tamen totus populus evadere legem potest. Si vero multitudo non habeat liberam potestatem evadendi sibi legem, vel legem a superiori potestate postam revocandi; tamen ipsa consuetudo in tali multitudine prevalens obtinet vim legis, in quantum se per eos toleratur ad quos pertinet multitudinis legem imponere; ex hoc enim ipso videtur apparere quod consuetudo introducta.*

XVII. Hæc, ne corruptela sub larva consuetudinis insidiosa acciderent, advertendum est, tum patientiam, & tolerantiam Principum, & superiorum esse arguendum, & signum taciti consentus, quando Principes, & superiores sunt vigilantes, & expectati in extirpandis corruptelis, quando zelo Dei, & studio servandam legum succenti sunt, & quando nullum grave obest impedimentum aut vitium maioris mali, aut declinande rebellionis. Quare admittit, tacitum consensum facti esse ad consuetudinem invenendam, & aliarum actionum valorem; sed nego, semper tolerantiam, & patientiam superiorum signum esse validum taciti consentus, ut istos supra explicavi. Ex pluribus enim principis profecti hæc patientia, tolerantia, & taciturnitas valet.

XVIII. Pures docent, necessarium minime esse ut Principes habeant notitiam præcitam consuetudinis invenienda; sed lat esse illum habere notitiam generalem, generalitatem præbere consensum. Quam doctrinam absolute non improbo; dummodo consuetudo non ostendat in se, doneque communi consentanea. Quando tamen consuetudo introducenda derogat iuribus Principis, tum non videtur introducti consuetudinem posse abique notitia eandem Principis. Quia non est presumenda consensus Principii in consuetudinem quam ille legaturat. Si enim consuetudo fugit Principis notitiam, prohibere eam ille nequit. Quare plures Ecclesiarum consuetudines Concilium Tridentinum declaravit esse corruptelas. Et sine quodvis vir legis obtineat abique expresso, aut tacito Pontificis consensu consuetudines quæ sunt adversus iura pontificia, non videtur intro-

ducti consentaneæ. Ceterum hæc omnia ex variis circumstantiis desumenda sunt. Illud magis cavendum, ne sub fæco consuetudinis corruptela sepepat. Hæc pertinent consilia nostra in hac impedita materia.

CAPUT VII.

De triplici consuetudinis effectu, & de modis quibus consuetudo cessat.

I. Tres iuxta communem doctrinam sunt consuetudinis, vim legis habentis, effectus. Primus obligatio in conscientia. Alter abrogatio legis veteris. Tertius interpretatio legis.

II. Et ad primum quod attinet, consuetudo, vim legis obtinens, legit condiciones induit quantum ad obligationis affectum. Quare licet laxi, ita potest consuetudo obligare sub culpa gravi, vel levi; quod ex animo & intentione illam introducentium pendet. Idem obligat sansum populum illum a quo introdunda est, scilicet alterum. Quando consuetudo indiscriminatim tum a laicis, tum a Clero invenitur in rebus factis, ut in observatione festorum, ieiuniorum, precum, omnes obligat: quia tum unicus populus christianus est sub uno capite conlocutus. Si vero consuetudines istæ factæ introductæ aut a solis laicis, aut a solis Clericis, aut a solis Regularibus; tum obligatio unius iurisdictionis non extenditur ad alteram. Quilibet ex his iurisdictionibus peculiaribus legibus dirigitur: idcirco quilibet suas invenere consuetudines valet, quoniam consuetudo unius extenditur ad alteram: quemadmodum consuetudines unius civitatis, provincie, aut regni non dilatantur ad alteram civitatem, provinciam, vel regnum. Communia hæc sunt.

III. Secundus effectus consuetudinis est antiquæ legis abrogatio. Lex enim humana a voluntate hominum pendet: ergo quia voluntate inventa est, eandem abrogari potest, aut lege scripta, aut lege non scripta, nempe consuetudine. Abrogare autem potest legem aut quantum ad penam, & non quantum ad culpam, vel quantum ad utrumque, etiam si lex sit irritans contractus, seu actus.

IV. Disputant Auctores, nam, quando legislator veteri consuetudines contrarias legi suæ, sint eiusmodi consuetudines valide? Dispicendum distinguit prohibitionem. Prima prohibendi clausula indifferens est ad præteritam, vel futuram consuetudinem, quis est ista, *Non obstante quacumque consuetudine*. Secunda expressè futuram consuetudinem vetat; cu-

inmodi hae est. Nulla deinceps consuetudo introduci potest. Prima clausula tantum improbat consuetudinem iam inuestam. De secunda disputant: & *Salmaticenses* probabilioris defendunt, valere consuetudinem futuram, non obstante expressa illa clausula prohibente: quia, inquit *loc. cit. §. 2. num. 43.* talis clausula est legis humana; sed quilibet lex humana abrogari per consuetudinem contrariam potest: ergo & clausula praefata, non secus ac altera lex humana, abrogari valet. Laudant pro hac opinione *Dianam, Baccinam, Tapiam, Martirez, Suarez, & alios.*

V. Non sepegnno, possibile esse consuetudinem etiam contra praefatam clausulam: quia legislator potest reipia mutare suam voluntatem. At quaedam non constat legistorem expresse hanc suavitatem voluntatem, nulla opposita inuesti consuetudo valet. Nec sola naturam tax est: ut dicatur Principem tacite consentire: cum per praefatam clausulam expresse repugnet. Nec est quod opponas, etiam per legem expresse Principem contradicere; & tamen contra hanc legem introduci consuetudinem posse. Siguidem contra legem introduci consuetudo potest, quia natura sua lex humana vera consuetudini contraria subiecta est. At quando legislator expresse prohibet oppositae consuetudinis introductionem, tum inuesti consuetudo nequit: quia, peristente prohibitione, consensus Principis deest, immo expresse contrarius est. Igitur, ut contra dictam clausulam introduci consuetudo possit, necessaria foret expressa voluntas Principis, tali clausula derogantis. Et contraria opinio corruptelis invehentis favore, ut ego quidem arbitror. Quando enim legislator praefatam clausulam adicit, signum manifestum est & legem summopere necessariam esse, & contrariam consuetudinem esse perniciosam corruptelam.

VI. Tertius effectus consuetudinis est legis interpretatio. Si tamen lex clara sit & perspicua, consuetudo est obliuiscens, & executio legis. Obicium ergo, & dubium sentiam praesertim legem interpretatur consuetudo. Obicium enim lex esse potest aut circa materiam, aut circa eius extensionem, aut circa eiusdem obligationem leuem, vel gravem. Porro interpretatio haec duplex est, *authentica, & doctrinalis.* Ut interpretatio authentica dicitur, eas habeat conditiones oportet quae pro consuetudine, vim legis obtinente, necessariae sunt. Consuetudo quae doctrinalem appellant, coniecturatur, parum Doctorum auctoritate firmata, & nondum praefata.

Hae praevaleat legi nequit, usquequod tempus elapsum sit pro vera consuetudine necessarium, & aliis conditionibus extrinsecis.

VII. Consuetudo isdem modis cessat quibus & lex. Duobus tamen praecipue modis consuetudo abrogatur, nempe per legem expressam, & per consuetudinem oppositam. Tam vero lex consuetudinem abrogat, cum eadem expresse, & manifeste opposita est. Quare lex universalis abrogat utique consuetudinem universalem directe illi oppositam; locus consuetudinem peculiarem, nisi clara eiusdem in lege facta mentio sit. Si tamen adesse clausula generalis, abrogans omnes, & singulas consuetudines oppositas; tum, licet non feret peculiaris mentio huius aut illius consuetudinis, singulae abrogatae essent. Excepi tamen solet consuetudo immemorabilis, quae, nisi expresse revocata fuerit, consistit. Quandoquidem, dum Princeps abrogatam vult hanc consuetudinem, exprimere eam solet. Ergo in clausula generali non intelligitur abrogata.

VIII. Consuetudo alia consuetudine abrogatur. At quemadmodum lex non abrogatur nisi consuetudine legitime inuenta, & praescripta; ita neque consuetudo, vim legis obtinens, infirmari potest, nisi consuetudine contraria praescripta legitime sit, omnibusque necessariis conditionibus ornata. Illud tamen advertendum, quod neque lex, neque consuetudo per solum non vltim abrogantur; sed dumtaxat per positivam transgressionem legis, aut consuetudinis. Contingere enim potest, casum legis non accidere: quia facta potestate, violari lex nequit. Quando ergo dicitur, legem desuetudine abrogari, sensus est, legem per repetitas transgressiones eiusdem auctoris, locus per non vltim negativum, quia casus legis non accidit. Si tamen casus legis accidit, tum per omissiones contrarias lex abrogata valet. Quamobrem, si consuetudo inuenta sit per actus positivos, puta audiendi sacri, ieiunandi, servandi festa, consuetudo opposita introduci per omissiones oppositas potest. Contra, si antiqua consuetudo omissionibus parta fuerit, nova consuetudo introduci actibus contrariis positivis debet. Hae communia penes omnes.

IX. Tractandum hic de privilegiis esset; verum argumentum illud, cum non sit pro communi Christianorum directione, formandisque moribus necessarium, in aliud tempus dispendendum remittimus. Nunc enim inuita iustitiae tractatus, omnium utilissimus, quetti exponendum continuo aggredimur.



UANA

SIDAD AUTÓNOMA DE NUEVA
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

